



COMMENTARIUM IN FACULTATES APOSTOLICAS

BX1939
.F3
K66
1898
c.1

007639



1080020596

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

COMMENTARIUM

IN

FACULTATES APOSTOLICAS

Episcopis necnon Vicariis et Præfectis Apostolicis per modum Formularum concedi solitas

AD USUM VENERABILIS CLERI, IMPRIMIS AMERICANI

CONCINNATUM

AB

ANTONIO KONINGS, C. SS. R.

EDITIO QUINTA,

RECOGNITA ET AUCTA,

CURANTE

JOSEPH PUTZER,

C. SS. R.

VENIT

NEO-EBORACI, CINCINNATI, CHICAGIAE

APUD

BENZIGER FRATRES,

Typographos Sedis Apostolicæ.

1898.

44420

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Approbatio.

Librum, cui titulus: "COMMENTARIUM IN FACULTATES APOSTOLICAS, *Episcopis necnon Vicariis et Præfectis Apostolicis per modum Formularum concedi solitas, ad usum Venerabilis Cleri, imprimis Americani concinnatum ab Antonio Konings, C. SS. R.—Editio quinta, recognita et aucta curante Joseph Putzer, C. SS. R.*,"—a duobus Congregationis nostræ theologis, quibus ejusdem examen commisimus, recognitum et approbatum, potestate nobis a Reverendissimo P. Mathia Raus, ejusdem Congregationis Rectore Majore et Superiore Generali ad hoc facta, Ilchestriæ in Marilandia ex typographia nostra in publicam lucem edi permittimus.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo officii nostri munitas dedimus.

L. † *S.* FERD. A. LITZ, C. SS. R.,

BALTIMORÆ, die 25 Mart. 1898. *Sup. Prov. Balt.*

Imprimatur,

J. CARD. GIBBONS
Archiep. Baltimorensis.

BALTIMORÆ, die 26 Mart. 1898.

Copyright, 1897, by FERDINAND A. LITZ, C. SS. R.

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

LECTORI BENEVOLO.

VIX ullus in hac Republica invenietur Sacerdos, vel paullulum sacro ministerio functus, qui non perspexerit, quanti intersit, *facultates* a S. Sede Ordinariis ad Diœcesium gubernationem concedi solitas penitus nosse. Agitur enim in eis de rebus usus quotidiani ejusque ingenii, ut perperam tractatæ damnum plerumque non leve fidelibus afferant.

Qua de causa hortationi, imo etiam rogationi plurium hujus regionis Antistitum obsecundans, Rev. P. Antonius Konings per ultimos vitæ suæ annos breve commentarium harum facultatum conscripsit, quod demum post ejus obitum († 30 Junii 1884) evulgabatur.

Auctor, cujus memoria apud multos adhuc in benedictione est, ampla sua scientia permulta docte explicavit in opusculo illo, quod universim grato animo accipiebatur. At opus neque auctori ipsi neque aliis quibusdam viris doctis omni ex parte perfectum esse videbatur. Quapropter, successore Henrico Kuper brevi tempore post, scil. 9 Novembris 1887, item e vivis erepto, ex Superiorum dispositione in ejus locum suffectus novam editionem fusiore calamo pro viribus adornandam suscepi. Imprimis partem generalem commentario ipsi addendam esse putabam. Etenim non solum rationi consonum est, sed etiam cuique in scientiis vel obiter versato jucundum esse solet, quidquid varietatem aliquam rerum in se continet, priusquam in specie ob oculos proponatur, sub generali quodam conspectu contemplari. Itaque ut huic quasi legi satisfiat, in parte priore hujus opusculi facultatum *natura et indoles* indagantur. Tum regulæ ex jure desumptæ pro earum *recta interpretatione* statu-

007630

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

untur. Deinde cum non omnes per eos, quibus immediate conceduntur, scil. per Episcopos ipsos, exerceantur oporteat, de modo agitur, quo ab Episcopis per *communicationem ac subdelegationem* Sacerdotibus impertiantur. Porro quoniam hoc genus facultatum ad certos annos aut ad certum numerum casuum Episcopis, ab his autem non raro Sacerdotibus vel ad casus particulares vel etiam magis generaliter concedi assolet, de varia earum *cessatione et expiratione* sermo instituitur. Demum ostenditur facultatum *applicatio* in praxi facienda, scil. qui sint, quibus applicari possint debeantve, quomodo si non habeantur, impetrandæ, et habitæ aut obtentæ exequendæ sint.

Hoc quasi fundamento prius posito, superstruitur pars posterior seu specialis, in qua Formulæ ipsæ secundum ordinem Articulorum seu facultatum suarum, ita, quantum fieri potest, illustrantur, ut nihil fere pro praxi desiderandum relinquatur. Unde hunc in fidem sucus doctrinæ idoneus unicuique Articulo additur, quatenus tum Decreta SS. Congregationum præsertim recentius edita, tum ad majorem confirmationem uberioremque materiæ explanationem auctores probati, ii imprimis, qui in omnium manibus esse solent, allegantur. Decreta vero ex fontibus propriis vel ex variis libellis periodicis plerumque non quidem ad verbum transcribuntur, sed tamen fideliter (ni fallor) citantur, addito fere semper loco, in quo eorum tenor reperiri poterit. Ita satius esse videbatur, ne moles operis nimium excresceret.

In Appendice prima dein Formulæ ordinariæ Episcopis Germaniæ, Austriæ, Belgii, Hiberniæ, Galliæ, etc., necnon Præfectis Apostolicis concedi solitæ adduntur, quarum explicatio facile ex Formula prima desumitur. Formula secunda autem Episcoporum Angliæ et Scotiæ primæ, a qua non multum differt, inserta est. In reliquis Appendicibus non pauca inveniuntur, quæ pro accuratiore cognitione hujus materiæ et pro usu practico haud inutilia esse videntur. Imprimis pro Canada quædam

specifica adduntur. Insuper non inopportunum videbatur Censuras latæ sententiæ, hodiedum vigentes enumerare, necnon *Pagellam S. Pœnitentiariæ*, licet Episcopis Statuum horum Foederatorum, ni fallor, non concessam, et Decretum *Quemadmodum* inserere. Demum eæ additiones et mutationes, quæ ex Decretis SS. Congregationum Romanarum nuperrime publici juris factis, in variis libri locis necessariæ evaserunt, remissive ad hæc allatæ sunt.

Quæ ita sincere nec sine labore ac studio conscripsi, spero, fore, ut Venerabili Clero—Americano præprimis—aliquid utilitatis afferant, longe tamen abest, ut opiner, vel omnes difficultates, quæ in re tantopere intricata exurgere possint, esse superatas, vel cuncta, quæ proposuerim, esse inexpugnabilia. Sentio potius, dubia adhuc superesse haud pauca, ad quæ solvenda si doctiores sive ex sui ingenii penu sive ex consultatione S. Sedis plus minusve contulerint, certe omnium benevolorum gratiam merebuntur. His demum, et præ cæteris S. Sedis Apostolicæ oraculis, hic libellus, totus quantus est, subjectus esto. Numquam paratissimus non ero, judicium meum, salva semper meliore aliorum prolatum, cuicumque, qui melius sapiat, prorsus submittere, gratoque animo accipiam, quæ mihi pro nova editione, si quam comparare concedatur, sin minus, pro evulgatione in foliis periodicis benigne communicata fuerint. Iis omnibus denique, præsertim Reverendissimis Episcopis, qui in hoc volumine conficiendo sive consilio sive documentis præstitis sive alio quoquo modo mihi adjumento fuerunt, ex corde gratias ago maximas, idque tantum per B. M. V. intercessionem Deum O. M. rogo, ut labor susceptus aliquid saltem conferat ad Ipsius honorem et ad animarum salutem.

Scripsi Ilchestriæ in Marilandia die 19. Mart. 1898.

Joseph Putzer,

(Ilchester, Howard Co., Maryland.) *Cong. SS. Red.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

OPERA SÆPIUS ALLEGATA:

I. Inter Concilia: Tridentinum,—Concilia Plenaria Baltimorensia,—illa quæ in *Collectione Lacensi* continentur,—Conc. Prov. *Antequerense*, Oaxacæ (Mexico) celebratum et post recognitionem S. C. C. 12. Dec. 1894 promulgatum, Romæ 1894.

II. Inter Moralistas: 1) S. **Alphonsus** (cujus Theol. Mor. juxta ed. 2. a P. Haringer, servato ordine librorum originario, procuratam citatur),—2) **Ærtnys** (ed. 3.),—3) **Ballerinii-Palmierii:** *Opus morale*,—4) **Bucceroni:** *Institutiones Theol. mor.*, et ejusd. *Casus conscientiæ*. Ed. 1. in duabus part.,—5) **D'Annibale** (*Summula* ed. 3.),—6) **Gury-Palmieri,** Prati 1894,—7) **Corre** (Prof. in Sem. Nagasakiensi): *Notæ addititicæ* ad P. Gury, Hong-Kong. 1890,—8) **Kenrick:** *Theol. Mor.* Mechlin. 1860,—9) **Konings:** (Comp. ed. 7.).—10) **Lehmkuhl** (ed. 6.),—11 **Marc** (ed. 8),—12) **Sabetti** (ed. 12.),—12) **Sica:** *Casus conscientiæ* in Missione Nankinensi. Zi-ka-wei. 1881,—13) **Gallo:** *Suppetiæ* Evang. præconibus oblatæ, Romæ 1872.

III. Inter Canonistas: 1) **Aichner** Ep. Brixinen. *Comp.* (ed. 6.),—2) **Bonal:** *Inst. can.* Tolosæ 1886,—3) **Brabandère:** *Jur. can. Compend.* ed. 4 Brugis. 1882,—4) **De Angelis,**—5) **Gasparri:** *De Sacra Ordinatione*, Parisiis. 1893.—6) **Nilles:** *Commentaria* in Conc. Plen. Balt. iii. Œniponte. 1888,—7) **Pennacchi:** *Comment.* in const. *Apost. Sedis*. Romæ,—8) **Pezzani:** *Codex* S. C. R. Ecclesiæ, Romæ, 1893–1896,—9) **Sanguineti:** Ed. 2,—10) **Smith:** *Elements of Eccl. Law.*—Ejusd. *Comp. jur. can.*,—11) **Zitelli:** *Apparatus* jur. eccl. Romæ 1886,—12) Inter antiquiores: **Reiffenstuel,** præsertim ejus Appendix ad lib. iv. Decretal., **Schmalzgrueber** et **Benedictus XIV.**

IV. Inter *Auctores*, qui de Matrimonio scripserunt: 1) **Feije:** *De impedimentis* ed. 3 et 4. (Citationes in parenthesi ad ed. 4. spectant.),—2) **De Becker** (Prof. Lovaniens.): *De Sponsalibus* et *Matrimonio* prælectiones. Bruxellis 1896,—3) **Gasparri:** *Tractatus* (ed. 2., a 1ma nihil fere differens),—4) **Heiss:** *de Matr.* 1861,—5) **Ioder:** *Formulaire Matrimonial.* Paris. 1889,—6) **Kutschker** (Archiep. Vindobonen. et Card.): *Eherecht.* Wien. 1857,—7) **Matharan:** *Casus de Matr.* Paris. 1893,

—8) **Planchard:** *Dispenses Matr.* Angoulème. 1882,—9) **Rosset** (Ep. Maurianen.) *De Sacramento Matrimonii.* 1895,—10) **Zitelli:** *De dispensationibus Matr.* Romæ 1887.

V. Inter Opera collectiva: 1) *Acta S. Sedis* Romæ 1865 seq. 2) *American Ecclesiastical Review*, 1889 seq. 3) *Analecta ecclesiastica.* Romæ 1893 seq. 4) **Bizzarri:** *Collectanea* S. C. Ep. et Reg. 1863. 5) *Bullarium* S. C. de Prop. F. Romæ 1839–41. 6) *Collectanea* Constitutionum, Decretorum . . . S. Sedis ad usum societatis *Missionum* ad exteros. Parisiis 1880. 7) *Collectanea* S. C. de Prop. Fide. Romæ, 1893. 8) **De Martinis:** *Jus Pontificium* de Prop. Fide. Romæ, 1888 seq. 9) *Decreta Authentica* S. C. Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ. Pustet. 1883. 10) *Ephemerides liturgicæ.* Romæ 1887 seq. 11) **Ferraris:** *Bibliotheca canonica* (ed. Migne). 12) **Gardellini:** *Decreta Authent.* S. R. C. 13) *Irish Ecclesiastical Record.* 14) **Lucidi:** *De Visitatione S. Liminum.* ed. Schneider. Romæ 1883. 15) **Monacelli:** *Formularium legale.* Romæ 1844. 16) *Il Monitore ecclesiastico.* Conversano. 1877 et seq. 17) *Nouvelle Revue Théologique.* Tournai 1869 seq. 18) *Rescripta authentica* S. C. Indulg. Pustet. 1885. 19) *Theol. prakt. Quartalschrift.* Linz. (Austria). 20) *Zeitschrift für kath. Theologie.* Innsbruck. 1877 seq. 21) *Pastoralblatt für Nordamerica.* St. Louis, Mo. 1866 seq. 22) *The Pastor*, by Rev. **Wiseman.** New York 1882–88.

VI. Inter auctores, qui de Confraternitatibus, Indulgentiis etc. scripserunt:

Beringer: *Die Ablässe.* Paderborn. 1887 et 1893. Ed. 9 et 10. (Opus a. S. Congr. Indulg. approbatum).

Paginarum citationes in parenthesi exhibitæ editionem decimam respiciunt.

VII. Inter Auctores Practicos, qui specialius de Congregationibus Cardinalium et de *Facultatibus Apostolicis* scripserunt: 1) **Baart:** *The Roman Court.* Milwaukee. 1895. 2) **Bray** Geraldus: Congr. Miss., Ep. Lengonen. et Vicarius Apost. Provinciæ Kiang-si: *Apostolicæ Facultates earumque Commentarius.* Parisiis 1879. 3) **Taschereau** (Archiep. Quebecen. et Card.): *Discipline du Diocèse de Québec.* 1879. (Ed. 2. de 1895

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in appendice tantum citatur.) 4) *Recueil d'Ordonnances du Diocèse de Québec* 1865. 5) **Pyrrhus Corradus:** *Praxis Dispensationum Apostolicarum* ap. Migne: Theol. curs. compl. vol. xix. 6) **Renzi** Jos. M., O. M. Conv. (Per plures annos in Pœnitentiaria Aedis Lauret. Rector): *Series eorum, quæ scitu necessaria sunt Pœnitentiariis cæterisque S. Pœnit. Ministris. Viterbii* 1786. 7) **Tiburtius Navar,** O. S. F. (Pœnitentiarius Innocentii IX.): *Manuductio* ad praxin executionis litterarum S. Pœnit. Romæ 1688.

Ad hæc sequentes **abbreviationes** *referuntur:*

A. E. Rev. = American Eccl. Review. (Supra V. 2.)
Ber. = Beringer: Die Ablässe. (Supra VI.)
Coll. Miss. = Collectanea . . . ad usum Soc. Missionum. (Supra V. 6.)
Coll. Prop. = Collectanea S. Congr. de Prop. Fide. (Supra V. 7.)
C. Pl. B. = Concilium Plenarium Baltimorense.
Decr. = Decreta Authentica S. C. Indulg. (Supra V. 9.)
Linz. qu. Schr. = Theolog. prakt. Quartalschrift. (Supra V. 19.)
Mon. eccl. = Il Monitore ecclesiastico. (Supra V. 16.)
N. R. Th. = Nouvelle Revue Théologique. (Supr. V. 17.)
Pag. S. Pœn. = Pagella S. Pœnitentiariæ. (Infra n. 251. 252.)
Past. Bl. = Pastoralblatt für Nordamerica. (Supra V. 21.)
Rescr. = Rescripta Authentica S. C. Indulg. (Supra V. 18.)
Zit. App. = Zitelli: Apparatus jur. eccl. (Supr. III. 11.)
Zit. Disp. = Zitelli: De Dispensationibus Matr. (Supr. IV. 10.)

INDEX SYNOPTICUS.

Approbationes, ... ii
Lectori Benevolo, ... xi
Opera Allegata, ... xiv

COMMENTARIUM IN FACULTATES APOSTOLICAS.

PARS PRIMA.

DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS IN GENERE.

Cap. I. Notio et Indoles Facultatum Apostolicarum, ... 1–8
Notio, Divisio, 1.—Relatio facultatum: ad potestatem quasi-ordinariam et inter se, 2.

Cap. II. Interpretatio Facultatum Apostolicarum, ... 8–34
Art. I. *Regulæ generales,* 8–20
Principia generalia interpretationis, 3, 4.—Regula facultatibus propria, 5.—Comprehensiva et *lata interpretatio* facultatum pro personis indeterminatis, 6.—Exceptio, 7.—Comprehensiva et *stricta interpretatio* facultatum pro personis determinatis, 8.—Interpretatio extensiva, 9, 10.—*Stylus curiæ*, 11, 12.—Clausulæ, 13.—Stylus Curiæ nunc vigens, 14.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Art. II. *Applicatio ad Casus speciales*, . . 20–34
Cumulatio facultatum, 15.—Facultates pro *matrimoniis contrahendis*, et *contractis*, 16;—pro *foro externo*, 17;—*interno*, 18, 19;—pro *utroque foro*, 20, 21.—De usu facultatum Formularum pro foro interno tantum, 22.—Facultates pro delictis etc. *publicis* et *occultis*, 23.

Cap. III. Communicatio et Cessatio Facultatum Apostolicarum, ... 35–62
Notitiæ prævie de *potestate jurisdictionis* in genere (præsertim Episcoporum).—Jurisdictio ordinaria et *quasi-ordinaria*, 24–26;—jurisdictio *delegata*, 27.
Art. I. *De Facultatum Communicatione*, . 40–45
Principia, 28 seq.—Quas facultates Episcopi nostri communicare possint, 32.—Quas de facto communicant, 33.—Jus et obligatio, eas communicandi, 34.—Modus communicandi, 35.—Error in communicatione, 36.
Art. II. *De Facultatum Cessatione*, . . 49–62
§ 1. *De Cessatione Facultatum in se*, . . 49–60
Morte concedentis, 37, 38.—Morte privilegiati; tempore elapso, 39.—*Prorogatio;* numero exhausto, 40.—Revocatione, 41.—Renunciatione, 42.—Negotio finito, 43.—Causa cessante, 44.
§ 2. *De Cessatione effectus Facultatum*, . 60–62

Cap. IV. De Usu Facultatum Apostolicarum, 63–118
Art. I. *De iis, in quorum Favorem applicandæ sunt*, ... 63–83
De *excommunicatis*, 46, 47.—De *subditis Episcopi*, 48–51.—De *territorio* exercitii facultatis, 52, 53.—De *territorio* usus gratiæ concessæ, 54–56.—De *causa* ad dispensandum requisita, 57, 58.—De obligatione facultates adhibendi, 59.

Art II. *De Modo Facultates expetendi*, . . 83–99
Prævie de *varia potestate Episcoporum* quoad *dispens. matr.*, I. de indulto quoad concubinarios: II. de potestate quasi-ordinaria, 60–62.—Observanda quoad *supplicam*, 63, 64;—ejus formulam, 65.—Omnia impedimenta in eadem supplica, 66;—apud S. Sedem, 67.—Cujus nomine supplicandum, 68;—si partes diversæ Diœcesis sunt, 69. Mentio prioris supplicæ, 70.
Art. III. *De Modo Facultates applicandi et exequendi*, ... 99–133
§ 1. *De Modo Procedendi in Curia Romana*, 99
I. *Rescripta pro foro externo*, . . . 101–108
Absolutio ad cautelam, 73.—*Inquisitio* de precum veritate, 74.—*Absolutio* a censuris,—*pœnitentia*, 75.—Eleemosyna, 76.—Parito judicato—*scandalum*—*occasio peccati*—*raptus*—*munera*, 77.—Quid a Parocho agendum, 78.
II. *Rescripta pro foro interno*, . . . 108–115
Confessarius executor, 79.—*Inquisitio* de veritate precum, 80.—*Absolutio*, *Occasio*, 81.—*Pœnitentia*, 82.—In matrimoniis contractis, 83, 84.—Fulminatio dispensationis, 85.—Notificatio dispensationis factæ, 86.
§ 2. *De Modo Procedendi in Executione Facultatum Apostolicarum*, ... 115–122
I. Inquisitio, 87.—II. Forma executionis pro foro externo, 88, 89;—pro foro interno. Si impedimentum natura sua publicum per accidens occultum est, 90, 91.
§ 3. *Formulæ Litterarum Supplicum pro dispensationibus obtinendis*, ... 122–133
Prænotanda, 92.—Pro impedimentis publicis, 93;—pro occultis, 94.—Matrimonio contracto;—pro sanatione in radice;—

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

"Perinde valere;"—pro redintegratione dispensationis a confessario concessæ, 95.
—Formulæ in lingua anglica, 96.
Appendix: Formulæ in S. C. de F. F. exhibitæ, ... 135–140

PARS SECUNDA.

DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS IN SPECIE.

NOTITIÆ PRÆVIÆ DE VARIIS FORMULIS ET DE FACULTATE CUMULANDI, 97, ... 141

Formula I., ... 144
Art. 1. Ordinandi *extra tempora* et *non servatis interstitiis*, 98 seq., ... 144
" 2. Dispensandi in *irregularitatibus*, 102 seq., . 150
" 3. Dispensandi super *ætate* unius anni, 105, . 158
" 4. Dispensandi *vota*, 106 seq., ... 159
" 5. Absolvendi et dispensandi in *simonia*, 111 seq., 169
" 6. Dispensandi in *consanguinitatis* et *affinitatis* gradu 3. et 4. (resp. 2.), 114 seq., . . 174
" 7. Dispensandi in *publica honestate* ex sponsalibus, 122, ... 185
" 8. Dispensandi super impedimento *criminis*, 124, 188
" 9. Dispensandi super imp. *cognationis spiritualis*, 125, ... 193
" 10. Clausulæ ad Art. 6–9, 126, ... 195
" 11. Dispensandi ab *interpellatione* in casu Apostoli, 127 seq., ... 197
" 12. Conficiendi Olea Sacra cum paucis Sacerdotibus, 133, ... 211
" 13. Delegandi Sacerdotibus facultatem benedicendi *paramenta* et *utensilia Missæ*, necnon *reconciliandi Ecclesiam*, 134, ... 213
" 14. Largiendi ter in anno *indulgentiam plenariam*, 136, ... 217

Art. 15. Absolvendi ab *hæresi* et *schismate*, 137 seq., . 218
" 16. Absolvendi ab omnibus *censuris Papalibus*, 139 seq., ... 226
Addenda: § 1. De absolutione *a casibus reservatis in genere*, 141 seq., . . . 231
§ 2. De *Sacerdote, qui complicem absolvit*, 146, 247
" 17. Concedendi *indulgentiam plenariam* conversis ab hæresi et fidelibus in *articulo mortis*, 147 seq., ... 253
" 18. Concedendi *indulgentiam plenariam* in *Oratione XL Horarum*, 150, ... 258
" 19. Lucrandi sibi easdam indulgentias, 151, . 259
" 20. *Privilegium altaris* pro feria secunda, . . 260
§ 1. De privilegio altaris in genere, 152, . 260
§ 2. De facultate præsentis Articuli, 156, . 263
" 21. Legendi *libros prohibitos*, 157, . . . 265
" 22. Præficiendi parochiis Regulares, 158, . . 267
" 23. Facultates pro *celebratione Missæ*, . . . 268
§ 1. De facultate *binandi* Missam, 159, . . 269
§ 2. De facultatibus quoad *tempus, ministrum, locum, altare* et *coofferentes* Missæ, 161 seq, ... 275
" 24. Deferendi SS. *Sacramentum sine lumine*, 163 seq., ... 282
" 25. Induendi se *vestibus sæcularibus*, 167, . . 289
" 26. Recitandi Rosarium vel alias preces loco *Officii divini*, 168, ... 290
" 27. Dispensandi *super esu carnium* tempore jejunii, § 1. *Explicatio* Articuli, 169, ... 292
§ 2. *Indulta* quoad jejunium et abstinentiam, 295
" 28. Prædictas facultates *communicandi* Sacerdotibus, 170, ... 299
" 29. Clausulæ: *gratis* . . . *nec extra* fines Diœcesis, 172, ... 302

Formula C., ... 305
Art. 1. *Anticipandi Matutinum* ab hora 2 p. m. 173.
" 2. Legendi *libros prohibitos*, 174, . . . 308

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Art. 3. Dispensandi cum *Diaconis* super quatuordecim menses, 176, ... 309
" 4. Dispensandi Parochos a *Missa pro populo*, 177, 309
" 5. Permittendi Catholicis, ut acatholicis carnes præbere valeant, 178, ... 311
" 6. Deputandi *Sacerdotem* ad *consecrandum calices*, patenas et *altarium lapides*, 179, . . . 312
" 7. Impertiendi quater *Benedictionem Papalem*, 181, ... 315
" 8. Declarandi *privilegiatum* in qualibet Ecclesia unum *altare*, 182, ... 318
" 9. Benedicendi *Cruces* etc. et erigendi *Confraternitates*, 183 seq., ... 319
§ 1. De *rebus devotionis* indulgentiandis, . 319
§ 2. De *Confraternitatibus*, ... 323
AA. De eisdem *in genere*, 185 seq., . 323-345
Erectio per Episcopum: 185,—Statuta: 186,—Rector: 187,—Indulgentiæ: 188,—Erectio per Generales Ordinum et aggregatio: 189,—Receptio fidelium: 190–192,—Gratiæ confrttum et obligationes: 193,—Gubernatio: 194,—Dissolutia cfrttum: 195.
Appendix: Formulæ pro erectione, aggregatione et inscriptione obtinenda, . . . 343
BB. De Confraternitatibus, quæ vi hujus Art. erigi possunt, ... 345
I. De *Confraternitate* B. M. V. *de Monte Carmelo*, ... 345
Punct. 1. De Scapularibus, 196 seq., 346
Punct. 2. De Confr. S. Scapularis ipsa, 200, . . . 351
II. De *Confraternitate* SS. *Rosarii*, . 353
Punct. 1. De Rosariis in genere, 201, 353
Punct. 2. De Confr. SS. Rosarii ipsa, 202, ... 356
III. De *Confraternitate Bonæ Mortis*, 203, 357
Corrollaria quoad facultatem erigendi Confraternitates in præsenti Art. contentam, 204, 358

Art. 10. Erigendi *stationes Viæ Crucis*, . . 359–365
I. Ubi et II. a quo erigi possunt? 205.—III. Quid ad erectionem validam requiritur? 206.—IV. Post erectionem, 207.—V. Indulgentiæ Viæ Crucis, 208.—VI. Corollaria, 209, **App. I.** *Formulæ;* **II.** *Crucifixi Viæ Crucis*, 210, ... 366
" 11. Promovendi Clericos ad *titulum Missionis*, 211, ... 369
" 12. Delegandi *benedictionem campanarum*, 212, . 373
" 13. Usus facultatum *gratis* fiat, nec *extra Diœcesin*, 213, ... 376

Formula D., ... 376
Art. 1. Dispensandi super *cognatione spirituali* inter levantem et levatum, 214, . . . 376
" 2. Dispensandi super *occulta affinitate* ex copula illicita, 215, ... 376
" 3. Dispensandi super *disparitate cultus*, 216, . 379
" 4. Dispensandi super *mixta Religione*, 221, . 388
" 5. Dispensandi super *consanguinitate et affinitate* in matr. mixtis contractis, 222, . . . 389
" 6. *Sanandi in radice* matrimonia invalida ob impedimentum occultum, 224, . . . 396
" 7. In prædictis absolvendi et prolem legitimandi, 226, ... 400
" 8. Subdelegandi prædictas facultates, 229, . . 401
Paragraphus finalis de causa, eleemosyna et certioratione S. Sedis, 233, ... 404

Formula E., ... 406
In utroque foro, 236, ... 406
Art. 1. Dispensandi in 1. *gradu affinitatis* licitæ, 238, 407
" 2. Dispensandi in 1. *et* 2. *consanguinitatis* et affinitatis gradu, 240, ... 408
" 3. Dispensandi in 2. consanguinitatis et affinitatis *gradu æquali*, 241, ... 409

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Art. 4. Dispensandi in 1. *gradu affinitatis illicitæ*, in impedimento publico, 242, ... 410
Clausulæ de absolutione, legitimatione prolis, causa et potestate subdelegandi in prædictis, 243, ... 411

APPENDIX I.

Formula III. (pro Episcopis Germaniæ, Austriæ, Hungariæ, Belgii, etc.), 244, . . . 414
" **IV.** (pro Præfectis Apostolicis), 245, . . 416
" **VI.** (pro Episcopis Hiberniæ), 246, . . 419
" **X.** (pro Episcopis Galliæ), 247, . . . 421

APPENDIX II.

Responsum S. Officii de 2 Julii 1884, 248, . . . 422

APPENDIX III.

Facultates extraordinariæ Episcoporum Canadensium :

Formula T., 249, ... 426
Facultates Episcoporum Provinciæ Quebecensis, 250, . 430

APPENDIX IV.

Pagella S. Pœnitentiariæ :

pro Episcopis, 251, ... 432
pro Confessariis, 252, ... 437

APPENDIX V.

Censuræ adhuc vigentes :

A. in Bulla *Apostilicæ Sedis*, 253, ... 439
B. extra hanc Bullam, 254, ... 450

APPENDIX VI.

Decretum *Quemadmodum*, 255, ... 455

APPENDIX VII.

Additiones et emendationes, 256, ... 460
Index Alphabeticus.

COMMENTARIUM IN FACULTATES APOSTOLICAS.

Pars Prima.

DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS IN GENERE.

CAPUT I.

NOTIO ET INDOLES FACULTATUM APOSTOLICARUM.

Ad naturam indolemque facultatum dignoscendam sufficiet, notione et divisione exhibita, relationem earum tum ad potestatem ordinariam Episcoporum tum inter se compendiarie monstrare.

1.—Notio. Facultas in sensu juridico[1] significat quamcumque potestatem in jure sive proprio sive alieno fundatam aliquid valide aut licite agendi. Strictius vero[2] prout hic præsertim sumitur, facultas denotat potestatem, quam Superior ecclesiasticus jurisdictione in foro externo præditus cuidam sibi quoquo modo subdito personaliter concedit, aliquid sive in foro conscientiæ tantum sive etiam pro foro externo valide aut licite aut saltem tuto agendi.

Divisio. I. *In genere:*

a. *Ratione objecti* juxta dicta per facultates conceditur aut 1. quædam jurisdictio, ut absolvendi a peccatis et censuris,

[1] De aliis significationibus hujus vocis cfr. Lexicographos.
[2] *Freib. Kirchenlex.* ed. 2, vol. iv. p. 1195: *Facultäten.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Art. 4. Dispensandi in 1. *gradu affinitatis illicitæ*, in impedimento publico, 242, ... 410
Clausulæ de absolutione, legitimatione prolis, causa et potestate subdelegandi in prædictis, 243, ... 411

APPENDIX I.

Formula III. (pro Episcopis Germaniæ, Austriæ, Hungariæ, Belgii, etc.), 244, . . . 414
" **IV.** (pro Præfectis Apostolicis), 245, . . 416
" **VI.** (pro Episcopis Hiberniæ), 246, . . 419
" **X.** (pro Episcopis Galliæ), 247, . . . 421

APPENDIX II.

Responsum S. Officii de 2 Julii 1884, 248, . . . 422

APPENDIX III.

Facultates extraordinariæ Episcoporum Canadensium :

Formula T., 249, ... 426
Facultates Episcoporum Provinciæ Quebecensis, 250, . 430

APPENDIX IV.

Pagella S. Pœnitentiariæ :

pro Episcopis, 251, ... 432
pro Confessariis, 252, ... 437

APPENDIX V.

Censuræ adhuc vigentes :

A. in Bulla *Apostilicæ Sedis*, 253, ... 439
B. extra hanc Bullam, 254, ... 450

APPENDIX VI.

Decretum *Quemadmodum*, 255, ... 455

APPENDIX VII.

Additiones et emendationes, 256, ... 460
Index Alphabeticus.

COMMENTARIUM
IN
FACULTATES APOSTOLICAS.

Pars Prima.
DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS IN GENERE.

CAPUT I.
NOTIO ET INDOLES FACULTATUM APOSTOLICARUM.

Ad naturam indolemque facultatum dignoscendam sufficiet, notione et divisione exhibita, relationem earum tum ad potestatem ordinariam Episcoporum tum inter se compendiarie monstrare.

1.—Notio. Facultas in sensu juridico[1] significat quamcumque potestatem in jure sive proprio sive alieno fundatam aliquid valide aut licite agendi. Strictius vero[2] prout hic præsertim sumitur, facultas denotat potestatem, quam Superior ecclesiasticus jurisdictione in foro externo præditus cuidam sibi quoquo modo subdito personaliter concedit, aliquid sive in foro conscientiæ tantum sive etiam pro foro externo valide aut licite aut saltem tuto agendi.

Divisio. I. *In genere:*

a. *Ratione objecti* juxta dicta per facultates conceditur aut 1. quædam jurisdictio, ut absolvendi a peccatis et censuris,

[1] De aliis significationibus hujus vocis cfr. Lexicographos.
[2] *Freib. Kirchenlex.* ed. 2, vol. iv. p. 1195: *Facultäten.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dispensandi in præceptis ecclesiasticis, in votis, irregularitatibus, impedimentis matrimonialibus etc.; unde hæ recte *facultates jurisdictionales* et aliquando in oppositione ad cæteras, quæ *gratiarum* nomine veniunt, simpliciter *facultates* (in sensu strictissimo) vocantur;—aut 2. datur licentia aliquid alias illicitum faciendi, ut legendi libros prohibitos, Missam binandi etc.;—aut 3. quasi *ad cautelam* dispensatio, licentia etc. conceditur, ut salva conscientia et sine scrupulo procedi possit in casibus, ubi quædam doctrina Theologorum non satis tuta videtur.

b. *Ratione subjecti concedentis* distinguuntur 1. facultates *Apostolicæ* vel Papales: scil. concessæ a Summo Pontifice sive per Seipsum sive per SS. Congregationes Cardinalium et varia Tribunalia S. Sedis;—2. *Episcopales*, scil. collatæ ab Episcopis vi potestatis ordinariæ, ut facultates sacerdotum, qui in Diœcesi pro salute animarum laborant; demum 3. facultates *Prælatorum Regularium*, manantes sive ex potestate ordinaria in subditos sive ex ea, quæ extraordinaria vocari potest, unde e. gr. vi specialium privilegiorum a S. Sede sibi concessorum erigere possunt varias confraternitates etc. et aliis ad hoc facultates concedere.

c. *Ratione modi et extensionis* facultates sunt aut 1. *generales* (licet pro certo tempore tantum concessæ), seu pro personis indeterminatis—aut 2. *particulares* seu pro personis determinatis in casibus particularibus per rescriptum[1] et quandoque etiam viva voce datæ.

Nota. Facultates Episcopis aliisque *a S. Sede* præter jus commune tributæ, imprimis si generales sunt, etiam *Indultorum*[2] nomine cognoscuntur, et conceduntur aut propter peculiares loci rerumve circumstantias aut pro generalibus necessitatibus et in *Formulis* stabilibus ad quinquennium, decennium, quindennium etc. ("facultates quinquennales" etc.) vel ad numerum casuum. —Hæ *quasi privilegia*[3] aut *privilegia personalia* vocari possunt, et a

[1] *Rescriptum* est *responsum Principis* (Papæ, Legati, Episcopi) *scriptum*.—D'Annib. i. 236.—Communius rescriptum dicitur: *S. Pontificis* responsum *scripto* datum ad supplicationem, relationem vel consultationem pro casu particulari vel pro privata persona.

[2] *Freib. Kirchenlex.* vol. vi. p. 698 *Indult*.

[3] Ita eas vocat Reiffenstuel: App. n. 20 et 33. *Privilegium* in

Canonistis, quatenus ab eis tractantur, in titulo de privilegiis (*Decretal.* v. 33) expenduntur. Hasce facultates spectant verba a Benedicto XIV. ad Vicarios Apost. Angliæ scripta:

"Cum a Sancta Sede animadversum sit, plurima sæpe contingere in regionibus longe dissitis, quibus ut consulatur, peculiares dispensationes et *privilegia* quandoque opportuna, quandoque etiam ad animarum regimen necessaria requiruntur, ad quæ obtinenda difficile est Romam confugere, eadem Sancta Sedes in more habuit, habetque in præsenti, Episcopis in remotioribus Provinciis commorantibus, quasdam *facultates* impertiri, quibus uti possint vel immediate vel per inferiores Sacerdotes a se designatos."[1] Significantur scil. a Pontifice

II. *In specie:* Eæ facultates, quæ, in *Formulis* a S. Congr. Romanæ et Universalis Inquisitionis seu S. Officii pridem compositis, et postea prævio plurium Cardinalium examine ab Urbano VIII. 10 Febr. 1637 in nova forma approbatis,[2] primo tempore ab hac ipsa S. C. S. Officii immediate[3] communicatæ sunt, nunc vero a Summo Pontifice per S. Congr. de Prop. Fide totius orbis terrarum non solum Episcopis, sed etiam Vicariis et Præfectis Apost. aliisque "juxta antiquam præstitutam praxin, prout regionum distantia ab Urbe et Diœcesium utilitas id postulat,"[4] conceduntur, quarum aliæ *ordinariæ* sunt, aliæ vero *extraordinariæ*.

a. *Ordinariæ* facultates in decem schematibus ex antiquo fere fixis continentur et ante verba: "Facultates concessæ a SS. D. N." signatæ sunt: F. I., F. II. etc. i. e. Formula prima, Formula secunda etc.[5]—Ex his Formula I. a S. C. de P. F. communicatur Vicariis Apostolicis[6] et Episcopis remotiorum regionum, ut Stat. Fœd. Am.; Formula II. Vicariis Apostoli-

sensu stricto est lex privata permanens. Privilegia et facultates etiam gratiæ (in sensu lato) vocantur. Cæterum voces: privilegium, gratia, favor, facultas, indultum, concessio etc. promiscue et in eodem fere sensu passim usurpantur.

[1] Ben. XIV. const. *Apostolicum ministerium* 30 Maj. 1753, §11.

[2] *Coll. Prop.* n. 141, 142.

[3] Reiffenstuel: App. n. 21.—La Croix, lib. vi. pars iii. n. 848.

[4] *Coll. Prop.* n. 147.

[5] Nilles in *Zeitschr. f. k. Th.* 1891, pag. 550.

[6] *Coll. Miss.* n. 31 (ad quindennium).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cis,[1] et Episcopis Angliæ, Bosniæ[2] etc.; Form. III. Episcopis Germaniæ, Austriæ, Belgii, etc.; Form. IV. Præfectis Apostolicis; Form. VI. Episcopis Hiberniæ et demum Form. X. Episcopis Galliæ.—Formulæ V. VII. VIII. IX. amplius non communicantur.[3] Pro temporum et locorum indigentia deinde sive in his Formulis manu aliquid inscribitur, sive Formulæ ordinariæ additur una vel altera Formula, quæ

b. Facultates *extraordinarias* continet. *Harum* Formularum existit numerus permagnus. Signatæ sunt aliæ litteris majusculis Alphabeti A., B., C. etc., aliæ inscriptione Extr. a., Extr. b. . . Extr. A., Extr. B. etc., aliæ sine "siglo" incipiunt verbis: *Ex audientia SSmi.*[4]

Nota.—1. Nostris Episcopis et Vicariis Apostolicis extraordinariæ facultates conceduntur in Formulis C., D. et E.—Hanc ultimam tamen, ut testatur P. Mich. Haringer[5] (vir in Congregationibus Romanis non parum versatus), quidam Episcopi non expetunt, opinantes, nimiam facilitatem dispensandi in proximioribus gradibus, pro quibus in ea conceduntur facultates, disciplinæ ecclesiæ damnum afferre.

2. Formulæ prædictæ tum ordinariæ tum extraordinariæ anno 1894 in pluribus immutatæ sunt. Hæ immutationes suis locis notantur.

3. Complures ex dictarum Formularum facultatibus (in specie ex Form. I. Articuli 4, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 15, 16, 17, 23, 24, 25, 26) a Leone XII. in Brevi *Plura inter* de 11 Julii 1826 § 3 et 4 (cfr. *Bull. Rom. Continuatio* Tom. VIII Prati 1854, p. 437 et Mühlbauer *Thes. Res. S. C. C.* tom. 5, p. 903) Præposito Generali Soc. Jesu, ab hoc Præfectis missionum et ab his aliis sacro missionum ministerio addictis delegandæ concedebantur, ita tamen, ut eas nonnisi ex venia Ordinariorum exercerent, si in regionibus horum jurisdictioni subjectis operaturi essent. Alia de variis concessionibus vide apud De Martinis *Jus Pont. S. C. de P. F.* vol. i.

4. Cæterum facultates Apostolicæ specificari etiam possunt ex variis SS. Congregationibus Cardinalium (ut S. Congr. Concilii, Indicis, Epp. et Regul. etc.) et Tribunalibus (ut Signatura Gratiæ,

[1] Bened. XIV. const. cit.
[2] *Instr. S. C. de P. F.* 9 Maj. 1877 ad 11.
[3] Nilles, l. c.
[4] Nilles l. c. pag. 552.
[5] *Theol. mor. S. Alph.* ed. 2, vol. vi. p. 501.

Dataria, Pœnitentiaria etc.) per quæ a S. Pontifice obtinentur,[1] ex foro, pro quo conceduntur etc. Plura de his infra.

2.—Relatio. I. Quoad relationem facultatum Apostolicarum

a. *Ad potestatem ordinariam et quasi-ordinariam* Episcoporum[2] dici poterit: *Specialis concessio facultatis generatim non nocet facultati aliis titulis obtentæ, sed ei adjungitur.*[3] Unde "*favores*, quos Episcopus ab Apostolica Sede *personaliter* impetravit,"[4] prout sunt facultates Formularum, potestatem alias habitam nullo modo restringere censentur. Minime enim præsumi potest, Pontificem per concessionem gratiæ voluisse Episcopum in deteriorem conditionem redigere.

Exceptio tum tantum facienda esset, si facultas concederetur pro casu, in quo Episcopus ex potestate quasi-ordinaria ob præsumptam S. Pontificis voluntatem procedere valuisset. "Quomodo enim," ait Feije,[5] "*præsumptæ* Pontificis voluntati locus esse posset, ubi de expressa constat?" At hic casus vix occurret. Nam ex una parte usus potestatis quasi-ordinariæ non videtur esse restrictus, ubi usui indulti Apostolici quoad executionem difficultas notabilis obstat,[6] ex altera vero parte Formulæ et præcipue Formula prima etiam illis, qui non sunt Episcopi diœcesani, aliquando conceduntur, imo hæc primitus a S. C. S. Officii præcipue pro horum usu composita esse videtur.—

Sane Vicarii Apostolici, licet episcopali charactere aucti, Episcopi diœcesani et Ordinarii in sensu juris non sunt, sed jure delegato tantum ordinariam exercent potestatem, quæ diœcesanis Episcopis inest. Ideo tantum jurisdictionis habent, quantum a Romano Pontifice eis conceditur.[7] Ergo facultates ab Episcopo alioquin habitæ, si in Formula ejusdem tenoris

[1] Plura de his vide ap. Bangen: *Die Röm. Curie*, Münster 1854 et Baart: *The Roman Court*, Milwaukee 1895.
[2] Cfr. infra n. 24.
[3] Bouquillon: *Th. mor. fund.* ed. 2, n. 168, nota 7.
[4] *Decr.* n. 321.
[5] n. 513 ad fin.; Zit. *Disp.* p. 48, 3.
[6] Cfr. *Act. S. Sed.*, xiv. p. 155–166.
[7] Zit. *App.* p. 127; cfr. *Coll. Miss.* n. 14 et 15; *Coll. Prop.* n. 50.

etiam Vicariis Apostolicis concedi solita inveniuntur, per hoc manent intactæ et concessio respectiva pertinent ad Vicarios Apostolicos. Quare e. gr. Episcopus, cum in interstitiis dispensare possit vi Trid. xxiii. cap. 13 et 14 *de Ref.*, non tenetur observare clausulam Formulæ I. (sub art. 1 eandem facultatem continenti) appositam sub art. 29, ex qua non posset suum subditum dispensare ab interstitiis eo quod commoratur extra Diœcesin.[1]

II. *Relatio facultatum ad se invicem*, si eandem materiam respiciunt.—Hac de re sequentia notanda esse videntur:

a. Singulis SS. Congregationibus Cardinalium negotia specialia secundum institutionem et nomen assignata sunt; at de rebus minoris momenti ex usu introducto sæpe plures tractare et respective facultates concedere possunt. Si vero supplicatio ab una Congregatione suscepta postea ad aliam dirigitur, hæc eam ad priorem remittit; insuper si petitio in una denegata est, et reticita hac denegatione ab alia id, quod petitum est, conceditur, hoc ex const. Innoc. XII. *Ut occurratur* 4 Jun. 1692 nullius valoris est.[2]—Idem valet, si adita Dataria recurritur ad S. Pœnitentiariam.

b. Facultates a S. Sede Episcopis aliisque conceduntur non tantum per S. Cong. de Prop. Fide, sed etiam per S. Pœnitentiariam. Alibi enim Episcopi etiam facultates *S. Pœnitentiariæ* habent,[3] quas, ut videtur, etiam nostri obtinere possent, de facto autem non habere videntur. Similes conceduntur quibusdam confessariis in "Pagella."[4] Talis pagella in his quoque regionibus haberi potest. Ideo suis locis facultates in ea contentas apposui. Jam vero facultates a S. Pœnitentiaria concessæ a facultatibus S. C. de P. F. quoad clausulas differunt. De qua differentia hæc apud Aichner[5] leguntur: "Proposita quæstione, quænam sit relatio mutua inter facultates impressas Episcopis concedi solitas tam a S. Pœnitentiaria quam a S. Congr. de Prop. Fide, responsum fuit: Illud tibi significandum habeo, quod nimirum, cum a SS. Domino Nostro dentur facultates sive per S. Congr. de

[1] Nilles l. c. p. 551. [2] Baart: *The Roman Court*, n. 233.
[3] Cfr. infra n. 251. [4] Infra n. 252.
[5] Pag. xxiii. 11; Feije ed. 4, n. 615.

Prop. Fide sive per S. Pœnitentiariam, cumque Ipse attentis locorum, personarum et temporum adjunctis eas ampliores vel arctiores concedat, neutra ex Congregationibus facultates per alteram datas coarctare dicenda est, nisi expresse id in rescripto cautum sit." Unde quoad facultates ex *diverso titulo* obtentas, prout sunt prædictæ, tanquam principium generale statui potest: Gratia non nocet gratiæ. Quare etiam juxta responsa S. Congr. Indulg. ille, qui ex privilegio Ecclesiæ suæ adnexo seu *reali* bis in duplici Missam de Requie celebrare potest, si ei eadem facultas at *personalis* conceditur, utraque uti et quater in nigro colore, festo duplici occurrente, litare poterit. Simile quid habes infra n. 154 de altari privilegiato. Contrarium autem juxta eadem responsa dicendum esse videtur, si quis facultatem, quin alterius ejusdem tenoris mentionem fecerit, ex *eodem* titulo obtinuit. Imprimis ex cap. 38 (iii. 4) in 6. generali gratiæ derogat posterior specialis, licet de ea non fiat mentio.

Quoad facultates ad *casus particulares determinatas*, si *dispensationem* continent, perpendendum est 1. annon facultas prius expetita per renunciationem aut revocationem implicitam (petendo alteram idem objectum spectantem) cessaverit. Ex mente enim legislatoris dispensatio non nisi ex quadam necessitate concedenda est, ita ut dispensatio, quæ per petitionem alterius in eadem re quasi superflua declaratur, irrita evadat (cfr. n. 42).—2. Videndum est, annon facultas posterior ob subreptionem i. e. ob reticentiam facultatis prius obtentæ nulla sit. Invalida enim est secunda dispensatio reticita prima, si *a Papa* impetrata est super *eundem defectum* ac in prima e. gr. si super eandem irregularitatem primo dispensatio petitur ad Ordines suscipiendos et dein, hac reticita, ad dignitates obtinendas. Dico: *a Papa*. Secus enim tenendum, si utraque ab Episcopo petatur.[1] 3. Communiter dicunt, facultatem super delicto, reticita priori super eodem obtenta, esse invalidam, et e. gr. facultatem dispensandi in impedimento, irregularitate etc. ex crimine ortis esse nullam, si reticito relapsu in idem crimen obtenta fuerit post eandem alias concessam. Quod de dispensationibus tenetur, etiam de absolu-

[1] Pyrrh. Corr. lib. i. cap. v. ¶ *Et est.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tionibus dicendum esse videtur, ita ut facultas petita ad absolvendum a censura invalida sit, si relapsus in eandem post absolvendi facultatem prius obtentam et applicatam reticetur. —Idem 4. *generatim loquendo*, tenendum est, si secunda facultas ob ejus concessionem jam prius factam multo difficilius concedi soleat.[1] Dico: *generatim loquendo;* in casibus enim particularibus non raro difficile est discernere, an facultas ex reticentia prioris cujusdam concessionis valida sit necne (cfr. n. 70).

Nota. De relatione facultatum fori externi ad facultates fori interni vide n. 17 seq., de aliis relationibus in operis decurso sermo erit. De facultate Episcopi in casu ad S. Sedem delato cfr. n. 41, nota 1 et n. 75.

[1] Feije n. 719.

CAPUT II.

DE FACULTATUM APOSTOLICARUM INTERPRETATIONE.

ART. I.

REGULÆ GENERALES.[1]

Cum facultates omnino a voluntate Superioris (Pontificis) pendant, ne erronee applicentur, verba, quibus voluntatem suam Superior expressit, rite intelligi debent, ideoque *quatenus aliquid obscuri* in se contineant, recta interpretatione indigent. Dico: *quatenus etc.* manifesta enim non interpretamur, et "cum nulla in verbis est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio."

Quoniam facultatum interpretatio cum interpretatione legum intime cohæret, et in multis cum ea convenit, quoad hanc non erit supervacaneum breviter notare

3.—Principia generalia. Nimirum:

I. Ratione *objecti* interpretatio, quæ in legibus fit, **a.** alia est *declaratoria* seu *comprehensiva*, ea scil., qua verba legis, prout in sensu proprio vel vulgari vel juridico recepta sunt, in favorabilibus quidem late, in odiosis vero stricte ita explicantur, ut neque plus neque minus in legem inferatur, quam legislatoris verba exprimunt;—**b.** alia est *extensiva*, ea scil., quæ, verba in proprio vel vulgari vel juridico sensu accepta egrediens, legem ad casus non comprehensos, sed comprehensis similes ob rationis identitatem extendit, prout hæc cumprimis valet in correlativis, æquiparatis, connexis etc.—ex principio: "Ubi eadem ratio exstat, ibi eadem est juris dispositio."

II. Ratione *causæ*, ex qua oritur, interpretatio alia est *authentica*, alia *usualis*, alia *doctrinalis*.

a. *Authentica* i. e. facta auctoritate legislatoris, scil., Papæ et SS. Congregationum Cardinalium a Papa ad hoc auctoritate

[1] Marc n. 167 seq ; D'Annib. i. n. 184.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tionibus dicendum esse videtur, ita ut facultas petita ad absolvendum a censura invalida sit, si relapsus in eandem post absolvendi facultatem prius obtentam et applicatam reticetur. —Idem 4. *generatim loquendo*, tenendum est, si secunda facultas ob ejus concessionem jam prius factam multo difficilius concedi soleat.[1] Dico: *generatim loquendo;* in casibus enim particularibus non raro difficile est discernere, an facultas ex reticentia prioris cujusdam concessionis valida sit necne (cfr. n. 70).

Nota. De relatione facultatum fori externi ad facultates fori interni vide n. 17 seq., de aliis relationibus in operis decurso sermo erit. De facultate Episcopi in casu ad S. Sedem delato cfr. n. 41, nota 1 et n. 75.

[1] Feije n. 719.

CAPUT II.

DE FACULTATUM APOSTOLICARUM INTERPRETATIONE.

ART. I.

REGULÆ GENERALES.[1]

Cum facultates omnino a voluntate Superioris (Pontificis) pendant, ne erronee applicentur, verba, quibus voluntatem suam Superior expressit, rite intelligi debent, ideoque *quatenus aliquid obscuri* in se contineant, recta interpretatione indigent. Dico: *quatenus etc.* manifesta enim non interpretamur, et "cum nulla in verbis est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio."

Quoniam facultatum interpretatio cum interpretatione legum intime cohæret, et in multis cum ea convenit, quoad hanc non erit supervacaneum breviter notare

3.—Principia generalia. Nimirum:

I. Ratione *objecti* interpretatio, quæ in legibus fit, **a.** alia est *declaratoria* seu *comprehensiva*, ea scil., qua verba legis, prout in sensu proprio vel vulgari vel juridico recepta sunt, in favorabilibus quidem late, in odiosis vero stricte ita explicantur, ut neque plus neque minus in legem inferatur, quam legislatoris verba exprimunt;—**b.** alia est *extensiva*, ea scil., quæ, verba in proprio vel vulgari vel juridico sensu accepta egrediens, legem ad casus non comprehensos, sed comprehensis similes ob rationis identitatem extendit, prout hæc cumprimis valet in correlativis, æquiparatis, connexis etc.—ex principio: "Ubi eadem ratio exstat, ibi eadem est juris dispositio."

II. Ratione *causæ*, ex qua oritur, interpretatio alia est *authentica*, alia *usualis*, alia *doctrinalis*.

a. *Authentica* i. e. facta auctoritate legislatoris, scil., Papæ et SS. Congregationum Cardinalium a Papa ad hoc auctoritate

[1] Marc n. 167 seq ; D'Annib. i. n. 184.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sua præditarum, dummodo quod SS. Congregationes attinet, *formiter sit edita* (i. e. subscripta a Card. Præf. et a Secret. ac sigillo munita) non indiget promulgatione, si est comprehensiva, secus, si extensiva est.[1] Sufficit promulgatio præsumpta ex longo usu etc.[2]—Unde præter Decreta S. R. C. in *Coll. Gardell.* contenta (S. R. C. 8 Apr. 1854 ad 2), etiam authentica sunt habenda, quæ ab auctoribus probatis allegantur. (S. R. C. 10 Dec. 1870). Insuper quoad Resp. et Decr. SS. Congregationum nota:

1. Facultates Episcopis etc. concessas interpretantur S. C. S. Off. et S. C. de Prop. Fide. Et quamquam die 19 Sept. 1671 de mandato Sanctissimi (Clem. X.) injunctum fuit, quod quotiescumque missionariis, cæterisque S. C. de Prop. Fide ministris, mittantur resolutiones dubiorum factæ a S. C. S. Off. et Prop. Fidei, non mittantur tanquam *definitiones*, sed tanquam simplices instructiones, quibus in occurrentibus dubiis gubernari *valeant* et *debeant*;[3] tamen resolutiones formiter editæ non possunt haberi tanquam probabiles opiniones tantum, sed, præsertim si promanant ex congregatione generali S. C. de P. F., vim Constitutionis apostolicæ habent.[4]

2. Decreta *S. Rit. C.* alia habent adnexam clausulam obligatoriam, ut *servari mandavit* etc., alia ea carent. Priora, uti et ea quæ in forma rigorosi decreti eduntur aut a S. Pontifice confirmantur, certe in conscientia obligant, reliqua vero probabiliter directiva tantum sunt tanquam responsa virorum sapientissimorum, ideo præferenda opinionibus aliorum doctorum.[5]

3. Decreta et declarationes *reliquarum* Congregationum (præcisa S. R. C.), si *jussu* S. Pontificis solemniter publicatæ sunt, vim legis habent. Imo secundum communiorem hodie DD. sententiam etiam reliquæ omnes declarationes comprehensivæ, modo de iis authentice constet, vim legis habent.[6] At vero quia contraria sententia omni probabilitate destituta non

[1] S. Alph. i. 200, iii. 1027; *Hom. Ap.* ii. 74.
[2] Idem i. 106 et qu. 2, inter retr. recentes.
[3] *Coll. Miss.* n. 5.
[4] Urban VIII. et Innoc. X. ap. *Coll. Prop.* n. 10 et 11.
[5] S. Alph. vi. 401.
[6] Marc n. 169 qu. 2, 3.

est,[1] si decisio S. Congr., opposita opinioni probabili DD., affertur, saltem post factum a judicio præpropero et justo strictiore abstinere, omnino consultum est.

4. Responsa doctrinalia, quæ particularia sunt, ad alios casus extendi debent, si hi sunt identici (scil. si ratio omnino eadem in his militat nec obstat consuetudo legitima,[2] secus si similes tantum sunt (S. R. C. 8 Apr. 1854). Certe non possunt extendi indulta pro uno loco ad alium, pro una persona ad aliam, etsi eadem ratio existit.[3]

b. *Usualis* interpretatio i. e. legitima consuetudine recepta, est "optima legum interpres" et æquivalet fere authenticæ. Ei proxima est constans omnium pene Doctorum interpretatio.

4.—c. *Doctrinalis* i. e. a privatis Doctoribus facta secundum regulas hermeneutices:—ex contextu legis et totius legislationis,—ex verbis et ratione legis necnon ex mente legislatoris. In lege generaliter concepta fit secundum axioma: "Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus," in specialiter concepta a casu contrario secundum illud: "Exceptio firmat regulam in contrarium pro casibus non exceptis" aut alterum: "Inclusio (seu expressio) unius est exclusio alterius;" in lege per modum exempli lata secundum axioma: "Casu expresso" a lege, "similis non censetur omissus;" in dispari ratione legis: "A disparatis non fit illatio"[4] etc. etc. Valet tantum, quantum valent rationes et auctoritas Doctoris interpretantis.

Hæc suo modo applicanda sunt etiam interpretationi facultatum Apostolicarum, servata tamen

Regula propria. Hæc ita enuntiari poterit:

5.—Facultates *semper comprehensive*—et quidem facultates *pro personis indeterminatis late, pro determinatis* autem *regulariter stricte*—interpretandæ sunt, *nunquam vero extensive*[5] nisi ad id, quod cum aliquo ita connexum aut in eo ita contentum est, ut unum sine altero stare non possit,[6] vel nisi con-

[1] D'Annib. i. 184 (5); Salm. *de censur.* cap. 2, n. 56.
[2] De consuetudine in rebus liturg. cfr. Thalhofer: *Liturgik*, § 23 ad 4.
[3] Gury-Palmieri i. n. 128, 130 in notis.
[4] De quibus vide plura apud Zit. *Disp.* p. 14 seq.; D'Annib. l. c. etc.
[5] D'Annib. i. n. 187 (39), 220, 228, 234.
[6] S. Alph. vi. 789, dub. 2; Marc n. 1909, 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

stans omnium Doctorum interpretatio aliud ferat. Insuper interpretatio, præsertim quoad *usum* facultatum, facienda est *juxta stylum et praxin Romanæ Curiæ nunc vigentem.*

Singula percurrendo nota:

6.—I. Facultates pro *personis indeterminatis* sunt privilegia (Ben. XIV. supra n. 1) vel quasi-privilegia,[1] ideo comprehensive quidem at late sunt intelligendæ juxta illud axioma: "Verba generalia generaliter sunt intelligenda"[2] et "verba valent, quantum sonant."—Unde:

a. Indultum absque limitatione concessum dispensandi in affinitate comprehendit affinitatem ex copula tum licita tum illicita;—facultas generatim concessa dispensandi in impedimento matrimonii valet pro matrimoniis tam contrahendis quam contractis; **b.** facultas dispensandi illimitate data se extendit etiam ad casus, ubi species, de qua dispensari potest multiplex est e. g. qui ex *generali* facultate[3] dispensare potest in gradu secundo consanguinitatis, hac facultate uti valet etiamsi hic gradus sit duplicatus, nempe proveniens ab utroque parente vel pluribus stipitibus.[4] Ita legem interpretando respondit S. Off. 15 Jun. 1875 Vicario gen. Episcopi S. Ludovici,[5] quod responsum generaliter applicari potest et de facto applicatur, prout testatur Aichner.[6]—Idem a pari tenendum est, si eadem irregularitas, eadem species cognationis spiritualis, criminis absque machinatione etc. numero multiplex occurrit, et facultas generalis possidetur.—**c.** Episcopi facultatibus dispensandi in impedimentis matrimonii uti potuerunt casu etiam, quo incestus vel quasi-incestus cum vel sine animo facilius obtinendi dispensationem occurrebat et ante 25 Junii 1885 exprimendus erat, quamquam id non fuerat expresse concessum;[7] verba enim facultatum sunt generalia.—**d.** Indultum

[1] Reiffenst. App. n. 20, 33.

[2] Cap. *Quia circa* 22 (v. 33) et Reiffenst. n. 25; Pyrrh. Corr. lib. i. cap. v. ¶ *Limita tertio.*

[3] Secus si numerus sit restrictus, uti exempla habes apud Feije n. 630 (631) d.

[4] Zit. *Disp.* p. 52, 53.

[5] Apud Feije n. 630 (631) d. et infra n. 115.

[6] *Comp. jur. eccl.* app. xx.

[7] Planchard n. 98, 99; Kon. *Comp.* n. 1628, qu. 6, nota.

generale secum fert facultatem tollendi omne id quod ejusdem executioni aut pleno effectui obstat,[1] ut infra n. 10 dicetur.

7.—*Exceptio* tamen ab hac regula de verbis generalibus generaliter intelligendis facienda est, si agitur de re, quam Superior (Papa) in specie verisimiliter non esset concessurus,[2] i. e. de re rara, insolita, extraordinaria, ad quam mens concedentis sese extendisse præsumi nequit, ut Reiffenst., Sanfelice etc. hanc regulam explicant, aut de re, quam consuetudo vel jus excludit.[3]

Ita e. gr. in facultate *absolvendi a peccatis* concessa casus reservati non continentur; concessa a S. Sede facultate absolvendi *a casibus Papæ reservatis* non comprehenduntur casus eidem *specialiter* reservati. Si vero ab his absolvendi facultas conceditur verbis generalibus, nondum (saltem ex jure priori) est concessa facultas absolvendi ab' hæresi. Qua de causa specialis facultas sub art. 15 in Form. I. addita est.

8.—II. Facultates pro *personis determinatis* et casibus particularibus v. gr. dispensandi cum certo quodam oratore, quamvis comprehensive, attamen *regulariter* tanquam legi vulnus infligentes stricte sunt interpretandæ et extendi nequeunt ad aliud, cujus in litteris concessionis nulla fit mentio, nisi id inseparabiliter sub potestate concessa sit comprehensum aut res sit, quæ, si in supplica reticetur, potestatem obtentam non reddit subreptitiam. Neque militat in his argumentum a simili ad simile, neque a majori ad minus, nisi quando secundum modo dicta minus in majori includitur. (Cfr. Pyrrh. Corr. lib. cap. v.)

Unde: **a.** dispensatio impetrata pro certo gradu nequit intelligi de propinquiori, licet possit de remotiori;[4] pro gradu simplici obtenta extendi nequit ad eundem gradum duplicatum, multo minus ad impedimentum diversæ speciei; **b.** dispensatio obtenta pro affinitate ex copula licita valet etiam pro publica honestate cum ea connexa.—Alia exempla vide de voto infra n. 109.

[1] Ærtnys vi. n. 624.

[2] Reg. jur. 81 in 6 et cap. *Si Episcopus* 2 (v. 10) in 6.

[3] D'Annib. i. n. 228 (8).

[4] At cfr. n. 118, a et n. 117 quæritur.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

Dicitur: *regulariter.* Excipiuntur enim concessiones ex motu proprio, necnon in bonum commune vel communitati factæ.[1]

9.—III. Facultates, quamvis generatim concessæ late, *numquam tamen* VERE *extensive* sunt interpretandæ. Valet enim de iis reg. jur.: "Quæ a jure communi exorbitant (extra orbitam juris sunt) nequaquam ad consequentiam (i. e. ad alias personas vel ad alias res) sunt trahenda."[2]

Unde: **a.** facultas concessa dispensandi impedimentum matrimonii in uno genere, in una specie, in uno gradu aut in una linea nequit extendi ad aliud genus, aliam speciem, aliam lineam, alium gradum. Nam "indultorum verba prout sese exhibent esse intelligenda," ideoque "per facultatem dispensandi" v. gr. "super impedimento *secundi* mixti cum primo haud tributum indultum dispensandi quoque quando primus cum *tertio* mixtus deprehendatur," rescripsit S. C. de P. F. ad Vic. Ap. Pondicherii 7 Jun. 1853.[3]—Hoc tamen non est confundendum cum casu (ut supra n. 8 **a.**), in quo pro persona particulari dispensatio petita et concessa fuit in gradu propinquiori loco remotioris, ubi ex sententia comm. DD. valet dispensatio ob aliam rationem.—**b.** Indultum dispensandi cum certo personarum genere e. gr. cum pauperibus, non se extendit ad alias personas,—multo minus indultum dispensandi extendi potest ad casus, in quibus si applicaretur, potius dissipatio quam dispensatio fieret, v. gr. ubi legitima causa deest,—neque ad casum, in quo ex concessione dispensationis prævidetur oriturum esse præjudicium tertii. Semper enim subintelligitur clausula: "Salvo jure alterius."[4]

10.—IV. *Extensive* tamen licet facultates generaliter sonantes interpretari, si; **a.** pro aliquo casu id fert constans omnium DD. sententia, aut **b.** si extensio recidit in comprehensionem i. e. si id, ad quod fit extensio, ita cum facultate est connexum aut in eo contentum, ut unum sine altero stare (saltem moraliter loquendo) non possit. Sic

1. Cum facultate *generali* e. gr. dispensandi ab impedimento

[1] D'Annib. n. 234; S. Alph. i. n. 194 ad fin.
[2] D'Annib. n. 186 (38).
[3] *Coll. Miss.* n. 855; *Coll. Prop.* n. 1238.
[4] Brabandère *Jur. Can. Comp.* i. p. xxv.; Zit. *Disp.* p. 52, 53.

matrimoniali simul concessa censetur facultas tollendi quidquid executioni hujus facultatis obstat, puta absolvendi ab excommunicatione ad effectum obtinendum; item facultas reconvalidandi, quod in foro interno invalide factum est.[1] 2. "Facultas generalis dispensandi ab impedimento matr. importat etiam legitimationem prolis susceptæ, excepta adulterina"[2] et excepta etiam, ut videtur, *incestuosa in sensu proprio;* qua de causa in Form. I. art. 6 specialis quoad hanc facultas addita est. Dicitur: *facultas generalis* seu pro personis indeterminatis; nam si in rescripto dispensandi cum persona determinata prædicta facultas non est expresse concessa, ea non concessa censetur.[3] 3. An indultum relaxandi impedimentum affinitatis ex copula conjugali extendatur etiam ad impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato, confer infra Form. I. art. 7, n. 123.

11.—V. Interpretatio facultatum Apost. præsertim quod earum usum attinet, fieri debet juxta stylum et praxin Curiæ Romanæ nunc vigentem.[4] Etenim S. Pontifex, a cujus voluntate hac in re omnia pendent, si Episcopis concedit facultates, easdem eis quoad earum usum leges præscribere censetur, quas præscripsit suæ Curiæ.

Unde ad quæst.: "An Episcopus, quando vi specialis indulti Apostolici in aliquo impedimento matrimonium dirimente dispensat, necessario et ad valorem dispensationis sequi debeat easdem illas regulas, quas in Curia Romana observant, ubi ipse Summus Pontifex in eodem impedimento iisdemque impedimenti gradibus dispensat?" S. Pœn. 1 Jun. 1858 resp.: Affirmative.[5]

12.—Stylus Curiæ[6] autem est norma ex constitutionibus Pontificum et consuetudine formata tractandi negotia ad Curiæ tribunalia spectantia. Quoad ejus *materiam* seu objectum valet quod cum aliis Reiffenstuel[7] dicit: "Stylus Curiæ habet vim

[1] S. Pœn. 14 Julii 1881; apud Planchard n. 351. Cfr. n. 43.
[2] S. Pœn. 1 Julii 1859; apud Planch. n. 100. (Cfr. n. 120).
[3] S. Pœn. 1 Julii 1859; apud Planch. n. 221. [4] Zit. *Disp.* p. 49.
[5] Apud Feije n. 697 (698) et Planchard n. 315. *Coll. Prop.* n. 1477.
[6] Bangen; *Die röm. Curie,* Münster, 1854.
[7] Lib. iii. tit. 35, n. 77. Item S. Alph. iii. 106 cum communi; Schmalzgrueb. *Diss. procem.* n. 334.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

legis." Unde si quid in Curia Romana ita ad valorem actus essentialiter pertinet (puta existentia certæ causæ finalis pro dispensatione), ut illo non existente rescriptum nullum sit, tum etiam in usu facultatum id de valore est servandum.

Quoad *modum* seu formalitates negotia acceptandi, decidendi, et expediendi per se quidem respectu validitatis, nisi de contrario constet, stylus hic extra Curiam Romanam non obligat, seu, ut Aichner[1] dicit, "effectum suum extra Curiam et personas in judicio concurrentes non extendit;" ejus violatio in Curia ipsa autem saltem dubium de actus authenticitate excitare posset. Unde prædictum responsum S. Pœn. de 1 Junii 1858 (supra n. 11) ad prioris generis regulas restringendum est et patet ratio, cur S. C. S. Officii 15 Junii 1875[2] declaraverit, dispensationes ab *Episcopo* vi facultatum Apost. *informiter* i. e. vel sine tenore et duratione facultatis vel telegraphice paucis verbis vel oretenus tantum concessas, esse validas, quando in ipso indulto verba: "alias nullæ sint" non habentur. Additur vero: "clausulas . . . servandas ad amussim esse, quantum tamen rerum, temporum, locorumque adjuncta ferre possunt." Unde ad liceitatem actus formalitates, in quantum non adest causa excusans, utique obligant, et præsertim, "ne tractu temporis testimonium dispensationis obtentæ frustra quæratur, quantum fieri potest, *in scriptis* danda et a Sacerdotibus in regesto referenda est."[3] (Ita Card. Præf. Simeoni ad Eppum Vallispraten. Eugen. O'Connell 26 Apr. et 31 Aug. 1880.)—Dixi: dispensationes ab *Episcopo*. Nam gratia a S. Sede obtenta ex Reg. Cancell. 52 regulariter nemini suffragatur, antequam super ea litteræ apostolicæ sunt confectæ.[4]

13.—Clausulæ. Imprimis requiritur, ut Clausulæ constitutionibus etc. necnon indultis a S. Sede editis apponi solitæ secundum stylum Curiæ rite intelligantur.—*Clausula* (a claudendo, quia regulariter in fine additur) est appendix, qua heic facultatis modus, firmitas, extensio, usus etc. determinatur.

[1] Pag. 37.

[2] *Past. Bl.* 9. Jahrg., 1875, p. 85; Feije n. 632; Kon. *Comp.* n. 1628, qu. 6.—*Coll. Prop.* n. 1491. *Act. S. Sed.* xxvi. 517.

[3] Scil. si agitur de foro externo.

[4] Pyrrh. Corr. lib. i. cap. vi., ubi plura.

Nulla clausula inutilis censenda est. Aliæ sunt *essentiales*, quarum omissio executionem facultatis reddit invalidam; aliæ *instructivæ* tantum et pro majore claritate adduntur. Hæ executoris aut supplicantis conscientiam aggravant, nisi causa earum omissionem sufficienter excusans accedat, at omissæ gratiam numquam reddunt irritam.[1]

I. Clausulæ *prioris* generis seu essentiales sunt:

a, Spectantes ad identitatem facti, quæ, si factum, cui concessio innititur, substantialiter sive per subreptionem reticendo verum, sive per obreptionem narrando falsum immutatur, concessionem, licet error bona fide commissus fuerit, ex rei natura reddunt invalidam. Ideo hæ clausulæ nisi exprimuntur, semper subintelliguntur. Tales sunt: "*si ita est*"—"*si preces veritate nitantur*" vel "*si vera sunt exposita.*" Idem observant quidam auctores[2] de clausula: "*dummodo mulier propter hoc* (scil. matrimonium) *rapta non fuerit,*" ita ut etiam in Form. D. et E. subintelligi debeat. Cfr. tamen infra n. 126 ad ii.

b. Clausulæ facultatum usum restringentes, ut: "*audita prius sacramentali confessione,*" "*in foro conscientiæ tantum*" (infra n. 18, 21), "*in ipso actu confessionis*"—"*si exposita etc. sunt occulta*" (infra n. 23),—"*privatim tantum*" (n. 21). Cfr. etiam n. 35 et 52.

c. Quæ in forma conditionali per conjunctiones: *si, modo, dummodo, postquam* etc. aut per *ablativum absolutum* exprimuntur, communiter ita de valore esse censentur, ut iis non servatis nihil agatur.[3] Excipiuntur tamen illæ, quæ, etiamsi non additæ, ex rei natura seu de jure communi observari deberent, et habentur, si additæ sunt, tanquam monitiones seu præcepta, quæ obligant, nisi adsit causa sufficienter excusans, ut mox infra.

II. Clausulæ *posterioris* generis seu instructivæ tantum sunt:

a. Quæ continent *de jure injungenda,* i. e. secundum Theologiam moralem obligatoria. Tales sunt: in dispensationibus

[1] Renzi pars ii. caput i. § 2.

[2] Planchard n. 111, 192 et 193; Feije n. 187; Pyrrh. Corr. lib. vii. cap. vi. ¶ *Præterea.*

[3] S. Alph. vi. 1115 ad fin.; Zit. *Disp.* p. 75.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

matrimonialibus clausula: "præmissis denunciationibus" et in locis, ubi cap. *Tametsi* non viget, clausula: "servata forma Conc. Tridentini,"[1] necnon clausula: "monito alio conjuge de renovatione consensus";[2]—porro illæ, quibus præcavetur, ne per facultatis cujusdam exercitium peccato favor præstetur, prout sunt: clausula: "satisfacta parte,"[3] qua injuriæ et damni reparatio injungitur;—clausulæ: "imposita congrua pœnitentia salutari," "sublata occasione peccandi," "remoto scandalo" etc. (Cfr. n. 77.) Hæ quidem clausulæ in omnibus facultatibus dispensandi etc. subintelliguntur, si pro objecto habent rem ex peccato ortam aut cum peccato connexam, et, quatenus non adsit causa sufficienter excusans, servandæ sunt et quidem, si fieri potest, ante facultatum executionem, attamen iis non servatis executio valet, excepto casu damni tertii, quod nullo modo excusari potest. (Cfr. n. 9 ad **b.**)

b. Illæ, quæ *formalitatem executionis* describunt, prout hoc supra n. 12 ex Resp. S. C. S. Off. 15 Jun. 1875 monstratum est, et eadem S. Congr. 11 Febr. 1804 declaravit de clausulis, de quibus infra n. 126 sermo est, scil. "omissionem clausularum concessionum validitati non officere, dummodo reapse mulier rapta non fuerit, vel si rapta, in potestate raptoris non existat."[4] Excipe, si observatio quarundam formalitatum expresse ad facultatum valorem præscribitur e. gr. per verba: "*alias nullæ sint.*" Hæc tamen verba hodie nec in Formula III. et X. amplius apponuntur (cfr. n. 244, 247).—Ex quo patet, hodie præsertim in dispensationibus matrimonialibus vix ullam (exceptis essentialibus) clausulam esse, quæ semper, etiam in casu maximæ difficultatis, servanda sit.[5] Quando vero agitur de foro externo, tutius recurritur, si fieri potest, saltem ad Ordinarium, qui, si casus urget, ab observatione talium clausularum ex præsumpta S. Pontificis licentia dispensabit aut sanationem in radice procurabit.[6]

[1] De Angelis i. tit. 29, n. 5. [2] S. Alph. vi. 1116.
[3] Ita S. Alph. vi. 537, qu. 7 et vii. 121, probabiliter.
[4] *Coll. Miss.* n. 1019; *Coll. Prop.* n. 1484, 1494. Cfr. etiam Gasparri n. 423.
[5] *Il Mon. eccl.* vol. vii. par. i. 269 seq.
[6] Aichner p. 661.

14.—Dixi: Facultates esse interpretandas secundum stylum Curiæ *nunc vigentem.* Permulta enim præsertim quoad dispensationes matrimoniales post Concilium Vaticanum innovata sunt, quæ suo loco exponentur.

Insuper hic juvat advertere, haud raro a S. Sede concedi facultatem absolvendi, dispensandi etc., non quidem pro supplicante necessariam, sed tantum ad ejus conscientiam quietandam. Ex quo facile admittetur, teneri posse, præcipue in Formulis ordinariis, ut verbis Ben. XIV.[1] utar, quædam *quasi ad abundantiam* et *ad cautelam* esse apposita. Nemo enim hodie dubitat, quin liceat sequi opinionem vere probabilem DD., quæ stat pro libertate, si agitur de honestate actus tantum, quia lex tum non obligat; neque si agitur de valore actus, et Ecclesia jurisdictionem supplere potest, quis dubitat, quin stante consuetudine universali eam revera suppleat, ut actus ei innixus certe evadat validus, et licitus quoque, si opinio pro ejus valore communiter a Theologis certe probabilis habetur;[2] in aliis vero casibus, si accedit causa necessitatis vel utilitatis.[3]—Jam autem Formulæ ordinariæ longe ante ducentos annos sunt compositæ. Facultates Formulæ I. e. gr. ab Alexandro VII. anno 1666 fere ad verbum concessæ sunt Episcopo Hierosolymitano pro visitatione insularum maris Ægæi.[4] Ideo etiam opiniones tunc temporis inter Theologos disputatas in Formulis conficiendis fuisse perpensas, facile intelligitur. Tunc autem haud pauci fuerunt, qui inter opiniones probabiles DD. tutiores sequendas esse censuerunt. Qua de causa recte teneri poterit, S. Congregationem S. Officii horum gratia expresse quasdam facultates concessisse, ut tuti in benigniore sententia procedere possent. Speciatim Reiffenstuel[5] et Pyrrh. Corr.[6] docent, clausulam: "prolem *suscipiendam* exinde legiti-

[1] *Quæst. can.* 183, n. 26; D'Annib. i. n. 244 (67).
[2] S. Alph. vi. 901. Opiniones, quas S. Alph. suo tempore probabiles esse tenuit, nunc generatim a Theologis tales habentur.
[3] S. Alph. vi. 573. Cfr. infra n. 36 de errore communi, n. 49 de dispensatione peregrinorum, n. 109 de dispensatione a juramentis etc.
[4] Raph. de Martinis: *Jus pontificium S. C. de P. F.* vol. i. p. 369. Cfr. ib. p. 314.
[5] App. n. 358; cfr. Feije n. 740 (741).
[6] Lib. vii. cap. vii.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mam nunciando," si adjungatur in casu, ubi nulla præcesserit copula, ad abundantiam esse additam. Cfr. Form. D. et E.— Alia exempla habes apud D'Annibale l. c.

ART. II.

APPLICATIO REGULARUM DE INTERPRETATIONE FACULTATUM AD QUOSDAM CASUS SPECIALES, EORUMQUE EXPOSITIO.

15.—Casus I. *De cumulatione facultatum.*

Quæstio celebris est: An Episcopus etc., qui habet facultates varias dispensandi, iis uti possit, si plures in una eademque persona *cumulate* adhibendæ sint? Affirmant plures, inter quos Sanchez et De Justis; plures negant ex eo, quod hic casus sit extraordinarius et applicari debeat Reg. jur. 81 in 6, ut supra n. 7; est enim fortius et novæ speciei vinculum, ut dicit D'Annibale:[1] "Et ita obtinet, ait, penes Sacras Urbis Congregationes, quæ cumulandi facultatem non admittunt, nisi concessa fuerit nominatim." Unde S. C. S. Off. 18 Maji 1869 decidit: "Habetur tanquam regula certissima, quod usus plurium facultatum nequit in eodem casu cumulari ob *principium generale, quod prohibet in materia dispensationis cumulationem.*"[2]

Quoad impedimenta matr. insuper ex pluribus decisionibus[3] certum est, Episcopum absque novo indulto non posse dispensare in impedimentis diversis sive impedientibus sive dirimentibus, in eadem persona cumulatis, quamvis super unoquoque seorsim sumpto dispensandi facultas ipsi suppetat.[4] "Hæc tamen hodie tum solum valent, cum impedimenta cumulata generice sunt diversa,"[5] aut licet ejusdem generis, seu potius speciei sint, per diversas facultates dispensanda sunt (n. 69). De multiplicitate in eadem specie cfr. supra n. 6.

Unde quoad matrimonia "in præsens facultas cumulandi

[1] Pars i. n. 228 (10).
[2] Gasparri n. 428; *Coll. Prop.* n. 1468.
[3] Apud Aichner App. pag. xx. nota 6; Feije ed. 4, n. 631 ad e; Planchard n. 129 seq.; *Coll. Prop.* n. 1469.
[4] Zit. *Disp.* pag. 105, nota; Gasparri n. 428; Rosset n. 2466.
[5] Aichner l. c.

solet concedi pro tempore, quo durant facultates Formularum."[1] Pridem concedebatur ad triennium vel biennium, et perdurabat usque ad finem illius triennii vel biennii, quamvis facultates Formularum ad decennium vel quinquennium concessæ interim exspirassent.[2] Cæterum hæc indulta cumulandi inter se differunt et a singulis sui indulti tenor est inspiciendus, utrum omnia impedimenta, *etiam illud mixtæ religionis*[3] comprehendat, an de duorum tantum vel trium impedimentorum concurrentia intelligendum sit. Verumtamen indulto *dispensandi* in impedimentis cumulatis Episcopus uti nequit, dum matrimonia vi facultatum *sanat in radice.*[4]

Demum ea, quæ de cumulatione facultatum dicta sunt, extendenda non sunt ad casus, in quibus cum facultate Apostolica concurrit facultas ex potestate ordinaria vel quasi-ordinaria Episcopi derivata, ut dispensandi in bannis, in voto non nubendi etc. Tum enim Episcopus utraque in eodem casu uti potest absque ullo indulto. (Supra n. 2.)

Denique "principium generale prohibens cumulationem est *in materia dispensationis,*" ut dicit S. C. S. Off. (supra). Unde dicta de cumulatione non sunt applicanda ad absolutiones nec ad casum, in quo una cum simplici dispensatione absolutio exercenda est. (Cfr. n. 146.) Absolutio enim non est vulnus legis, ut est dispensatio.

NOTA. Facultatibus "pagellæ" S. Pœnitentiaria nunc addit: "Mens nostra est: . . . 3. ut his facultatibus non solum singillatim, sed etiam cumulatim in uno eodemque casu uti possis."[5]

16.—Casus II. *De facultatibus pro matrimoniis contrahendis et contractis.*

Quamvis in utrisque impedimento dirimente quodam obstante nullitas eadem sit, *contractum* tamen matrimonium coram publico ceu verum apparet sive speciem et figuram

[1] Zit. l. c. Specimina indultorum cumulandi vide apud *N. R. Th.* xv. 45, 46 et xix, 479. 481; *Past. Bl.* 1877, p. 85. (Cfr. infra n. 97. vi.)
[2] S. C. S. Off. 2 Jul. 1884 ad x. (Infra n. 248.)
[3] Cfr. Feije n. 627, 628.
[4] S. C. de P. F. 30 Jan. 1882 apud Zit. l. c.
[5] *Linz. Quart. Schr.* 1890, p. 907.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

externam matrimonii exhibet. Unde si rursum contrahitur seu revalidatur, ad infamationem et scandalum vitandum solemnitates omittendæ sunt. Ex quo juxta dicta n. 9 etiam regula statuenda est, quæ sonat: *Facultates pro matrimoniis contrahendis concessæ adhiberi nequeunt pro matrimoniis contractis et vicissim.*[1] Attamen ad usum facultatis pro *contrahendis* sufficit, ut petitio facultatis ante matrimonii celebrationem Episcopo vi indulti dispensanti proponatur et ille hoc indulto uti incipiat, licet dispensatio effectum suum sortiatur matrimonio jam contracto. Rosset n. 2475.

At quær. quando adest illa species et figura matrimonii, ut facultates pro matrimonio *contracto* concessæ applicari possint?

Resp. I. Quoad matrimonia *in hæresi* vel *infidelitate contracta* sufficit, ut juxta mores regionis e. gr. civiliter fuerint contracta et hoc etiam in locis, ubi hæretici lege Tridentina ligantur. Huc spectat, quod S. C. S. Off. ad dub. 6 die 16 Sept. 1824 ab Archiep. Quebecen. propositum de gradu secundo solo quoad matrimonia *præterita* (i. e. contracta) eorum, qui ab hæresi vel infidelitate convertuntur,[2] respondit die 25 Martii 1825:[3] "Manifestum est per matrimonia præterita, in quibus uti possunt Episcopi vel missionarii facultate, sibi ab Ap. Sede delegata dispensandi ut in dubio, intelligi non conjunctiones quascumque etiam fornicarias, sed eas tantummodo, quæ juxta mores regionum vel infidelium vel hæreticorum formam habent et figuram matrimonii, quæ tamen irrita sunt ob ecclesiasticum impedimentum (*in casu*) secundi gradus affinitatis." Hoc etiam in casibus similibus veluti regula et norma ab Episcopis et missionariis observandum est. (Feije l. c.)

II. Quoad matrimonia *ab utroque catholico* contracta certe requiritur, ut contracta sint coram Ecclesia i. e. coram parocho (missionario) et duobus testibus, si facultas *expresse* pro his tantum concessa est. Si vero, ut in facultatibus nostris Episcopis concessis, hoc non expresse additum est, DD. divergunt. Sunt, qui satis probabiliter (ut videtur) mediam viam tenentes, cum Vecchiotti[4] docent: In locis, ubi cap. *Tametsi* valet, matri-

[1] Zit. *Disp.* p. 52, ii. [2] Cfr. infra n. 116, b.

[3] *Recueil de Québec* p. 276; *Coll. Prop.* n. 1235, 1463; *Act. S. Sed.* xxv. 585; Feije n. 625 (626).

[4] *Inst. can.* vol. iii. Taurin. 1876, p. 256.

monia catholicorum tum tantum pro contractis haberi posse, si coram Ecclesia contracta fuerint; aliter enim contracta pro concubinatu habentur (cfr. S. C. S. Off. 20 Febr. 1888 infra n. 60); in aliis locis vero etiam illa, quæ vel coram magistratu civili vel coram ministro acatholico vel alio modo consensum matrimonialem manifestante contracta sint. Huic sententiæ favet Responsum S. Pœn. 14 Febr. 1827: "Facultatem, de qua in precibus,[1] adhiberi posse nedum erga eos, qui ob aliquod impedimentum nulliter contraxerunt coram Parocho et duobus testibus, sed erga eos etiam, qui aliquod ex dirimentibus impedimentis habentes coram magistratu civilem actum emiserunt." Quod responsum non videtur continere novum indultum seu extensionem indulti, sed potius esse indulti obtenti interpretatio.[2]—Responsum vero ejusdem S. Pœn. de 28 Mart. 1816: "in verbis: *in matrimoniis hucusque nulliter initis*, intelligi dumtaxat matrimonia nulliter contracta coram Ecclesia"—restringi videtur ad Galliam, ad regionem ergo, ubi cap. *Tametsi* valet. Indultum enim 15 Nov. Episcopis Galliæ concessum pridem hæc sola verba continebat; nunc autem additur: "coram Ecclesia."[3]—Feije e contra l. c. tenet, Resp. S. Pœn. de 28 Mart. 1816 se extendere ad omnia matrimonia catholicorum, ubicumque contrahantur, et extenuat alterum Resp. de 14 Febr. 1827, quasi sit peculiaris concessio etc. Hæc sententia juxta Gasparri n. 419 probabilior est, quamvis n. 240 pro prima sententia stare videatur.—Alii demum in oppositum extremum vergentes, ut Carrière,[4] opinantur, has facultates pro catholicis applicari posse etiamsi in locis, ubi viget lex Tridentina, civiliter tantum contraxerint. At an hæc opinio sufficienter tuta sit, merito dubitatur.

NOTA. Si species matrimonii adest, facultas pro matrimoniis contractis applicari potest, licet proclamationes mala fide ex utraque parte contrahentium fuerint omissæ, et utraque pars impedimenti ac matrimonii propter illud invaliditatis conscia fuerit, dummodo saltem alterutram nunc hujus pœniteat.[5] In supplica tamen omissio

[1] Dolendum est, quod de hoc Responso nihil ultra notum sit.

[2] *Mélanges théolog.* Liège 1852, ser. 2, pag. 445.

[3] *Mél. théol.* p. 442 (1); Planchard p. 276 et n. 364.

[4] *De Matr.* ii. n. 1101; *Mél. théol.* l. c.

[5] Feije n. 625 (626) ad fin.; S. C. S. Off. 2 Jul. 1884 ad vi. (infra n. 248); *Coll. Prop.* n. 2187.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

proclamationum et mala utriusque fides exprimenda est. (*Instr. S. C. de Prop. Fide* 9 Maj. 1877 ad 6.)[1]

Casus III. *De facultatibus pro foro externo et interno.* Ex eadem ratione, ac in præcedenti, dicendum est: *Facultates, eæ præsertim, quæ per actum jurisdictionis exercentur, pro eo foro adhibendæ sunt, pro quo fuerunt concessæ,*—prout patebit ex sequentibus.

Forum (seu forus) est *exercendarum litium*, seu potius negotiorum, quæ auctoritate judicis vel superioris finiuntur, *locus.*[2] Est vel *civile* vel *ecclesiasticum*. Hoc vel *externum* vel *internum*.

17.—I. Forum *externum* (forum fori) est, in quo negotia sive temporalia sive spiritualia tum Reipublicæ christianæ tum singulorum primario et immediate pro publica corporis fidelium utilitate expenduntur,—et dicitur *judiciale* seu *contentiosum*, si juxta judicii formam, saltem summariam, jure canonico statutam, non vero arbitrio judicis, proceditur, ut in processibus de rebus ecclesiasticis, in pœnis canonicis infligendis etc., atque conceditur appellatio ad Superiorem, sed extra territorium judicis *jurisdictio contentiosa* juxta c. 2 (i. 2) in 6 exerceri nequit.—Reliqua, quæ non expediuntur in forma judicii, ut legum lationes, derogationes, dispensationes, bonorum ecclesiasticorum dispositiones, omnesque actus mere administrativi valide in subditos exerceri possunt ab eo saltem, qui ordinariam in eos habet jurisdictionem, etiam extra territorium; a sententia prolata vero non conceditur appellatio, sed tantum *recursus*, quo effectus sententiæ non suspenditur.

Ad forum externum (judiciale s. contentiosum) casus censetur deductus, si coram judice probatus est saltem per unum testem[3] seu juxta alios,[4] si delatio parti per citationem a judice intimata est.

Facultas *pro foro externo* ita est concedenda et exequenda, ut ejus adeptio et legitimus usus coram Superiore rite probari possit. Ideo si pro tali obtinenda in casu singulari fit petitio, in supplica exacte exponendum est nomen et cognomen supplicantis vel supplicantium, necnon ejus vel eorum Diœcesis originis et habitationis.[1] Si error notabilis in litteris concessionis quoad hæc occurrit, recurrendum est pro decreto aut *reformativo* litterarum (casu, quo signatæ quidem, at non expeditæ sunt) aut *declarativo* (casu, quo expeditæ sunt), quo decernuntur *valere, perinde* ac si ab initio omnia fuissent recte expressa (*"Perinde valere"*), vel quandoque pro nova concessione.—Id omne, quod in supplica exponendum est, etiam exprimendum est in actu executionis, ita ut de eo executor, qua persona publica, per documentum legale testari possit.

Facultates pro *foro externo* valentes ergo requiruntur, quoties de re agitur, cujus plena probatio a regimine societatis ecclesiasticæ postulatur, uti sunt dispensatio ab impedimento publico, absolutio a censura ad forum contentiosum deducta (cfr. tamen n. 145, nota 1) et multa alia.—Eæ conceduntur a S. Pontifice **a.** per varias *Congregationes Cardinalium*. In specie a S. Congr. Inquis. seu S. Officii conceduntur facultates in iis, quæ cum fide intime connectuntur, ut dispensationes in mixta religione et cultus disparitate; a S. Congr. de Prop. Fide facultates providentur iis, qui in locis Missionum sunt; **b.** per *Secretariam Brevium* et *S. Datariam* juxta const. Ben. XIV. *Gravissimum* de 26 Nov. 1745. Privative a S. Dataria expediuntur præsertim ea, in quibus præter taxam compositio (componenda) solvenda est;[2] **c.** per *S. Pœnitentiariam* juxta const. Bened. XIV. *Pastor bonus* de 13 Apr. 1744. Per hanc conceditur absolutio ab omnibus pœnis et censuris pro utroque foro

[1] *C. Pl. Balt. III.* p. 253.
[2] Cap. 10 *de V. S.* (v. 40); D'Annib. i. n. 25.
[3] S. Alph. vii. 76.
[4] Pennacchi: *Comm.* ii. p. 561.

[1] Feije n. 698–701 (699–702). De more etiam exprimitur ætas Oratorum, quod tamen per se non est necessarium, quamvis id in gradibus proximioribus a Dataria postuletur.—Feije n. 701 (702); Joder p. 72.

[2] *Componenda* seu *compositio* est mulcta in pia opera eroganda et imponitur in dispensationibus consanguinitatis et legitimæ affinitatis et "ex certis rationabilibus causis" in forma communi concessis. (Feije n. 691 seq.) *Taxa* est summa solvenda pro stipendio officialium (correctione supplicarum) et oneribus cancellariæ variorum Tribunalium et Congregationum. Omnes litteræ gratiarum et instructionum sine taxa transmittuntur a S. Pœnitentiaria (Bened. XIV. const. *In Apostolicæ* 13 Apr. 1744, § 22, excipe taxam in textu supra) et a S. Congr. de Prop. Fide (Greg. XV. const. *Cum inter* 14 Dec. 1622 ap. *Coll. Prop.* n. 5).

Regularibus, et a censuris publicis Sæcularibus, insuper conceditur pro utroque foro *Regularibus:* facultas admittendi criminosos ad professionem et ordines, dispensatio ab omnibus irregularitatibus et inhabilitatibus, absolutio et dispensatio Religiosorum apostatarum, transitus ad aliam religionem etc.[1] Nunc S. Pœnitentiaria etiam pro foro externo (Ordinarii testimonio præcedente) dispensat in publicis impedimentis matrimonii cum pauperibus et etiam cum aliis in casibus urgentibus et extraordinariis, taxa aut nulla aut parva imposita, quæ loco componendæ ad S. Datariam transmittitur.[2]—Sede Apostolica vacante *pro foro externo* quiescit S. Dataria et S. Pœnitentiaria —exceptis iis, quæ apud hanc ad Regulares pertinent.

Nota. Si supplicationi pro indulti concessione respondetur: *S. C. censuit supplicandum esse SS. D. N.*, nihil addito de concessione Pontificis, indultarius uti potest facultatibus, quas constat per S. C. expeditas esse. S. C. de P. F. 16 Jan. 1797 ap. *Coll. Miss.* n. 41.

18.—II. *Forum internum seu conscientiæ* est, in quo ab habente jurisdictionem tractantur negotia, quæ principaliter ad conscientiam seu ad salutem spiritualem singulorum pertinent, prout sumuntur privatim. Est vel *pœnitentiale* vel *extrapœnitentiale.* In priori sub sigillo confessionis inter præsentes tantum agitur; at quamvis requiratur confessio aliquomodo incœpta, non tamen requiritur absolutio a peccatis ad *valide* impertiendam absolutionem a censuris, tollendam reservationem, dandam dispensationem etc., nec obest confessio sacrilega,[3] excepto Jubilæo, quoad facultates Jubilæi ipsius.

a. Sunt, qui opinantur, omnes res, quæ publice notæ sunt, ad forum externum pertinere, præsertim omnem censuram publicam absolvendam esse pro foro externo. Sed falluntur. Vide infra n. 138 (Nota), ubi quidam hæretici publici vi facultatis S. Pœn. pro foro conscientiæ tantum absolvendi exhibentur. Præterea Parochus qua talis ex omnium consensu non habet jurisdictionem in foro externo, et tamen permulta debet tractare, quæ publica sunt. Imo facultates, quarum objectum non restringitur ad res occultas (n. 73) neque expresse

[1] Cfr. Tib. Nav. pars iv. [2] Feije ed. 4, n. 610, 695.
[3] Feije n. 749; S. Alph. vi. 537, 598.

excludit res ad forum externum deductas vel facile deducendas (cfr. Pag. S. Pœn.), applicari etiam possunt casibus ad forum externum deductis (n. 17). Attamen ille, qui e. gr. ita a censura absolutus est, ad scandalum vitandum se debet gerere ac si non sit absolutus, donec in foro externo absolutionem acceperit aut absolutio in foro interno concessa etiam pro foro externo a judice (Episcopo) ratihabita fuerit (n. 145, Nota 1). Verum prudentia, præsertim si facultates inscio Episcopo habentur, prout e. gr. ex Pagella S. Pœnitentiariæ, aliquando suadet, ut casus ad forum externum deducti aut probabiliter mox deducendi ad Episcopum aut ad alium peritiorem remittantur. (Cfr. Giordanini: *Istruzione per i nov. conf.* Venezia, 1757, part. ii. n. 535.)

b. Facultates pro foro interno sufficiunt, imo si ex publicatione objecti damna et scandala oriantur, plane requiruntur in absolutionibus a censuris ad forum contentiosum non deductis nec facile deducendis,[1] in dispensationibus ab impedimentis, irregularitatibus, votis etc. occultis (infra n. 23), et conceduntur a S. Pœnitentiaria sive in casibus particularibus sive in "pagella" confessariis communicari solita "pro usu in sacramentali confessione" et cum addito: "ne illas cuilibet manifestent, nisi necessitas aut utilitas id exegerit"[2] (*apud nos* a S. Congr. de P. F., vel etiam a S. Pœnitentiaria); aut ab Episcopo vi indulti vel potestatis quasi-ordinariæ. Item S. Pœnitentiaria absolutiones, dispensationes etc. pro foro externo nulliter obtentas convalidare solet in foro interno, quando defectus nullitatis est occultus.[3] Idem suo modo facit Episcopus.

c. Impetrantur fictis nominibus Oratorum (Titius, Bertha) aut litteris N. N. et si data est facultas in Sacramento Pœnitentiæ exequenda, post usum litteræ sunt dilaniandæ.—At nisi expresse usus facultatis in sacramentali confessione faciendus præscribitur, ut e. gr. in prædicta "pagella" et in Jubilæis fit, fieri potest etiam extra confessionem[4] et pro absentibus necnon

[1] D'Annib. i. n. 335; *Pag. S. Pœn.* n. i. ii. iv.; cfr. infra n. 142 iii.
[2] Cfr. infra n. 252, quod habetur initio hujus Pagellæ.
[3] Renzi pars ii. cap. 5, n. 34.
[4] La Croix vi. p. 3, n. 956; Suarez *de Legibus* viii. c. 6, n. 13; Planchard n. 404; *Coll. Prop.* n. 1459.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(nisi expresse aut ex natura rei ministerium sacerdotis requiratur) a clerico non-sacerdote. Unde si persona indigens facultate (e. gr. dispensationis in imp. matr.) abhorret a confessione, et agitur de facultate pro foro conscientiæ (e. gr. ex Form. D. Art. 2 aut ex potestate quasi-ordinaria), rogari potest, ne Episcopus usum ejusdem ad Sacramentum restringat.[1]—Ordinarie tamen facultates pro foro interno in confessione applicandæ sunt, quia tali modo melius animæ saluti consulitur.

19.—De *mutua relatione facultatum fori externi et interni* sequentia sunt advertenda:

1. Qui absolutionem aut dispensationem in foro interno tantum accepit, ab Ordinario ut non absolutus et non dispensatus tractatur, donec eam etiam pro foro externo obtinuerit,[2] aut applicatio facultatis pro foro interno facta ab Ordinario rata habita fuerit etiam pro foro externo. (Cfr. n. 145, nota 1.) Ad hoc Ordinarius Sacerdoti (cum licentia aut ad preces pœnitentis, si applicatio facultatis in confessione facta est) testanti de actu posito credere potest, imo, nisi quid obstet, credere tenetur.[3]

2. Absolutus aut dispensatus in foro externo, talis *per se* censendus est etiam in foro interno. (Cfr. n. 20.) Dico: *per se*, scil. nisi forum externum innixum fuerit falsa præsumptione, ita ut effectus fuerit nullus. (Cfr. S. Alph. iii. 654, iv. 210, qu. 2, vi. 906).

3. Matrimonium in foro externo non potest declarari nullum,

[1] Feije n. 757.

[2] Absoluti pro foro conscientiæ tantum urgeri possunt a Superiore, ut etiam pro foro externo absolutionem accipiant et interim legem censuræ observant. Ita pluries S. C. C. ap. Ferraris v. *Absolvere*, art. i. n. 57.—Cfr. Clem. X. const. *Superna* 21 Junii 1670, § 7. Item dispensatus ab impedimento in foro interno, si id dein publicum fit, necessario adhuc dispensari debet in foro externo. Si tamen Episcopus impedimenti nondum publici notitiam in foro externo acquirat et simul (a confessario) de dispensatione in foro interno concessa certioretur, a separatione injungenda et actione instituenda abstinere debet.—Feije n. 639; Ben. XIV. *Inst.* 87, n. 51.

[3] Reiffenst. lib. ii. Decr. tit. 20, n. 258; Planchard n. 407; S. Alph. vi. 1140 ad fin.; Ben. XIV. *Inst.* 87, n. 51.—Cfr. Viva *de Jubilæo* qu. 19, art. ult. n. 2, ubi contendit, Ordinarium attestationi confessarii de absolutione præstita credere debere.

si ejus nullitas, etsi in foro interno certe cognoscitur, in eodem foro externo probari nequit. Ideo tales conjuges ad aliud matrimonium admitti nequeunt, et si nihilominus ad tale transeunt non probata nullitate prioris, hoc habendum est nullum conjugesque sunt separandi. (*Coll. Prop.* n. 1225.)

20.—III. Facultas absolvendi, dispensandi etc. *in utroque foro*, prout sæpe occurrit (cfr. Form. E.) duplicem sensum habere potest, scil. **a.** significare potest potestatem, vi cujus quis absolvi, dispensari queat aut debeat pro foro externo, quo facto ille dein censendus sit etiam absolutus (a censura), dispensatus in foro interno seu conscientiæ.[1]—Nam forum externum et forum internum in privilegiis et facultatibus ita "sunt intelligenda, ut se habeant tanquam includens et inclusum, non tanquam mutuo se excludentia,"[2] ita ut privilegium seu facultas valens pro foro externo etiam in foro interiori operetur.—**b.** Porro significare potest, facultatem aliquam adhiberi *posse* modo pro foro externo modo pro foro interno, prout subjecta materia id requirit i. e. prout ea est publica vel occulta.

21.—IV. Tamen tenendum est, facultates præsertim jurisdictionales pro foro *interno tantum* concessas *adhiberi* non posse in foro externo, et vicissim.[3] A mente enim concedentis pendet modus in usu facultatis concessæ servandus. (Nota: *adhiberi*; quod differt a dictis n. 19.)

Unde si affinitas ex copula illicita est publica, non potest adhiberi art. 2, Form. D., sed confugiendum est ad Form. E. et vicissim. Porro pro impedimento occulto non potest adhiberi facultas pro publico concessa, nisi partes consentiant, et nihil aliud obstet. —Habens facultatem privatim benedicendi cruces etc., ea publice uti nequit. (*Decr.* n. 313.)

V. Demum in facultatum a S. C. de P. F. concessarum usu stylus Curiæ Romanæ sequendus est et quidem in illis pro foro conscientiæ tantum, clausulæ S. Pœnit., in reliquis pro foro

[1] S. Pœnit. 27 Apr. 1886 ad 4 apud *N. R. Th.* xix. 142 et *Coll. Prop.* n. 1496. Ideo hæ facultates etiam sæpe vocantur facultates pro *foro externo* simpliciter.

[2] Suarez *de Legibus* lib. viii. c. 6, n. 11, 12.

[3] Zit. *Disp.* p. 51; Feije n. 624 (625), 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

externo concessis, clausulæ Datariæ aut S. Pœnit. in Rescriptis pro foro externo apponi solitæ.[1] Cfr. tamen supra n. 12.

22.—Quæritur nunc, an facultates Formularum S. C. de P. F. adhiberi possint etiam *in foro interno tantum?*

Resp. Sunt, qui contendunt, eas solummodo pro foro externo exerceri posse, non autem pro solo foro interno. At hoc, si universaliter intelligitur, non est verum; dantur enim in his Formulis etiam facultates pro foro conscientiæ tantum, ut in Form. I. art. 15, in Form. D. art. 2.—Porro neque in nostra Form. I. neque in ulla alia ex Formulis ordinariis exprimitur, facultates in ea contentas, concessas esse pro foro externo. Ideo concludere licet cum Suarez:[2] "Privilegium simpliciter concessum in utroque foro valere censendum est, nisi ex subjecta materia vel circumstantiis, adjuncto usu, aliud sufficienter constet." Hoc supposito nulli dubium esse potest, quin facultates pro absolutione a censuris (excepta facultate Form. I. art. 15), pro dispensatione a votis, ab irregularitatibus adhibendæ sint prout est subjecta materia, scil. publica vel occulta. Idem dicendum quoad dispensationem in imp. criminis. (Form. I. art. 8.)

Difficultatem parant tantum facultates dispensandi in impedimentis matrimonii *natura sua publicis* (consanguinitatis, affinitatis legitimæ, cognationis spiritualis, publicæ honestatis), si sunt per accidens in matrimoniis *contractis* occulta; in matrimoniis enim contrahendis, et si in contractis sunt publica, semper dispensatio pro foro externo concedenda est. Jam vero si in contractis sunt occulta, Auctores[3] dicunt, aut procedendum esse tanquam pro publicis aut si partes ad hoc non consentiunt, abstinendum ab usu facultatum Formularum, utpote concessarum tantum pro foro externo. Itaque in hac suppositione, si periculum est in mora, recurrendum est ad potestatem quasi-ordinariam. Hæc autem juxta S. Alphonsum (lib. vi. 1124) non potest exerceri, si utraque pars mala fide, vel culpabiliter omissis bannis matrimonium contraxit.

[1] Planchard n. 316, 3.

[2] L. c. n. 11; idem *de Cens.* disp. 7, sect. 5, n. 21. (Cfr. infra art. 16, Form. I.)

[3] Feije n. 624 (625), 1; *N. R. Th.* xviii. 390.

Præterea si partibus consentientibus facultas quædam pro foro externo usurpatur, renovatio consensus fieri debet coram Parocho et testibus, saltem ubi cap. *Tametsi* viget, quod apud nos non raro difficile erit. His aliisque difficultatibus consideratis Konings in hoc *Commentario* contrariam doctrinam sustinuit et admisit, facultatibus in matrimoniis contractis, si impedimentum est occultum, etiamsi alioquin publicum sua natura, uti posse Episcopum pro foro conscientiæ, putans, quoad hoc Episcopo idem a S. Pontifice concedi, quod ab ipso *S. Pœnitentiariæ* conceditur. Hæc enim *in consanguinitate, affinitate ex copula licita, cognatione spirituali, publica honestate ex sponsalibus et matrimonio rato, si sunt occulta et quatenus de gradibus agitur, in gradu tertio vel quarto tantum existunt, et quoad gradum secundum, si per decennium duraverint occulta, et insuper Oratores publice contraxerint et uti conjuges legitimi reputati fuerint, dispensationem dare potest etiam tum, cum hæc impedimenta sint multiplicia quacumque et quantacumque multiplicitate.*[1] In aliis autem proximioribus gradibus occultis Card. Pœnitentiarius Major accedit ad S. Pontificem. Jam vero apud nos et *in omnibus locis Missionum* S. Congr. de Prop. Fide tum Datariam tum S. Pœnitentiariam repræsentat. Ideo hæc sententia, quam tenuit Konings necnon in foro sacramentali tenuisse videtur Pignatelli,[2] et forsitan aliqui in praxi sequuntur, omni probabilitate quidem carere non videtur; at (quidquid alias de ea judicetur) in praxi certe ad deceptiones efficacius evitandas quantum fieri potest, forum externum in applicandis hisce facultatibus erit servandum; neque hoc difficile erit in locis ubi cap. *Tametsi* non valet, si juxta dicta n. 17, earum usus fit extra confessionem modo, quo executor de eo per documentum testari *possit.*—Pridem facultates dispensandi pro foro conscientiæ in his impedimentis concessæ fuerunt a Bened. XIV. 4 Maji 1746 Jesuitis Missionariis in Martinica, Guadelupa etc., "donec ibi Episcopus constituatur,"[3] et iisdem in Insulis Oceani, Sinarum regione ac Brasilia ab eodem

[1] Ben. XIV. const. *Pastor bonus*, §§39, 40, 45 et *Inst.* 87, n. 3 et 11. —Feije n. 605 (606) seq.

[2] Tom. vii. consult. 53, ad primum.

[3] De Martinis: *Acta Bened. XIV.* Neapoli, 1894, vol. i. p. 345.

Bened. XIV. 17 Julii 1748 concessa fuit facultas, matrimonio contracto in facie Ecclesiæ dispensandi in foro conscientiæ super quovis impedimento occulto, præter primi gradus, si contrahentes sine scandalo separari non possunt;[1] eodem modo hæ facultates concessæ sunt Missionariis Indiarum, prout hoc expenditur in Brevi Ben. XIV. *Cum Venerabilis* de 17 Jan. 1757,[2] item per Urbanum VIII. 18 Maji 1630 Missionariis Angliæ et Scotiæ,[3] attamen cum addito: "dummodo tunc cum fides catholica ibidem restituta fuerit, vel alias commode potuerit, dispensationes et legitimationes hujusmodi ab Apostolica Sede *in foro exteriori* impetrentur."—Hæ concessiones, si considerantur tanquam exceptiones a regula, potius probant, facultates Episcopis concessas, ut supra, adhibendas esse pro foro externo, non pro foro conscientiæ tantum. Huic tamen responderi potest cum Reg. jur. 78 in 6: "In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa." Cæterum ex *declaratione* addita in Form. IV. art. 8 (infra n. 245) facultates matrimoniales, quæ ibi ejusdem sunt tenoris ac facultates Formulæ I. art. 6–9, adhiberi possunt etiam pro foro conscientiæ tantum, neque earum usus restringitur ad matrimonia contracta. Insuper quoad *impedimenta fori externi*, si sunt occulta, suis Missionariis præscribit Vicarius Apost. Geraldus Bray pag. 120 ad vii.: "Si occultum sit impedimentum, dispensatio concedatur *in foro interno tantum*, id est, in ipso actu sacramentalis confessionis et per verba vernacula, dispensationem clare exprimentia," prævia absolutione a peccatis aut (si dispensandus non est dispositus) saltem a censuris. "Sed inscribenda non est (in codice dispensationum) hæc dispensatio, ac proinde de ejus concessione notitia aut scriptum nec est dispensato tradendum nec ad Episcopum mittendum." Et pag. 88, nota 2, ita habet: "Casu, quo concedenda sit dispensatio in impedimento consanguinitatis *ex copula illicita* provenientis, tunc concedatur *in foro interno*, et nullum detur scriptum ad hoc testificandum."—Vide infra n. 90, *Quæritur*. —Ad hoc juvat observare, in locis missionum forum externum

[1] De Martinis: *Acta Bened. XIV.* Neapoli, 1894, vol. i. p. 551.
[2] *Bullar. S. C. de Prop. F.* vol. iii. 454.
[3] Ib. App. i. p. 181; cfr. De Martinis *Jus pontif.* vol. iv. p. 223.

sæpe non ita exacte esse ordinatum, ac alibi, ubi Hierarchia ecclesiastica in pleno vigore est. Ideo plura, quæ per se pertinent ad forum externum, sæpe in foro conscientiæ tantum expediuntur et facultatum alibi pro foro externo omnino exercendarum usus in his regionibus quandoque etiam pro foro conscientiæ tantum conceditur. Sacerdotum est, quoad hanc quæstionem explorare et sequi judicium sui Episcopi. Reliqua vide n. 236.

23.—Casus IV. *Facultates pro criminibus etc. publicis et occultis.*

Ex supra n. 17–22 expositis jam claret, facultates aliter in criminibus, votis, irregularitatibus, impedimentis, censuris *occultis* esse applicandas, aliter in *publicis*, et *concessas pro occultis tantum, non posse adhiberi in publicis nec vicissim*. Unde quæritur: Quando impedimentum etc. censendum sit occultum? Ad quod respondetur: duplicis generis occultum distingui, scil. *omnino occultum* i. e. quod per duos testes probari non potest, seu quod uni tantum præter partes et confessarium notum est, imo si agitur de matrimonio contrahendo, quod præter partes et confessarium nec uni notum est—(Rosset n. 2731.); et *quasi-occultum* seu occultum sine addito i. e. quod *paucis* tantum notum est *absque periculo probabili* seu timore prudenti, ne res ad forum externum deferatur aut evulgetur. Hoc occultum sufficit, nisi expresse requiritur *omnino occultum*, ut hoc fit in crimine cum machinatione. Occultum igitur ut possit impedimentum etc. censeri, videndum est I. *quot* personis relate ad locum et præsertim II. *qualibus* sit notum. Si in oppido sex, in civitate octo notum est, potest haberi occultum, modo istæ personæ sint prudentes et Deum timentes, partibus amicæ, aut etiam complices in crimine (puta in impedimento affinitatis ex copula illicita); si autem essent garrulæ, partibus inimicæ etc. ob periculum publicationis habendum esset publicum, imo hoc in casu etiam si duo vel tres id cognitum haberent, præsertim si aliæ etiam circumstantiæ tale periculum minarentur, ut graviditas sponsæ ex copula illicita.[1]

[1] Reiffenst. App. n. 46; Feije n. 96; S. Alph. vi. 1111; Zit. *Disp.* p. 90.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hisce suppositis occultum in loco censeri potest factum aliquod **a.** licet in loco distanti sit publicum, dummodo ejus notitia non facile illuc sit perventura; at hoc in petitione ad Pœnit. et pro dispensatione Episcopi vi Indulti est exponendum, et si factum non est, postea supplendum erit;[1] **b.** licet qua factum (puta homicidium) quidem sit publicum, modo sit occultum ut criminosum (puta quia populus existimat id fortuito esse patratum); **c.** licet fuerit in loco aliquando publicum, modo diuturnitate temporis evaserit occultum (ut si impedimentum matrimonii per decem, irregularitas per viginti aut triginta annos latuerit);[2] **d.** licet fuerit ad forum contentiosum deductum, modo reus, etsi malis artibus, sententiam *definitivam* obtinuerit saltem de eo, quod non sit probatus culpabilis;[3] **e.** si factum qua criminosum est publicum, at fere ab omnibus in loco pœna (puta *impedimentum* ob homicidium) imposita ignoratur, una sententia negat id esse occultum in sensu canonico et hanc sequitur Bened. XIV.[4] et S. Pœnit., et ideo sequi etiam debent Episcopi in usu *indultorum* pro dispensationibus ab impedimentis matrim.[5] et ab irregularitatibus;[6] altera sententia, quam Aichner[7] vocat communiorem et S. Alph. l. c. cum Auctoribus a Bened. XIV.[8] citatis tenet, affirmat, ita ut Episcopus eam sequi possit, si dispensat ex potestate quasi-ordinaria.[9]

Id ergo, quod nullo modo juxta exposita est occultum tanquam publicum habendum est.

[1] Bened. XIV. *Inst.* 87, n. 46.
[2] Bened. XIV. *Inst.* cit. n. 47.
[3] Zit. l. c.
[4] *Inst.* cit. n. 48.
[5] S. Pœnit. 1875 apud Planchard n. 399 et Feije n. 94.
[6] S. C. C. 9 Sept. 1582 apud Pennacchi ii. p. 560.
[7] Pag. 629.
[8] L. c. n. 42.
[9] *Act. S. Sed.* xiv. p. 155 seq.; *Il Mon. eccl.* vol. ii. par. iii. 117.

CAPUT III.

DE FACULTATUM COMMUNICATIONE ET CESSATIONE.

Facultates, quamvis Episcopis aliisve immediate concessæ, non necessario omnes per ipsos solos sunt exercendæ, sed permultæ exerceri possunt etiam per alios, earum participes ab iisdem effectos. Quare nunc de facultatum legitima communicatione,—et cum nec Episcopi nec cæteri eis in perpetuum gaudeant, in iis autem quibus communicantur, varie expirare possint,—de earum quoque cessatione agendum est.—Prævie tamen pro meliori hujus capitis necnon eorum, quæ in decursu hujus opusculi tractantur, intelligentia, quædam summis labris gustanda sunt:

24.—De potestate jurisdictionis in genere (Episcoporum præsertim).

I. *Potestas ordinaria et quasi-ordinaria.*

Duplex est potestas jurisdictionis: alia *ordinaria*, quæ vi officii ex jure et nomine proprio, alia *delegata*, quæ ex nuda commissione ordinariam habentis et hujus nomine seu vice exercetur.—Delegare autem (etiam cum facultate subdelegandi) potest omnis qui habet potestatem ordinariam, nisi hoc ei sit limitatum. Quod Episcopum attinet, ad ejus potestatem ordinariam etiam illa pertinet, quam quidam recentiores *quasi-ordinariam* vocant,[1] ea scil., quæ ad potestatem officio principaliter insitam accedit officioque qua tali annexa est.

Nimirum: **a.** Facultas dispensandi in legibus ecclesiasticis communibus et Conciliorum Provincialium (Plenariorum)[2] *ex voluntate* legislatorum propter bonum animarum rationabi-

[1] Cfr. Sanguineti *Inst jur. eccl.* 2 ed. Romæ 1891, p. 251 seq. A S. Alph. *de Priv.* n. 109 et Ben. XIV. *de Syn. Diœc.* ix. c. 2, n. 3, vocatur etiam extraordinaria; in aliis locis, ut lib. i. n. 190, 192 *de Priv.* n. 34 etc. a S. Alph. vocatur *ordinaria;* nullibi *quasi-ordinaria.*
[2] S. Alph. i. 190.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hisce suppositis occultum in loco censeri potest factum aliquod **a.** licet in loco distanti sit publicum, dummodo ejus notitia non facile illuc sit perventura; at hoc in petitione ad Pœnit. et pro dispensatione Episcopi vi Indulti est exponendum, et si factum non est, postea supplendum erit;[1] **b.** licet qua factum (puta homicidium) quidem sit publicum, modo sit occultum ut criminosum (puta quia populus existimat id fortuito esse patratum); **c.** licet fuerit in loco aliquando publicum, modo diuturnitate temporis evaserit occultum (ut si impedimentum matrimonii per decem, irregularitas per viginti aut triginta annos latuerit);[2] **d.** licet fuerit ad forum contentiosum deductum, modo reus, etsi malis artibus, sententiam *definitivam* obtinuerit saltem de eo, quod non sit probatus culpabilis;[3] **e.** si factum qua criminosum est publicum, at fere ab omnibus in loco pœna (puta *impedimentum* ob homicidium) imposita ignoratur, una sententia negat id esse occultum in sensu canonico et hanc sequitur Bened. XIV.[4] et S. Pœnit., et ideo sequi etiam debent Episcopi in usu *indultorum* pro dispensationibus ab impedimentis matrim.[5] et ab irregularitatibus;[6] altera sententia, quam Aichner[7] vocat communiorem et S. Alph. l. c. cum Auctoribus a Bened. XIV.[8] citatis tenet, affirmat, ita ut Episcopus eam sequi possit, si dispensat ex potestate quasi-ordinaria.[9]

Id ergo, quod nullo modo juxta exposita est occultum tanquam publicum habendum est.

[1] Bened. XIV. *Inst.* 87, n. 46.
[2] Bened. XIV. *Inst.* cit. n. 47.
[3] Zit. l. c.
[4] *Inst.* cit. n. 48.
[5] S. Pœnit. 1875 apud Planchard n. 399 et Feije n. 94.
[6] S. C. C. 9 Sept. 1582 apud Pennacchi ii. p. 560.
[7] Pag. 629.
[8] L. c. n. 42.
[9] *Act. S. Sed.* xiv. p. 155 seq.; *Il Mon. eccl.* vol. ii. par. iii. 117.

CAPUT III.

DE FACULTATUM COMMUNICATIONE ET CESSATIONE.

Facultates, quamvis Episcopis aliisve immediate concessæ, non necessario omnes per ipsos solos sunt exercendæ, sed permultæ exerceri possunt etiam per alios, earum participes ab iisdem effectos. Quare nunc de facultatum legitima communicatione,—et cum nec Episcopi nec cæteri eis in perpetuum gaudeant, in iis autem quibus communicantur, varie expirare possint,—de earum quoque cessatione agendum est.—Prævie tamen pro meliori hujus capitis necnon eorum, quæ in decursu hujus opusculi tractantur, intelligentia, quædam summis labris gustanda sunt:

24.—De potestate jurisdictionis in genere (Episcoporum præsertim).

I. *Potestas ordinaria et quasi-ordinaria.*

Duplex est potestas jurisdictionis: alia *ordinaria*, quæ vi officii ex jure et nomine proprio, alia *delegata*, quæ ex nuda commissione ordinariam habentis et hujus nomine seu vice exercetur.—Delegare autem (etiam cum facultate subdelegandi) potest omnis qui habet potestatem ordinariam, nisi hoc ei sit limitatum. Quod Episcopum attinet, ad ejus potestatem ordinariam etiam illa pertinet, quam quidam recentiores *quasi-ordinariam* vocant,[1] ea scil., quæ ad potestatem officio principaliter insitam accedit officioque qua tali annexa est.

Nimirum: **a.** Facultas dispensandi in legibus ecclesiasticis communibus et Conciliorum Provincialium (Plenariorum)[2] *ex voluntate* legislatorum propter bonum animarum rationabi-

[1] Cfr. Sanguineti *Inst jur. eccl.* 2 ed. Romæ 1891, p. 251 seq. A S. Alph. *de Priv.* n. 109 et Ben. XIV. *de Syn. Diœc.* ix. c. 2, n. 3, vocatur etiam extraordinaria; in aliis locis, ut lib. i. n. 190, 192 *de Priv.* n. 34 etc. a S. Alph. vocatur *ordinaria;* nullibi *quasi-ordinaria.*
[2] S. Alph. i. 190.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

liter *præsumpta*, præsertim si accedit consuetudo, vi cujus etiam Parochi potestate ordinaria quandoque dispensare vel quasi dispensare possunt. Ita ab Episcopis dispensari potest:[1]

1. In casibus, qui vel frequenter occurrunt et sæpe dispensatione indigent, vel sunt leviores aut fere quotidiani, ut in votis non reservatis, in juramentis etiam in favorem tertii emissis at nondum acceptatis, in iis, quæ prohibent petitionem debiti conjugalis, in jejunio, abstinentia, festorum observatione, in Officio divino etc.

Ex consuetudine, ideo jure ordinario et etiam præsente Episcopo, Parochi[2] (nostri quasi-Parochi vero ex delegatione implicita Episcopi[3]) dispensare possunt ad tempus et in casibus singularibus quoad jejunium et festorum observationem.

2. In casibus singularibus, supra sub 1 non subsumptis, si recursus ad S. Pontificem non facilis et periculum grave in mora est, nec aliunde, e. gr. ob scandalum, aliquid præsumptioni obstat. Exempla habes in impedimentis matrimonii occultis, irregularitatibus, votis reservatis, celebratione Missæ extra ecclesiam aut extra tempus etc.

Imo urgente gravissima necessitate, si Episcopus adiri nequeat, periculum autem sit in mora, in his casibus etiam quandoque Parochi et confessarii hoc modo procedere possunt.[4]

3. In dubiis, sive *juris*, ut si dubitatur, an res egeat dispensatione aut de valore actus utrinque probabiliter disputatur (cfr. n. 14), sive *facti*, ut si dubitatur, an factum, licet publicum e. gr. votum, impedimentum matrimonii, in quo S. Sedes dispensare solet,[5] reapse existat, ita tamen, ut in graviori dubio (secundum Respons. S. C. C. de 18 Sept. 1852) recurratur ad S. Sedem, saltem ad cautelam.[6]—In tali dubio facti ab Episcopo dispensatus, si postea de facto certus fiat, huic dispensationi inniti potest, quin indigeat ulteriori dispensatione a Papa con-

[1] S. Alph. l. c.; D'Annib. i. 231.
[2] S. Alph. l. c. et iii. 288, 1032, 3.
[3] *A. E. Rev.* 1890, i. pag. 216.
[4] S. Alph. vi. 613, 1007.
[5] S. Alph. vi. n. 902, et *de Priv.* n. 55.
[6] Vecchiotti: *Inst. can.* vol. i. lib. ii. § 58. Mühlbauer: *Thes. Res. S. C. C.* tom. v. p. 963. Tales casus habes infra n. 128 **a.** et n. 223 ii. in fine.

cedenda; neque etiam in tali dubio facti *occulti* ab Episcopo dispensatus indiget nova dispensatione pro foro externo si factum occultum evasit publicum; secus ac si Episcopus dispensavit in occulto juxta dicta sub 2.[1]

25.—b. *Privilegia* in jure *expressa* suoque officio annexa: præsertim facultates 1. ex cap. *Liceat* (Trid. xxiv. cap. 6 *de Ref.*) dispensandi in irregularitatibus et suspensionibus ex delicto occulto, excepta illa ex homicidio voluntario et exceptis deductis ad forum contentiosum,—et absolvendi in foro conscientiæ, imposita pœnitentia salutari, a casibus occultis non specialiter S. Pontifici reservatis;—2. ex aliis juris concessionibus dispensandi in defectu natalium ad Ordines minores et beneficia simplicia, in bigamia similitudinaria, in interstitiis, in bannorum publicatione etc.;—3. dispensandi si in lege dicatur, posse ab ea dispensari,[2] nisi ex contextu dispensatio Pontificia intelligatur, uti ap. S. Alph. vii. 431 et Trid. xxiv. cap. 5 *de Ref. Matr.*

Hæc omnia sub **a.** et **b.** cum pertineant ad potestatem ordinariam Eppi, possunt ab eo delegari etiam generaliter i. e. ad omnes casus occurrentes, at per mandatum speciale i. e. singulas facultates specificans; in generali autem mandato Vicarii Generalis non sunt comprehensa,[3] nisi quid ex consuetudine per illud concessum intelligatur, ut dispensatio a bannis,[4] aut concessio dispensationum in absentia Episcopi. Porro iisdem facultatibus pro ambitu suæ jurisdictionis gaudent etiam alii ex officio potestatem episcopalem habentes, ut Vicarii Capitulares, ergo etiam nostri Administratores Diœcesium,[5] Abbates cum proprio territorio,—aut quasi-episcopalem habentes, ut *Prælati Regulares* (sub quibus in hoc non tantum supremi, i. e. Generales, et medii i. e. Provinciales, sed etiam infimi i. e. Superiores locales, Priores, Rectores, Guardiani intelliguntur[6]) cum suorum subditorum sint Ordinarii et Parochi. Attamen

[1] *Il Mon. eccl.* vol. vii. par. i. 251 et Rosset n. 2443.
[2] D'Annib. l. c.
[3] S. Alph. iii. 288, 1032, 2; *de Priv.* 31, 58; vi. 613, 1125.
[4] S. Alph. vi. 1007.
[5] Konings *Comp.* n. 1539, qu. 3.
[6] Ferraris v. *Regularis Prælatus*, n. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Vicarii Apostolici[1] et Prælati Regulares qua tales, privilegiis sub **b.** indicatis uti nequeunt.[2]

26.—Quæritur etiam, num Episcopus etc. utens potestate quasi-ordinaria in casibus urgentibus (supra n. 24, 2) teneatur observare stylum Curiæ Romanæ; at facilis est responsio ex dictis n. 11 et 12. Præstat tamen eum sequi.[3]

27.—II. *Potestas delegata* Episcoporum esse potest, vel *a jure*, ut illa, quam habent in Regulares qua Sedis Apostolicæ delegati,[4] vel *ab homine*, ut sunt facultates ex Rescriptis Romanis pro personis singularibus, et facultates pro personis indeterminatis in Formulis contentæ. Potestas delegata non potest in alios derivari, ut per eos exerceatur, nisi in quantum et eo modo, quo a delegante fuit concessum. Attamen tum delegatus, etsi non possit subdelegare, tum subdelegatus articulos quosdam non jurisdictionales, ut verificationem causæ, aliis committere potest. Dicunt, delegatos posse subdelegare:[5] **a.** si delegati sunt ad universitatem causarum, uti vice-Parochus tempore absentiæ Parochi; **b.** si sunt delegati a Papa vel a SS. Congregationibus per modum officii, ut Legati et Delegati Apostolici ex officio. At horum potestas est ordinaria vel saltem quasi-ordinaria, cum eis non competat nuda commissio, sed officium. Unde *generatim loquendo*, referendi sunt ad eos, de quibus n. 24 et 25.

Specialiter tamen nota ad **a.** *Delegatus ad universitatem causarum* ille dicitur, cui genus causarum committitur sub uno nomine collectivo, quamvis non sit generalissimum sed subalternum et restrictum quoad tempus (ut omnes causæ tali anno occurrentes) vel quoad quantitatem (ut causæ decem librarum) vel quoad locum (ut causæ talis loci). Cfr. Sanchez *de Matr.* lib. iii. disp. 31, n. 4.—Hi delegare possunt tantum aliquas causas, non autem, licet ad modicum tempus, totam delegationem, neque concedere possunt facultatem subdelegandi (Sanchez ib. n. 17). Imo aliqui dubitant, an possint delegare (Smith: *Elements*, n. 229). A delegatis ad universitatem causarum distinguendi sunt delegati ad generalitatem causarum i. e. illi, qui delegantur pro omnibus causis unius personæ et ideo simpliciter delegati censentur. Non ad universitatem causarum, ut quidam putant, sed simpliciter delegati censeri videntur nostri quasi-Parochi, ita tamen ut eis omne fere id concessum esse supponatur, quod alibi veri Parochi ex jure obtinent.

[1] Zit. *App.* p. 129.
[2] S. Alph. *de Priv.* n. 106 et vii. 79; S. Pœn. 5 Dec. 1873 ap. Kon. l. c. 1195, G.
[3] Feije n. 697 (698) Quoties; cfr. Gasparri n. 411.
[4] Zit. *App.* p. 60.
[5] S. Alph. vi. 566.

Ad **b.** *Delegati Apostolici* ii præsertim intelliguntur, qui Summi Pontificis vices subeunt et in provincia, si in ea delegatio permanens et irrestricta est, *generatim loquendo* potestate ordinaria eam jurisdictionem exercent, quam Papa, si præsens esset, per se exerceret. Dico: *generatim loquendo;* nam extra jurisdictionem Delegati Apostolici (nisi extraordinarias facultates aut speciale mandatum a Summo Pontifice acceperit) ea sunt, quæ a jure excipiuntur, ut causæ majores eaque de quibus agit Conc. Trid. xxiv. cap. 20 *de Ref.;* porro ea, quæ ad Summum Pontificem aut ad SS. Congregationes quovis modo delata sunt, causæ Religiosorum exemptorum etc. Cfr. Ferraris v. *Legatus* n. 19-22, n. 36 seq. et v. *Approbatio* art. i. n. 26-38.—Smith: *Elements, ed. 9*, vol. i. pag. 307-314, et præcipue Baart: *The Roman Court*, n. 307-347.—Ex quo evidens est, amplissimam esse potestatem Delegati Apostolici, qualis a *Sancta Sede* per Litteras Apostolicas de 21 et 24 Jan. 1893 (quas vide ap. *Past. Bl.* 1893, p. 2 et *A. E. Rev.* vol. viii. p. 472) apud nos permanenter institutus est.

Nota. Quod facultates Formularum attinet, nostro Excellmo Domino Delegato expresse "*durante suo munere*" concessæ sunt quatuor Formulæ, quæ nostris Episcopis a S. Sede conceduntur. (Ita ex Delegatione Apostolica ipsa.) Alias quasdam facultates Ei concessit Summus Pontifex die 6 Nov. 1892, exercendas "per durante ejusdem commoratione in Statibus Fœderatis Americæ Septentrionalis." Has in decursu hujus opusculi apponam.—Unde cum territorium exercitii facultatum pro nostro Delegato Apost. sit tota ejus Provincia i. e. totus complexus Statuum Fœderatorum, sicut pro singulis Episcopis tota Diœcesis est, ad "Suam Excellentiam" confugere aliquando opportunum erit e. gr. si dubium oriatur circa domicilium partium, quæ pro matrimonio dispensatione indigent.—

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Demum supponi potest Delegatum Apostolicum pluribus facultatibus pollere, quæ publici juris non fiunt.[1]

His suppositis quoad facultates Formularum sequitur

ART. I.

DE FACULTATUM COMMUNICATIONE.

28.—Communicatio in sensu latiori est actus, quo habens facultatem alium non habentem ejus participem facit. Ita definita communicatio etiam comprehendit subdelegationem. Communicatio vero in sensu strictiori juris canonici a subdelegatione differt, ut patebit ex dicendis n. 31.

PRINCIPIA, quæ relate ad facultatum communicationem (in sensu latiori) valent, sequentia sunt:

I. Facultates Formularum non sunt concessæ per modum officii, neque sunt delegationes ad universitatem causarum,[2] sed mere personales.

29.—II. Qua delegationes mere personales exerceri debent ab Episcopis ipsis, nisi facultas eas communicandi sit concessa (n. 27). Hæc facultas in aliis conceditur, in aliis omnino non, in aliis autem cum restrictionibus conceditur. De facultate communicandi Formulam I. confer n. 170.—Ex Form. C. alii Articuli communicari possunt, de aliis quoad communicationem nihil additur.—De facultate subdelegandi Articulos Form. C. et D. vide n. 229 et n. 243.—In Form. T. Episcoporum Canadensium de communicatione nihil dicitur.—Item in aliis regionibus, quod facultatum communicationem spectat, maxima est differentia. Ita e. gr. Formula AA., Episcopis Americæ Meridionalis concessa, habet: "Tandem SSmus Pater eidem Episcopo potestatem fecit, prædictas facultates communicandi, causa tantum sui obitus, Sacerdoti idoneo suæ Dicœcesis, ut, sede vacante, sit, qui interim eas exerceat, donec Sedes Apost. certior facta alio modo provideat."[3] Unde

[1] Relegi meretur, quod de Deleg. Ap. egregie scripsit Bouquillon in *Am. Cath. Qu. Rev.* 1895, p. 112 seq. et Leonis XIII. Litt. *Longinqua* de 6 Jan. 1895 ad Eppos Fœd. Stat. Am. § *Verum absoluto.*

[2] Cfr. Resp. Rom. ap. Konings *Comp.* ii. p. 427 (44).

[3] Cfr. *N. R. Th.* xix. p. 89–93, ubi plura.

sequitur communicationem fieri non posse, nisi in quantum ea est *expresse* concessa, et tenendum adagium: "*Inclusio unius* (aliquarum facultatum vel personarum) *est exclusio alterius* (cæterarum facultatum vel personarum),"[1] ita ut ex permissione quoad aliqua colligatur oporteat, reliqua non esse concessa.—E contra ob latam facultatum interpretationem facultas communicandi, si concessa est, *servata proprietate verborum*, in tota extensione exerceri potest. Unde cum in Form. I. art. 28 (n. 170) dicatur: "communicandi .... Sacerdotibus idoneis etc.," in Form. D. et E. (n. 229 et 243): "Presbyteris sibi benevisis," procul dubio facultates, de quibus agitur, etiam illis Sacerdotibus communicari vel subdelegari possunt, qui ex aliena Dicœcesi venientes pro salute animarum in propria Episcopi Dicœcesi laborant. (Cfr. infra n. 48, *Demum.*) Certo certius hoc valet de facultatibus jurisdictionalibus absolvendi et dispensandi subditos Episcopi, prout hoc docent Canonistæ, signanter De Angelis lib. i. tit. 29, n. 4.—Dixi tamen: *servata proprietate verborum.* De qua vide dicenda n. 32 et 35 ad **b.** 1.

30.—III. *Modus communicationis*, quatenus hæc concessa est, in aliquibus determinatur qua *subdelegatio.* Quare in illis subdelegatus agit nomine delegantis scil. Episcopi, cujus est commissarius et a quo pro exercitio facultatis accipit jurisdictionem.[2] Unde, casu id exigente, ad Episcopum est recurrendum et decedente Episcopo, cujus sunt privilegia personalia, quique est quasi-fundamentum pro subdelegato, cessant facultates etiam in hoc, nisi agatur de casu jam inchoato ante Episcopi obitum aut S. Pontifex expresse concesserit earum perdurationem in subdelegato post (cessum vel) decessum delegantis, ut Bened. XIV. in const. *Pia Mater* quoad Benedictionem Papalem in articulo mortis.[3] Cessant ergo facultates Form. D. et E. morte Episcopi aut cessante ejus officio.

31.—At quid, si simpliciter *communicatio* conceditur? Estne hæc unum et idem ac subdelegatio? Aliqui ita putare viden-

[1] Konings *Comp.* i. p. 485; *N. R. Th.* xix. 79 seq.; Rosset n. 2468; Zit. *Disp.* p. 51, xi. Cfr. Resp. S. C. de P. F. 4 Sept. 1858 ap. Feije n. 617.

[2] De Angelis i. tit. 3, n. 30.

[3] *Decr.* pag. 479.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur. Sed contrarium omnino tenendum est. Nam: **a.** Verba in sensu proprio secundum usum communem DD. et subjectam materiam sunt accipienda, nisi aliter de mente disponentis constet.[1] Jam quid significet vox communicatio, notum est ex communicatione privilegiorum et indulgentiarum in Ordinibus religiosis et Confraternitatibus usitata. Convenit autem in omnibus quoad hoc, quod ille, cui fit aliqua communicatio, id quod est communicatum, adhibeat et possideat non vice et nomine communicantis, sed nomine proprio: ut ideo ei non pereat, licet primus communicans perierit. In hoc ergo differt substantialiter communicatio a subdelegatione. Differt tamen etiam una communicatio ab altera. Alia enim, ut ea inter varios Ordines religiosos et illa Archiconfraternitatum versus confraternitates aggregatas eo modo fit, ut res ab eo, cui communicata est, independenter a communicante possideatur;[2] alia vero, ut illa, qua quædam facultates a Superioribus religiosis cum subditis suis communicantur, ita fit, ut facultates non nomine Superioris quidem exerceri debeant, at vero pro ejus beneplacito revocari et restringi possint, non tamen cessent morte Superioris; item ut quoad eas ad Superiorem casu eveniente sit recurrendum. Qua de causa istæ communicationes Superiorum hoc sub respectu quodammodo subdelegationes vocari possent.[3] His jam communicationibus Superiorum religiosorum æquiparandæ sunt illæ, quæ ab Episcopis vi Formularum et ad earum tenorem fiunt.[4] Facultates communicatæ subsunt inspectioni Episcopi ad quem recursus est faciendus, quoties id requiritur,—a quo et revocari possunt, at communicatæ non cessant ejus morte aut amotione ab officio, sed perdurunt usque ad termini, ad quem a S. Sede concessæ sunt, finem.[5]

[1] Barbosa: Axioma 222 ad 4 et 7. Schmalzgr. lib. v. tit. 40, n. 7, 11, 15.

[2] Excipe indulgentias. Hæ si pro Ordine communicante a S. Pontifice revocantur, etiam revocatæ censentur pro iis, quibus per communicationem factæ sunt propriæ.—S. C. Indulg. 31 Jan. 1893 ad 17 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 508.

[3] Cfr. infra n. 34, **c.**

[4] Cfr. Form. I. art. 28 et C. art. 1, 9, 10.

[5] Imo probabiliter perdurant, donec S. Sedes providerit de successore aut alio, qui eas facultates accepit, licet terminus concessionis effluxerit.—Feije ed. 4, n. 617 cum Planchard.

Hoc evidenter patet ex declaratione S. Congr. de Prop. Fide die 22 Jan. 1759[1] facta pro *Indiis* et aliis regionibus, ubi post mortem Episcopi Vicarius Generalis exercet jurisdictionem: "eos," ait "quibus communicatæ sunt facultates ab Episcopo dum viveret non posse uti post mortem Episcopi, nisi durante quindennio jam inchoato et de *consensu expresso vel tacito* Vicarii Generalis, qui successit Episcopo." Ergo facultates communicatæ manent post mortem Episcopi, etiam sub Administratore, cujus consensus tacitus tantum pro earum usu requiritur, usque ad finem decennii aut quinquennii ad quod *apud nos* nunc conceduntur.

Neque **b.** in ulla Formula facultatum ordinariarum exigitur, ut pro casu obitus Episcopi *specialis* communicatio fiat. Non enim dicitur: "communicandi *etiam* tempore obitus," sed: "prædictas facultates communicandi . . . et *præsertim* tempore sui obitus, ut, sede vacante, sit qui supplere possit, donec Sedes Apostolica . . . . . alio modo provideat." Ita in nostra Form. I. art. 28 et in reliquis omnibus.[2] Illud *præsertim* non potest significare, Episcopum magis communicare posse in suo obitu, quam alio tempore, quoad fere absurdum sonaret, sed per illud *præsertim* exhortatio seu monitio fit, ut Episcopus facultate communicandi certe utatur tempore sui obitus ad providendum sedis vacantiæ. Denique **c.** si communicatio facultatum idem esset ac subdelegatio, non pauca sequerentur, quæ vel absona vel damnosa essent. Subdelegatus facultate sibi concessa utitur nomine et vice delegantis. Jam si facultas *dispensandi* aut *absolvendi* aut alium actum jurisdictionis exercendi *subdelegatur*, facile perspicio, quid hoc sibi velit, neque abnuo potestatem Episcoporum, qua possent, si id magis opportunum judicaverint, hasce facultates Form. I. non tantum communicare sed *etiam* subdelegare; at, quæso, quid sentiendum de subdelegatione facultatis induendi se vestibus sæcularibus aliarumque licentiam aut merum actus exercitium in se continentium? Nonne risum excitaret, qui diceret, se ex subdelegatione, ergo nomine et vice Episcopi, portare vestem sæcularem?—Porro, si communicatio nihil aliud nisi subdelegatio esset, facultates

[1] Zit. *Disp.* p. 48; *Coll. Prop.* n. 146.

[2] *N. R. Th.* xix. 88. Cfr. infra n. 244 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Form. C. art. 1, 9 et 10, morte Episcopi non sine damno fidelium cessarent, cum pro his perduratio post ejus mortem non sit concessa. Talem cessationem S. Sedem voluisse, vix supponi potest.—Hisce consideratis omnino tenendum esse videtur, Episcopos facultates, quarum *communicatio* eis concessa est, tanquam privilegia ad tempus eis personaliter concredita, eodem modo communicare posse, quo possunt Superiores religiosi respectiva privilegia suis subditis. Cum hoc consonat, quod docet Heiss: *De Matrimonio*, Monachii, 1861, pag. 198, nota 5.—Differentia inter communicationem et subdelegationem etiam in hoc consistere videtur, quod communicatio sit facienda prout jacet (cfr. infra n. 34 f.), subdelegatio autem restringi possit non quidem quoad conditiones et clausulas, quibus facultas vestita est, sed quoad personas, quibus applicanda sit et numerum casuum. Insuper nihil obstare videtur, quominus facultas, quæ a S. Sede per *communicationem* habetur et in actu jurisdictionali consistit, eis, quibus communicationem facere licet, *subdelegari* possit.

32.—IV. Cum S. Congr. de P. F. Patribus Conc. Pl. Balt. II. supplicantibus pro largiore potestate quoad communicationem facultatum responderit: "standum omnino esse Formulis facultatum etc.;"[1] ideo

a. *De jure* Episcopi nostri

1. *Communicare* possunt: *a. omnes facultates Form. I. exceptis illis* sub art. 1, art. 2 (in quantum respicit dispensationes Ordinandorum ab irregularitatibus), art. 3, art. 12 (ob restrictionem art. 28, ubi de communicatione, appositam); porro ob naturam rei *exceptis* illis sub art. 13 et art. 22; *restrictis* facultate articuli 21 quoad lectionem librorum prohibitorum, et altera binandi sub art. 23 quoad personas et tempus.—*b.* ex Form. C. fac. articulorum 1, 9 et 10.

2. *Subdelegare* possunt omnes facultates Form. D. et E. at tantum: *a.* Vicario Generali, si ipse absit a sua residentia aut legitime impeditus sit; *b.* pro aliquo numero casuum, in quibus ad Episcopum recurri non potest, duobus vel tribus Sacerdotibus in locis remotioribus Diœcesis.

33.—b. *De facto*, prout id exhibent pagellæ Sacerdotibus

[1] *Act. et Decr. C. Pl. B. II.* pag. cxlv. n. vi.

tradi solitæ, communicatio facultatum in Diœcesibus horum Statuum maxime variat. Concedi solent ex *Formula I.* art. 2 (cum restrictione ut supra), 4, 15, 16, 17, art. 23 (omissa binatione), 24, in pluribus etiam art. 5, 14, 20, 25, 26, 27.—Quoad dispensationes matrimoniales, in una Diœcesi omnes ab art. 6 usque ad art. 11, in aliis paucis art. 6–10, in una art. 7, in altera art. 8 tantum communicantur, in aliis nulla fit generalis communicatio facultatum matrimonialium.—Ex *Formula C.* communicatur in omnibus Diœcesibus art. 9, in pluribus etiam articuli 1, 2 et 10. Unde Missionarii laborantes modo in hac modo in alia Diœcesi attenti esse debent, ne confundant varias concessiones et in irritum laborent.

34.—V. *Quod jus et obligationem communicationis et subdelegationis* facultatum attinet, præter tenorem Formularum, attendendum præsertim est, quod Bened. XIV. in const. *Apostolicum ministerium* 30 Maj. 1753, §11, ad Vic. Ap. Angliæ docuit, scil.: **a.** facienda est, quatenus valor executionis a diligentia et industria executoris pendet, *idoneis*, "quo vacabulo cognitio indicatur, quam Largitor facultatum habere debet de eo, qui ipsas consequitur, an videlicet idoneus existimetur. Hinc et arbitrium examinis de illo instituendi subsequitur, quoties ejus scientia ad facultatem exercendam aliunde non innotescat."—**b.** Generatim loquendo "necessitas non infertur Vicario Apost.," Episcopo etc., "ut omnino prædictas facultates communicet;" at eas communicare "nunquam non opportunum, sæpius etiam necessarium est,[1] cum Superior omnia per se præstare minime valeat." Insuper ei curandum est, ut post suum obitum, donec S. Sedes provideat, sit, qui sede vacante possit supplere; unde Sacerdotibus in Diœcesi laborantibus tum alias tum præsertim tempore sui obitus propter hoc juxta art. 28 Form. I. communicatio conveniens est facienda.—**c.** "In arbitrio Vicarii Ap." etc. "positum est, vel *omnium suarum facultatum*" singularem *Sacerdotem* participem facere vel *aliquas tantummodo* communicare. "Nam Vicarius Ap." etc., "in hoc genere facultatum, specialis Sanctæ Sedis Delegati personam gerit, cui liberum est subdelegare, nedum ex

[1] Cfr. id. quod ap. De Martinis: *Juris pontificii* vol. vi. par. i. pag. 87 Pius IX. 8 Febr. 1850 scripsit Episcopo Macaonensi.

communi jure (ex quo scil. quoad hoc nihil obstat),[1] verum etiam ex singulari auctoritate illi demandata." Quas dein facultates sibi reservare, quas Sacerdotibus elargiri, quas uni potius, quam alteri impertiri salutare et opportunum sit, ex cognitione personarum, animarum necessitate et casuum frequentia discernere debet.—**d.** Si eas communes fecerit cum Sacerdotibus sæcularibus et regularibus, "tanquam Apostolicus Depositarius earundem," jus retinet dignoscendi, an revera idonei sint, . . . ac denique eas suspendendi penitusve auferendi. —**e.** "Summopere commendatur humanitas in examine peragendo, insuper debita et prudens cautio in suspendendis vel adimendis facultatibus, quæ semel concessæ fuerunt."—Hisce a Bened. XIV. dictis adde: **f.** "Notissimi juris est, non posse inferiorem coarctare absque venia Superioris concessionem istius. Igitur, quas in foliis facultates habent Vicarii Ap. communicabiles suis Missionariis . . . possunt quidem eas communicare vel non communicare, juxta datam sibi a S. Pontifice auctoritatem, sed minime possunt novas apponere conditiones et irritantes clausulas in iis communicandis, quando ad sic agendum specialem non obtinuerint facultatem a S. Sede." S. C. de P. F. 16 Mart. 1865.[2] **g.** "Ad ordinem servandum vitandamque confusionem, mirifice conducet, ut facultates, quæ Missionariis communicantur, præsertim vero matrimoniales, absque ambagibus iisdem ostendantur: ideoque cavendum omnino, ne illæ aliter, quam in scriptis tradantur, per appositas litteras, in quibus cum extensio facultatum, tum etiam casus et censuræ reservatæ aperte et determinate exprimantur." S. C. de P. F. ad Vic. Ap. Indiæ 8 Dec. 1869.[3]

Nota. Prædicta valent de gratiis, quæ pro personis indeterminatis, in specie de iis, quæ in Formulis conceduntur. Si vero Episcopus, aliusve per Rescriptum pro personis determinatis gratiam accepit, eam *ordinarie* privilegiatis communicare tenetur et quidem sine prævia inquisitione, si de *gratia facta* in Rescripto non est institutus executor, verificatis vero conditionibus, si in eo constituitur executor. Dico *ordinarie* i. e. nisi Rescriptum sit nullum,

[1] *N. R. Th.* xix. p. 96 seq.
[2] *Coll. Miss.* n. 1022; *Coll. Prop.* n. 1488.
[3] *Coll. Miss.* n. 38; *Coll. Prop.* n. 157.

aut impetrantibus certe nocivum. Si tandem constituitur executor voluntarius seu Ordinario vel alii conceduntur "facultates necessariæ et opportunæ, ut super præmissis providere possit et valeat" vel "petitum indultum concedendi, si ita in Domino expedire judicaverit" —tum re adhuc integra i. e. si executor nullo actu inceperit judicare, an gratiam concedere expediat, non tenetur ad gratiam communicandam, tenetur vero, si inceperit et communicationem facere expediens judicaverit. Unde confessarius facultate absolvendi a reservatis præditus, si casu audito pœnitentem audire pergit absolutioneque dignum judicavit, eum absolvere tenetur. Si voluerit eum ad Superiorem dimittere, statim audito casu debuisset confessionem abrumpere. Cfr. infra n. 72 et Bucceroni *Cas. consc.* i. n. 46.

35.—VI. *Communicatio et subdelegatio*, si demum fit, *legitime facienda est*, scilicet:

a. Quando non est concessum a S. Sede, ut per Vicarium Generalem aut alium fiat, Episcopus ipse eam perficere debet n. 27 et 28; *Decr.* n. 321. At juxta La Croix[1] et Lugo[2] valeret, si Episcopus suo Vicario aut alii diceret: "Non quidem tibi do facultatem subdelegandi, sed immediate ego subdelego facultatem illi, quem tu judicas aptum et designas."—Modus hic subdelegandi validus declaratus est a S. Congr. Indulg. 23 Sept. 1775 ad 8 Tertio (*Decr.* n. 237).

b. Communicatio et subdelegatio est species donationis secundum intentionem S. Sedis faciendæ. Ideo præscindendo a fraude et metu, de quibus confer Auctores (S. Alph. i. 184, iii. 714 seq.) et infra n. 44:

1. Illis tantum fieri potest, quibus ex tenore clausularum, ut fiat, concessum est.

Ita facultates Form. I. ex clausula sub art. 28 ab Episcopis omnibus Sacerdotibus idoneis, qui in eorum Diœcesibus laborant, sive sint de Diœcesi sive non; art. 9 et 10 Form. C. Sacerdotibus sacro ministerio fungentibus, art. 1. Form. C. non solum Sacerdotibus, sed omnibus viris ecclesiasticis, sive sint de Diœcesi sive non, modo sint in Diœcesi, *communicari* possunt.—Facultates Form. D. et E. *subdelegari* licet cuivis Presbytero, sive sit de Diœcesi sive non, in loco remotiori Diœcesis, modo non sint jam tribus subdelegatæ. (Cfr. infra n. 230–232, 243.)

[1] Lib. vi. p. iii. n. 884. [2] *Resp. mor.* lib. 4, d. 42.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Ex parte privilegiati requiritur acceptatio, ut effectum habeat.[1] Quævis enim facultatum communicatio, quævis delegatio et subdelegatio est donatio, quæ non perficitur nisi per consensum donatarii. Hinc etiam si ab aliquo tertio petitur dispensatio, inscio dispensando, hic ante executionem notificari debet gratiamque acceptare. Si tamen facultas, quæcumque ea sit, a supplicante petitur per litteras vel per nuntium aut procuratorem, ea probabiliter effectum habet actu concessionis seu a die datæ, quasi jam acceptata esset, ita ut supplicans, dummodo certus sit de concessione facultatis, vi ejusdem possit *valide* operari, et licite etiam in casu necessitatis urgentis ante litterarum aut nuntii adventum.[2]—Hoc tamen extendi nequit ad executorem Rescripti S. Sedis, qui, si antequam exemplar originale ei exhibitum fuerit, dispensaret, etc. actum nullum ageret, etiamsi sciret, litteras in Curia esse expeditas.[3] Unde si originale forte periret, alterum authenticum exemplar esset impetrandum.[4]

c. Quod *formalitatem* attinet, communicatio et subdelegatio fieri potest etiam oretenus et telegraphice, melius tamen est, eam facere in scripto. (Cfr. n. 12, 34 ad **g**, et 64.)

36.—Quæri hic posset: Quid, si *ex errore* putaretur, facultatem quamdam esse communicatam, quæ tamen communicata non est? Responsio, supposito quod agatur de facultate jurisdictionali, pendet a qualitate erroris. Si error est communis et simul adest titulus coloratus, certe supplet Ecclesia; probabiliter etiam, imo probabilius juxta Gasparri n. 365, nota 4, in errore communi sine titulo colorato. At si error est privatus, ut si quis privatim putaret se habere facultatem, quam

[1] D'Annib. i. 223, 224.

[2] Schmalzgr. v. tit. 33, n. 31; Reiffenst. v. tit. 33, n. 46–48.

[3] S. Pœn. 15 Jan. 1894 ap. *Il Mon. eccl.* vol. viii. par. ii. 31.

[4] Zit. *Disp.* p. 101; Feije n. 735 (736). Pro regionibus remotioribus tamen, si periculum est in mora, sufficiet telegramma de expeditione Rescripti, ut negotium expediri possit.—Ita D'Annib. i. 241 (36). Hoc tamen juxta S. C. S. Off. 1892 ap. *Coll. Prop.* n. 2192 intelligendum est de notitia telegraphica transmissa ex officio, auctoritate S. Sedis.

revera non habet, actus ita factus certo est nullus.[1] Dispensationem matrimonialem obtentam ab eo, qui communiter reputatur habere facultatem, eam tamen non habet valere, decidit S. Rota in quadam causa.[2]—In contrarium allegatur decisio S. C. C. de 11 Dec. 1683 (relata a Bened. XIV. *Inst.* 84, n. 22). Attamen dubitari potest, an in isto casu adfuerit error communis. Porro etiamsi S. Congr. quandoque juxta opinionem tutiorem decidat (et in casu a Bened. XIV. relato aliter prudenter vix decidere potuit), opinio contraria Theologorum non semper ideo amittit suam probabilitatem. (Cfr. supra n. 3 ad ii. **a.**) Neque ipse Bened. XIV. ob præfatam decisionem S. C. C. rejecit opinionem Theologorum docentium, absolutionem stante errore communi datam validam esse et pro ea (ib. n. 20) etiam Fagnanii suffragium ad quandam decisionem S. C. C. de 22 Mart. 1614 allegat.

ART. II.

DE FACULTATUM CESSATIONE.

Hic non agitur de usu facultatum ejusque limitibus, de quo in sequenti cap., sed de facultatibus qua talibus sc. quatenus per eas conceditur potestas licite aut valide aliquid agendi. Porro a facultate distingendus est ejus effectus. His præ-notatis

§ 1. De Cessatione Facultatum in se.

I. Facultates exspirare possunt præcipue: **a.** morte concedentis seu ejus amotione ab officio, **b.** morte privilegiati, **c.** elapso tempore, **d.** numero exhausto, **e.** revocatione, **f.** renunciatione, **g.** negotio finito, **h.** cessatione causæ finalis. Circa singula respectu etiam habito ad facultates tum pro personis indeterminatis tum pro casibus particularibus concessas sequentia observare juvat:

[1] S. Alph. vi. n. 572; D'Annib. i. n. 79; Smith *Elem.* vol. i. n. 224. In errore communi, etsi deest titulus, jurisdictio suppletur *a jure*. Hoc vix non certum esse, ex eo eruitur, quod habetur ap. Bucceroni: *Cas. consc.* ii. n. 108 et 113. Pro sententia contraria cfr. Rosset n. 2198.

[2] Zerola: *Praxis Episcopalis*, Venetiis 1595 v. *Dispensatio* in fine.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad **a.** Distinguendum est inter facultates immediate derivatas a potestate *ordinaria* (quasi-ordinaria) et illas, quæ a *delegata* descendunt.

37.—1. Priores, si sunt *absolute* (i. e. non ad arbitrium concedentis) datæ et *gratiæ factæ* (i. e. aut pro personis indeterminatis aut pro persona particulari quidem, at in actu concessionis jam datæ, ita ut delegatus sit executor *necessarius*, talis scil., qui eas tenetur applicare, *si preces veritate nitantur* aut *si vera sunt exposita*) non exspirant per mortem aut amotionem concedentis; "gratia enim simpliciter facta et acceptata non pendet in conservari ab influxu concedentis," et per eam, is cui facta est, jus jam acquisivit;[1]—exspirant vero, re adhuc integra (i. e. antequam ex facultate concessa aliquid geri cœptum sit),[2] datæ ad *gratiam faciendam* i. e. si facultas tantum datur ad gratiam (absolutionem, dispensationem etc.) impertiendam personæ particulari, pro casu quo executor *id judicaverit expediens* seu est executor *voluntarius;* —facultates autem etsi generaliter concessæ at cum clausula: "ad arbitrium nostrum," "usque ad beneplacitum nostrum" aut simili, exspirant morte concedentis, nisi concessio procedat a dignitate, utpote quæ non moritur. Casus vero ante mortem cœptus finiri potest.[3]—Unde: *a.* Facultates Formularum non exspirant morte S. Pontificis, quia sunt gratiæ factæ. Neque exspirant facultates a S. Pœnitentiaria concessæ pro foro conscientiæ, si Pontifex moritur aut Pœnitentiarius major suum munus dimittit, etiamsi res adhuc integra sit.[4] Sunt enim, prout supponitur, gratiæ absolute factæ.—*b.* Exspirat jurisdictio ab Episcopo data pro alicujus confessione audienda, si Episcopus moritur re adhuc integra i. e. confessione nullo modo cœpta,[5] non autem jurisdictio pro fideli-

[1] Reiffenst. v. tit. 33, n. 167.—Ferraris v. *Gratia, ut gratiosum Rescriptum.*

[2] D'Annib. i. 77 (62). De facultatibus justitiæ seu ad lites idem valet, at de iis hic non est sermo.

[3] Ibid. i. n. 222.

[4] Ben. XIV. const. *Pastor bonus* § 49; Zit. *Disp.* p. 107; Feije n. 734 (731).

[5] S. Alph. vi. 559.

bus generatim, licet concessa sit *usque ad revocationem.*[1]—*c.* Licentia ab Episcopo data alicui, ut ordinari possit apud alium Episcopum, non exspirat morte proprii Episcopi, nisi revocetur ab ejus successore.[2]—*d.* Cum Episcopus ex jure ordinario possit campanas benedicere, at hæc facultas a S. Pontifice quoad delegationem sit limitata, ex licentia in Form. C. art. 12 quoad hanc concessa concludere licet *delegationem*[3] in casu particulari factam non exspirare per mortem Episcopi delegantis, cum sit gratia facta vi potestatis ordinariæ.—*e.* Demum notandum est, litteras S. Pontificis ad gratias faciendas, per ejus mortem invalidatas, vi Reg. Canc. 12 reviviscere in subscriptione Regularum Cancellariæ Apost. a superveniente Pontifice præstita, dummodo illæ litteræ infra annum ante mortem Pontificis impetratæ fuerint. (De Angelis lib. i. tit. iii. n. 10.)

Nota 1. Quod supra dictum est de facultatum ex ordinaria potestate derivatarum exspiratione ob concedentis mortem, renunciationem, translationem etc., valet de Superioribus ex se in perpetuum in suo munere constitutis. De iis autem, qui ad certum tempus e. gr. ad triennium in munere constituuntur, prout Superiores inferiores, Provinciales, Rectores etc. in Ordinibus religiosis, quamvis eorum potestas secundum S. Alphonsum sit ordinaria,[4] quidam dicunt, facultates jure proprio et vi muneris sui quasi-episcopalis concessas e. gr. dispensandi suos subditos a jejunio, absolvendi a peccatis etc. *per se* exspirare cessantibus eorum muneribus. Nam cum eorum munera ad certum tempus restringantur, etiam facultates ab eis vi muneris concessæ ultra hoc tempus, ut putant, non possunt extendi. Dicitur *per se;* nam si successor ad odium declinandum saltem implicite declaret, se res omnes pro interim velle relinquere in statu quo antea fuerint, facultates delegatæ per hunc consensum successoris sufficienter confirmari censentur.—At hæc doctrina quandoque damnosa esse potest et a nullo Auctore probato sustinetur, ideo relinquenda et dicendum est, has quoque

[1] Smith: *Elem.* n. 672.

[2] S. Alph. vi. n. 787, nota 2.—Dimissoria vero quibus hæc licentia exprimitur, semestri post datam elapso, quoad mores et impedimenta canonica viribus testimonii carent.—Gasparri: *De S. Ordinat.* n. 676 seq. et 884.

[3] Dicitur l. c. "delegandi," non: "subdelegandi."

[4] *De priv.* n. 95.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facultates, si absolute et irrestricte concessæ sunt, non exspirare per amotionem Superioris.

Aliæ facultates, quas hi Superiores ad tempus constituti non ex potestate ordinaria, sed ex concessione S. Sedis suis subditis absolute communicant, certe non exspirant per eorum amotionem a munere. Ratio est, quia in his Superiores non sunt nisi personæ intermediæ, per quas S. Sedes facultates tanquam sua dona elargitur. Cfr. supra n. 31.

Nota 2. Cum jurisdictio Vicarii Generalis, quamvis ordinaria sit, id peculiare habeat, ut cesset cessante jurisdictione Episcopi, quocum scil. idem tribunal occupat unamque personam repræsentat, sequitur, facultates ei concessas sub *solo* titulo sui officii cessare cessante jurisdictione Episcopi, etiamsi res quædam non sit integra, sed jam cœpta; non autem illas, quæ ei *personaliter* sunt concessæ (i. e. ejus nomine expresso). De his enim omnino valent dicta supra.[1]

38.—2. Si vero *ex potestate mere delegata*, prout ea est, quam Episcopi habent ex Formulis, facultates derivantur per communicationem aut subdelegationem, valet quod supra n. 30 et 31 expositum est.

Porro in sententia non admissa, juxta quam communicatio in Formulus idem sit ac subdelegatio, præsumendum est facultates Formulæ primæ subdelegatas esse etiam pro tempore obitus Episcopi, quamvis hoc non sit expressum, quia Episcopus tenetur curare bonum Diœcesis etiam pro hoc tempore et peccasse non præsumitur. At quidquid de hac re sit, certe non exspirant morte Episcopi facultates: *a.* per eum obtentæ a S. Sede ad dispensandum etc. in casu singulari cum facultate subdelegandi, si subdelegatio ante obitum facta est, aut *b.* si e. gr. licentia cantandi Missam de Requie, benedicendi etc. per eum a S. Sede alicui aut pluribus obtenta et ante obitum tradita est. Tum enim Episcopus fuit tantum persona intermedia et nihil ei fuit relictum, quod cum ejus morte perire potuerit.

39.—Ad **b.** Morte vel amotione privilegiati seu ejus cui communicatio, vel subdelegatio facta est, facultas omnis cessat, nisi alligata fuerit ejus officio, quo in casu ejus successor subintrat. Qui tamen, etsi res in casu particulari non amplius integra est, ita omnia ab initio agere debet, ac si nihil a præcessore actum fuisset seu ac si res omnino integra esset.[1]

[1] Smith: *Elements* n. 629.

Ad **c.** Tempore, ad quod concessæ sunt, elapso facultates exspirant, etiamsi numerus, si talis expressus sit, non fuerit exhaustus.[2] Casus tamen inceptus ante temporis lapsum, post hunc finiri potest. In Form. I., C. et D. nostratibus terminus est, "ad decennium" ("quinquennium"?).

Quando tempus elapsum sit censendum, pendet a *tempore inceptionis.* Gratiæ factæ ex *sua natura* incipiunt *regulariter* valere a die datæ,[3] ita ut eo instanti, quo litteræ sunt expeditæ illico parti sit jus acquisitum, modo ab ea sit acceptatum (ut supra n. 35, 2).

Dico: *regulariter.* Nam aliquando plus gratiæ est, si incipit a die, quo præsentata fuit supplicanti seu a die receptionis. Quod præsertim locum habet, quoad gratias, quæ conceduntur iis, qui sunt in locis valde remotis,[4] et ideo S. C. de Prop. Fide declaravit 2 Apr. 1740[5] et 22 Jan. 1759,[6] quindennium facultatum non a die datæ, sed a die receptionis esse computandum in regionibus scil. admodum remotis, ut in Indiis orientalibus, ad quas secundum Brevia in ea citata spectat ultima hæc declaratio.

Pro facultatibus autem *nostrorum Episcoporum* tempus inceptionis computandum est a die concessionis seu datæ, uti Rmo Vallispratensi Episcopo declaravit S. Congr. de P. Fide Secretarius.

Tempore concessionis, puta decennio Form. I. elapso, facultates exspirant tum pro Episcopo, cui concessæ fuerunt, tum pro illis, quibus eas *qua tales* communicavit. *Qua tales* dico; quoad effectum cfr. infra n. 45. "Nam communicare est rem, quam quis ipse habet, alteri communem facere, ut etiam hic eam habeat, sive secundum totum, sive secundum partem: atqui Episcopus facultates suas non habet nisi pro tempore

[1] S. Pœn. 3 Apr. 1886 ap. *A. E. Rev.* 1892 ii. 153. At cfr. infra n. 72.
[2] *Coll. Miss.* n. 42; *Coll. Prop.* n. 1238.
[3] *Decr.* n. 37; Zit. *Disp.* p. 35 ad ii.; cfr. Gasparri n. 414.
[4] *Decr.* n. 116.
[5] *Coll. Miss.* n. 39; *Act. S. Sed.* xxiv. 630.
[6] Zit. *Disp.* p. 48; *Coll. Prop.* n. 146.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS ® ARCHIVO CENTRAL DE BIBLIOTECAS

durantis quinquennii. Ergo nec alteri nisi pro eo tempore eas communicare potest et non ultra duraturas, sed elapso quinquennio ruituras cum sua basi, cui unice innituntur."[1]

40.—Hoc tamen non obstat, quominus Episcopi has facultates Sacerdotibus *sub uno* etiam ultra terminum e. gr. usque ad revocationem, communicare possint, quin prorogationes singulas manifestent. Nam cum hæ facultates ea intentione concedantur, ut versus finem termini iterum impetrentur, impetratasque voluntatis actu de novo subditis concedendi mos communis sit, subditi Sacerdotes tum quoad has tum quoad alias similes quæ ad tempus conceduntur et renovari solent, tuto procedere possunt innixi præsumptioni, omnia perseverare in statu quo antea, donec in contrarium aliquid promulgetur.

Modum hunc facultates subditis Sacerdotibus communicandi, practice servari posse, Konings jam a prima editione sui operis[2] contra alios docuit, et confirmat seq. Resp. S. Pœn.: "Facultates (diei 15 Nov.) Episcopo conceduntur (ad tempus definitum) cum potestate illas suis Vicariis Generalibus communicandi etc. Quæritur, an Vicarius Generalis, cui, ad modum Formulæ a Monacelli traditæ (P. I. tit. 1, Form. I.) ex suis litteris competit potestas, Litteras Rescriptaque Apostolica Episcopo directa vel dirigenda aperiendi, et, nisi industria personæ eligitur, exequendi, possit eo ipso et absque alia communicatione (nota: *absque alia communicatione*) uti facultatibus prædictis?" S. Pœn. resp.: *Affirmative.*[3]

Porro quoad *prorogationem* facultatum a S. Sede obtinendam S. Congr. de P. Fide 16 Jan. 1797 declaravit, eas casu, quo renovatio earum sine culpa Episcopi retardata fuerit, valere usque ad novæ prorogationis impetrationem.[4] Quod tamen

[1] Ita Kugler *de Matr.* p. 4, qu. 28 ap. *N. R. Th.* xiv. 532.
[2] *Comp. Theol. mor.* n. 161.
[3] *N. R. Th.* xiv. 533.
[4] *Coll. Miss.* n. 40; *Act. S. Sed.* xxiv. 393; *Coll. Prop.* n. 148. Facultates extraordinariæ et particulares, quæ pro numero casuum conceduntur, renovatæ intelligantur pro eadem quantitate, si biennio transacto a die postulationis, responsum non accipitur.—Ita S. C. de P. F. ad Vic. Tunk. 1841 ap. *Coll. Prop.* n. 154.

non suffragatur Episcopo, qui omisit prorogationem tempestive postulare, prout scribit Zitelli.[1] At vero "speciales et extraordinariæ facultates alias concessæ et concedi solitæ ad tempus Archiepiscopis, Episcopis et Missionum Præfectis non confirmantur nisi exhibitis recentioribus decretis earumdem concessionum seu confirmationum." S. C. S. Off. 7 Aug. 1749 ap. *Coll. Prop.* n. 144 et *Act. S. Sed.* xxiv. 396.

Quoad facultates in *Pagella S. Pœn.* contentas hæc recentiore tempore addi solent: "Mens nostra est, ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra prædictum terminum (*regulariter trium vel quinque annorum*) his facultatibus te uti contingat, absolutiones seu dispensationes exinde impertitæ ratæ sint et validæ."[2]

Item non invalidantur Litteræ Apostolicæ sine culpa Oratorum retardatæ, uti annuente S. D. N. Leone XIII. declaravit S. Pœnitentiaria die 27 Junii 1885 pro casu, ubi Litteris Apostolicis nondum executioni datis, quia retardatæ fuerunt apud Episcopum aut similiter, Oratores, quorum favore expeditæ sunt, ex errore (ergo bona fide) contraxerunt matrimonium in forma Tridentini. Tum Ordinarius, re comperta, potest nihilominus valide eas litteras exequi, ut partes iterum coram Parocho et testibus se sistant et consensum renovent.[3] Rationem hujus vide n. 16 ex Rosset.

Ad **d.** Cessant facultates concessæ ad certum numerum casuum, ut pridem in Form. E., numero illo exhausto, licet tempore, si forte additum sit, nondum elapso.

41.—Ad **e.** Per revocationem cessat facultas, si a concedente ipso facta, illi, qui ab eo delegatus est, cum effectu et *directe* (per litteras aut nuntium *ad hoc* missum) non autem si alio modo et accidentaliter tantum notificata est. Ideo gesta medio tempore valent et e. gr. delegatus ad assistendum matrimonio valide assistit, licet Parochus delegationem revocaverit, si revocatio non venit in notitiam delegati aut per alias per-

[1] *App.* p. 58. Idem habes ap. Bened. XIV. const. *Cum Venerabilis* 17 Jan. 1757 ad v. *Denique.*—*Coll. Prop.* n. 150.—*Conc. Prov. Antequeren.* p. 434.
[2] *Linz. Qu. Schr.* 1890, p. 907.
[3] Zit. *Disp.* p. 109; *N. R. Th.* xix. p. 59.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sonas tantum, non per nuntium ipsum ad hoc missum.[1] Superior (legislator) privilegia gratuita, ut sunt facultates Formularum, mandatum dispensandi, dispensationes etc. valide semper revocat, modo effectum ab ipso irrevocabilem non obtinuerint, qualis est matrimonium initum, votum dispensatum, cujus vinculum a legislatore non pendet. Revocatio, sine ulla causa facta, est veniale, si absit scandalum, odium, delegati infamia, fidelium damnum; debita autem est revocatio causa motiva totaliter cessante aut causa contraria superveniente. Etiam inferior, qui dispensavit sive jure quasi-ordinario sive ex facultatibus sibi delegatis, eodem modo dispensationem revocare potest (resp. debet) at justa ex causa tantum; sine causa nulla est revocatio. In concessione enim dispensandi ei simul data censetur facultas, rem, quæ effectum irrevocabilem non obtinuit, in pristinum statum redigendi. Utrumque autem fieri nequit nisi ex justa causa.[2] Insuper in inferiore adhuc requiri videtur, ut ejus jurisdictio per finitionem negotii non exspiraverit (n. 43). De facultate Episcoporum communicationem Formularum revocandi, cfr. n. 34, **d.** Si facultas generalis revocatur, casus ante revocationem cœptus, nisi de contrario constat, post eam finiri potest, quia Superior juri a subdito acquisito non censetur velle præjudicari. Dissentit vero Feije.—Per generalem revocationem non revocantur facultates speciales. Cfr. Decr. S. C. Ind. 9 Maj. 1729 (*Decr.* n. 96) et 30 Dec. 1882 ap. *Il Mon. eccl.* vol. iv. par. i. 78 et Resp. S. C. S. Off. 1 Febr. 1781, quo declaratur, in clausula revocatoria privilegiorum sub finem const. *Apostolicæ Sedis* non comprehendi facultates per S. Pœn. et S. C. de P. F. concedi solitas.—Plura de hac materia vide ap. S. Alph. *de Priv.* n. 15 seq.; ap. Bonacinam tom. ii. disp. i. quæst. ii. et iii. etc. et ap. Canonistas in *Decr.* lib. v. tit. 33.

Nota. 1. Tenent aliqui cum Corrado et De Justis, ligatam et quasi revocatam esse facultatem inferioris (Episcopi), si res eo prætermisso defertur ad Superiorem (S. Pontificem). Hoc tamen teste D'Annibale[3] a ceteris fere omnibus negatur et nullo jure cautum

[1] D'Annib. i. n. 77.
[2] Rosset n. 2469; Zit. *Disp.* p. 109; S. Alph. i. 197.
[3] Pars i. n. 77 (63).

est. Nihilominus addit, post appositionem manus S. Pontificis rei se immiscere, in foro externo temerarium, in interno ex justa et gravi causa, licitum esse.—Verum si Superior preces rejecerit, poteris ad inferiorem reverti,[1] qui *per se* eas valide concedere potest etiam ob causam, quæ Superiori haud sufficiens visa est, dummodo (ut restringit Rosset n. 2546, loquens de casu matrim. ad S. Sedem delato) evidenter constet, causam dispensandi esse justam, atque prudenter præsumatur, rem non fuisse satis expositam Romanæ Curiæ aut ipsam curis et negotiis distentam non satis causam vel aliquam circumstantiam ponderasse.—Dico: *per se*, ut excludatur casus, quo Superior inferioris actum irritum declaravit. Si eum tantum prohibuisset, illicite, at valide inferior ageret. Cfr. quoad recursum ad inferiorem infra n. 70.

2. Facultates Episcopis per Formulas concessæ et vi earum Sacerdotibus communicatæ per Bullam Anni Sancti non suspenduntur. *Coll. Prop.* n. 984.

42.—Ad **f.** Facultas cessat per renunciationem saltem implicitam ejus, in cujus favorem fuit concessa, dummodo ab eo, a quo fuit concessa, renunciatio juxta modum supra n. 41 expositum fuerit acceptata,—non autem si apud eum tantum fit, qui personaliter ad executionem gratiæ a Superiore concessæ fuit delegatus,[2] nisi justam causam habeat eam revocandi (ut supra n. 41) eamque revera modo requisito revocet. Implicite renunciat, qui e. gr. dispensatione contrahendi cum consanguinea obtenta, mutato consilio impetrat ab eodem concedente dispensationem contrahendi cum alia consanguinea, etiamsi in petitione secunda prioris mentionem non fecerit. Ita Feije n. 734 (732) 2, et Zitelli *De Disp.* p. 109 cum Sanchez.—Attamen, qui ad tempus obtinuit dispensationem ab Officio divino recitando, servando jejunio etc., ea non privatur, si interim Officium recitat, jejunat. etc.[3] Nam renunciatio aut præscriptio in contrarium per solum non usum, etsi longi temporis, non fit.[4] Hinc e. gr. qui dispensatione ad contrahendum cum consanguinea obtenta sive ante sive post ejus executionem transit ad alias nuptias, in quibus non eget dispensatione, solutis his dis-

[1] S. Alph. iv. n. 50 *quær.;* Bucceroni *Cas. consc.* i. n. 42.
[2] *N. R. Th.* xix. 85; Rosset l. c.
[3] S. Alph. i. n. 198.
[4] Id. *de Priv.* n. 14.

007639

pensatione priori adhuc potest uti pro nuptiis cum illa consanguinea contrahendis, nisi ea legitime revocata fuerit.[1]

43.—Ad **g.** Negotio finito facultas pro illo concessa modo expirat modo non ita.—*α. Expirat*, si particulariter *delegatus pro foro externo* (1) non qua persona privata, (2) nec de quæstione incidenti, sed de toto negotio (3) servata forma mandati quin (4) dolus vel (5) notabilis deceptio in causa fuerit, (6) judicialiter sententiam pronunciat, licet interlocutorie tantum definientem, litteras sibi traditas esse subreptitias vel sibi non commissas. Talis dein errore cognito negotium non potest reassumere, nisi nova ad id obtenta delegatione.—*β. Non expirat*, (1) si vel in uno ex sex punctis prædicti casus contradictorium obtinet, aut (2) Ordinarius jure proprio vel generaliter delegatus (n. 6 d.) negotium invalide exequitur, quia reassumptioni negotii semel invalide finiti per potestatis generalitatem provisum est; aut (3) si *delegatus pro foro interno* sententiam invalide pronunciat; hujus enim fori ea natura est, ut nec pœnitens adstringatur uni confessario, sed mutare possit, nec confessarius uni sententiæ a se vel ab alio prolatæ[2] (n. 10).

44.—Ad **h.** Causa alia est *finalis* (motiva, principalis) quæ *movet*, alia *impulsiva*, quæ *juvat* ad facultatem concedendam. Prior est ea, sine qua non conceditur facultas, altera, quacum facilius conceditur. Si agitur de facultatibus pro personis *indeterminatis*, causa, ob quam sunt concessæ, cessante, eæ non cessant, nisi causa tanquam conditio fuerit adjecta aut cesset *contrarie*, ita ut facultas evadat injusta vel illicita.[3]—Si vero de facultatibus, in specie de dispensationibus pro personis *determinatis* agitur, teneri debet imprimis, quæ causa motiva, quæ tantum impulsiva dicenda sit, non esse æstimandum ex ingenio vel præsumpta intentione ejus, qui facultatem concedat, sed ex jure et re ipsa; alias omnia essent incerta et perpetuis scrupulis obnoxia. Ita præcipuæ causæ motivæ pro dispensationibus matrimonialibus enumerantur in instructione S. C. de Prop. Fide de 9 Maji 1877,[4] quæ pro majori earum explicatione

[1] S. Alph. i. n. 198; Zit. *Disp.* p. 109.
[2] Rosset n. 2773–76.
[3] S. Alph. *de Priv.* n. 14; D'Annib. i. 229 (29).
[4] *C. Pl. B. III.* p. 249.

Pyrrhum Corradum (*Praxis Dispens. Apost.* lib. vii. et viii.) et Vincentium De Justis (*De Disp. matrim.* lib. iii.) aliosque consulendos proponit. Causæ impulsivæ tantum pro obtinenda dispensatione in impedimento matr. essent e. gr. sponsalia jam inita, amor inordinatus, orbitas, ægra valetudo puellæ, illegitimi natales ejusdem etc.—Hisce præmissis dicendum est:

1. Si causa motiva, sine qua scil. facultas non fuisset concessa, in actu ejus executionis certo deficit, a fortiori si numquam exstitit, facultas est nulla, ut si pro dispensatione Cajæ ob incompetentiam dotis facultas obtinetur, hæc autem ante dispensationis executionem pinguem hæreditatem acquirit et in actu executionis ejusdem dotem competentem tali modo possidet. Secus est, si tantum causa impulsiva deficit aut falso fuit exposita.[1]

Excipiunt aliqui ex cap. *Super litteris, de Rescript.* casum, quo causa impulsiva falso exposita fuerit "per fraudem aut malitiam." Tum enim vi cap. cit. supplicans "in perversitatis pœnam" nullum debet ex facultate commodum percipere. At Konings[2] cum Haine, Berardi[3] et D'Annibale[4] cum aliis reponunt: esto, sed post sententiam judicis tantum, qui pœnam hanc decernit. S. Alphonsus l. c. quoad causam impulsivam sine distinctione loquitur. Ball.-Palmieri[5] sententiam docentem, irritam solum esse dispensationem, quando causa allata fuerit finalis, dicit communiorem et veriorem. Unde Zitelli[6] tenet, si plures sint causæ et ab executore Rescripti verificata fuerit finalis, aliarum causarum mere impulsivarum omitti posse verificationem.

2. Si plures causæ, quarum aliæ veræ, aliæ sunt falsæ, allegatæ sunt, valet facultas, modo una ex illis vera et sufficiens sit ad dispensandum.[7] Excipe si in eadem supplica plura fuerint petita et singulæ causæ singulis facultatibus cohæreant, velut si mulier voto castitatis obstricta propter incontinentiæ periculum velit nubere et quidem affini propter loci angustiam. Itaque hoc in casu si nullæ sunt loci angustiæ, nubere quidem poterit, at non affini.[8]

[1] S. Alph. i. 185, vii. 132.
[2] *Comp.* n. 162, iii. 1.
[3] *Exam. conf. et paroch.* n. 1966.
[4] I. n. 238 (16).
[5] *Op. mor.* vol. i. n. 350.
[6] *Disp.* p. 78.
[7] S. Alph. i. 185.
[8] D'Annib. i. 238 (13).

3. Si plures causæ impulsivæ simul pro una motiva computantur, una autem earum sit falsa, corruit facultas, ut si mulier vult nubere affini, eo quod jam cum eo sponsalia iniit, et ægra sit valetudine, et sola, at verum non sit eam solam esse.[1]

4. Si dubitatur, num causa falso allegata fuerit finalis an impulsiva, vel an causa finalis fuerit vera an falsa et similiter, standum est pro validitate actus.[2] "Commendatur interim praxis, qua, nisi habeatur periculum in mora, dispensatio petitur ad cautelam, ne deinceps oriantur conscientiæ angores." Ita Haine *Theol. mor. elementa* vol. iv. qu. 151.

Quær. Quo tempore causa debeat existere, ut dispensatio valeat?

Resp. cum D'Annibale[3] (aliorum opinionibus missis): tempore quo dispensatio actu conceditur, scil. si datur in forma gratiosa absque executore (prout hoc, nisi Episcopus per Vicarium Generalem aut Sacerdotes, quos subdelegare potest, commissorie procedat cfr. n. 89, fieri debet in facultatibus Form. D. et E.) eo tempore, quo facultatem habens dispensat; si vero ope executoris, eo tempore, quo executor (sive necessarius sive voluntarius) facultate dispensandi actu utitur. Si causa ante vel post hoc tantum deficit, valori dispensationis id nihil officit.

§ 2. De Cessatione Effectus per Facultates Causati.

45.—Facultatum effectus varius est: absolutio a censuris, benedictio et consecratio alicujus rei, remissio obligationis cujusdam ex dispensatione aut licentia concessa etc.—De reincidentia in censuras vide infra n. 143.—De cessatione benedictionis, consecrationis altaris etc., de amissione indulgentiarum realium et localium infra suis locis. Dispensatio applicata non potest cessare nec per mortem applicantis nec per mortem ejus qui facultatem concessit. Cessare autem aliquando potest per revocationem et renunciationem, ut supra n. 41 et 42 dictum est. Attamen dispensatio vel licentia aliquando etiam cessare potest ex restrictione eidem indita, et quoad hoc tanquam principium poni poterit: *Licentia vel dispensatio intra limites facultatis censetur absolute data, nisi ex sua natura restrictionem contineat aut executor talem expresse addiderit.* Casus vero, ubi *restrictionem* dispensatio vel licentia *ex sua natura* continet, sunt: I. si data fuit de obligationibus singularibus, quæ tractu indeterminato succedunt, ita ut quoad has obligationes per quandam fictionem etiam successivæ dispensationes aut licentiæ concedantur tamdiu duraturæ, quamdiu causa non *certo* totaliter cessat, ut dispensatio ab Officio div., a jejunio ob infirmitatem data; II. data ad casum singularem tantum in obligatione per *dispensatum* revocabili, ut dispensatio in voto castitatis ad ducendam defloratam, quæ pro hac tantum, non pro alia valet; III. si communicata est *facultas in Diœcesi tantum* exercenda, et ille, cui communicatio facta est, extra illam versatur, nisi illa communicatio in eo consistat, ut *licentia* ei detur, cui communicatio fit. Hæc, cum sit effectus facultatis, non subjacet legi de non utendis facultatibus extra fines Diœcesis. Ita P. Konings in prioribus editionibus huj. opusc.[1] intellexit art. 1 Form C., neque, ut videtur, sine ratione tenuit, subditum Episcopi, etiam illum, qui ut Seminarista ex alia Diœcesi per quasi-domicilium tantum subditus factus est, facultate anticipandi Matutinum hora 2 p. m., qua donatus supponitur, uti posse, dum extra Diœcesin versatur e. gr. feriarum causa. A fortiori id tenere potuit de Missionariis domiciliatis in Diœcesi et transeunter extra illam commorantibus (cfr. infra n. 52).—*Absolute data* censetur dispensatio, si causa putatur perpetua, ita ut, si postea hæc cesset, id omnino per accidens se habeat, ut si dispensatus a voto castitatis ob tentationes ad usum matrimonii, postea earum immunis evadit, voto non tenetur, quia absolute dispensatus; aut si effectus dispensationis per legislatorem tantum revocabilis est et uno actu perficitur, ut dispensata ab impedimento consanguinitatis ob deficientiam dotis aut dispensatus ab irregularitate ad Ordines ob penuriam sacerdotum manent dispensati, licet inopinato priori pinguis hæreditas floreat, apud alterum ista penuria dispareat;[2] aut si dispensatio, licet concessa in obligatione per dispensatum revo-

[1] D'Annib. l. c. (14).
[2] S. Alph. l. c. et vi. n. 1133.
[3] I. n. 239; cfr. S. Alph. vi. 1132; Feije ed. 4, n. 724.

[1] Num. 126.
[2] S. Alph. i. 196; Lehmk. i. 173, 174; Ball.-Palm. i. n. 359 seq.

cabili, absolute data esse censetur, ut si in dispensato a voto castitatis ad matrimonium contrahendum post executionem dispensationis causa pro dispensatione allegata ipso invito cessat.[1]

"Attendendum tamen semper est ad mentem legislatoris aut expressam aut prudenter intellectam," monet Lehmkuhl. Quare S. Alphonsus l. c. recte non acquiescit Salmanticensibus, qui docent, eum qui obtineat dispensationem ab Officio div. vel abstinentia a carnibus pro infirmitate, quæ existimatur perpetua, posse uti tali dispensatione etiamsi valetudo superveniat.

[1] Ita probabiliter Bucceroni *Cas. consc.* i. n. 44 contra alios plures, qui dictis supra ad II. innixi contrarium tenent.

CAPUT IV.

DE USU FACULTATUM.

Suppositione facta, Episcopum habere et ex hujus communicatione Sacerdotes posse habere facultates, agendum nunc est: I. de iis, in quorum favorem usus earum est faciendus, II. de modo, quo facultates petendæ, et III. quo exequendæ sunt.

ART. I.

DE IIS, IN QUORUM FAVOREM FACULTATES APPLICANDÆ SUNT.

46.—Regulæ quoad hoc observandæ sunt sequentes:

I. *Facultates applicari iis tantum possunt, qui per baptismum membra Ecclesiæ sunt, nec earum incapaces redditi per pœnam aliquam vel censuram, præsertim excommunicationem.*[1] Excipe si agitur de absolutione a censura ipsa. Ideo **a.** in dispensationibus ab impedimentis cultus disparitatis et mixtæ religionis petitio fit nomine catholici eique directe gratia conceditur;—**b.** in *Rescriptis* Apostolicis requiritur, ut præcedat absolutio a pœnis et censuris *ad effectum* gratiæ obtinendum, scil. ad *hunc* effectum tantum, reliquis effectibus censuræ manentibus; eaque datur plerumque a S. Pontifice ipso, nisi Rescriptum edatur a S. C. S. Inquisitionis. Absolutio hæc dicitur etiam *ad cautelam*, quatenus pro securitate in acquirenda gratia omnibus datur, etiam illis, in quibus nulla suspicio de censura haberi potest. Absolutio hæc differt ab illa, de qua infra n. 75 sermo est. Hæc enim aufert quamcumque inhabilitatem ad effectum facultatis obtinendum sive ea orta sit ex jure sive ab homine.—Non prodest tamen hæc absolutio: 1. hæreticis; 2. "non parentibus rei judicatæ, incendiariis, violatoribus ecclesiarum, falsificatoribus et falsificari procurantibus litteras et

[1] Cap. 26 (i. 3) et cap. 1 (i. 3) in 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cabili, absolute data esse censetur, ut si in dispensato a voto castitatis ad matrimonium contrahendum post executionem dispensationis causa pro dispensatione allegata ipso invito cessat.[1]

"Attendendum tamen semper est ad mentem legislatoris aut expressam aut prudenter intellectam," monet Lehmkuhl. Quare S. Alphonsus l. c. recte non acquiescit Salmanticensibus, qui docent, eum qui obtineat dispensationem ab Officio div. vel abstinentia a carnibus pro infirmitate, quæ existimatur perpetua, posse uti tali dispensatione etiamsi valetudo superveniat.

[1] Ita probabiliter Bucceroni *Cas. consc.* i. n. 44 contra alios plures, qui dictis supra ad II. innixi contrarium tenent.

CAPUT IV.

DE USU FACULTATUM.

Suppositione facta, Episcopum habere et ex hujus communicatione Sacerdotes posse habere facultates, agendum nunc est: I. de iis, in quorum favorem usus earum est faciendus, II. de modo, quo facultates petendæ, et III. quo exequendæ sunt.

ART. I.

DE IIS, IN QUORUM FAVOREM FACULTATES APPLICANDÆ SUNT.

46.—Regulæ quoad hoc observandæ sunt sequentes:

I. *Facultates applicari iis tantum possunt, qui per baptismum membra Ecclesiæ sunt, nec earum incapaces redditi per pœnam aliquam vel censuram, præsertim excommunicationem.*[1] Excipe si agitur de absolutione a censura ipsa. Ideo **a.** in dispensationibus ab impedimentis cultus disparitatis et mixtæ religionis petitio fit nomine catholici eique directe gratia conceditur;—**b.** in *Rescriptis* Apostolicis requiritur, ut præcedat absolutio a pœnis et censuris *ad effectum* gratiæ obtinendum, scil. ad *hunc* effectum tantum, reliquis effectibus censuræ manentibus; eaque datur plerumque a S. Pontifice ipso, nisi Rescriptum edatur a S. C. S. Inquisitionis. Absolutio hæc dicitur etiam *ad cautelam*, quatenus pro securitate in acquirenda gratia omnibus datur, etiam illis, in quibus nulla suspicio de censura haberi potest. Absolutio hæc differt ab illa, de qua infra n. 75 sermo est. Hæc enim aufert quamcumque inhabilitatem ad effectum facultatis obtinendum sive ea orta sit ex jure sive ab homine.—Non prodest tamen hæc absolutio: 1. hæreticis; 2. "non parentibus rei judicatæ, incendiariis, violatoribus ecclesiarum, falsificatoribus et falsificari procurantibus litteras et

[1] Cap. 26 (i. 3) et cap. 1 (i. 3) in 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

supplicationes apostolicas, et illis utentibus, receptatoribus et fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario apostolicis mandatis non obtemperantibus, et nuntios vel executores Apostolicæ Sedis et ejus officialium, ejus commissa exequentes impedientibus, qui propter præmissa vel aliquod eorum excommunicati a jure vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam hujusmodi sustinuerint." Ita ex *Reg. Canc.* 66, ad quam vero notandum, plures ex prædictis post const. *Apostolicæ Sedis* de jure non amplius excommunicationem incurrere.—3. Demum ex eadem *Reg. Canc.* absolutio hæc non prodest iis, qui in quacumque censura *insorduerunt* i. e. post censuram in eos latam aut per judicem declaratam per annum continuum in ea pertinaciter vixerunt.'—Dicit autem Zitelli *De Disp.* p. 76 cum Riganti, prædictos tum tantum a beneficio absolutionis esse exclusos, si publice et nominatim fuerint denunciati. Porro si indultum conceditur in negotio individuo duabus personis, quarum una est capax gratiæ suscipiendæ, alia incapax, illud utrique prodest, ne ex malitia unius pars innocens plectatur. Ita De Angelis lib. i. tit. 3, n. 8.

47.—Episcopi, vi facultatum Formularum dispensationem in impedimentis etc. dantes, ad hanc absolutionem non tenentur, quia non perficiunt actum papalem, sed episcopalem, quamvis ex potestate a Papa delegata procedentem,[2] *laudabiliter* tamen eam præmittunt etiam tum, si prævident, nullam censuram ab Oratoribus fuisse contractam.[3]—At vero si illi, qui vi indulti ab Episcopo fuerunt dispensati reapse excommunicatione innodati fuissent, a qua prævie absoluti non erant, gratia dispensationis nulla fuit, ut tenet Reiffenstuel[4] et consentit Planchard.[5]

Hoc confirmatur ex eo quod ad dubium: "Utrum Missionarii, antequam largiantur dispensationes in foro externo, debeant

[1] Ferraris v. *Insordescentia;* S. Alph. vii. 157.—*Regulæ Cancellariæ Apostolicæ* habentur ap. Ferraris v. *Beneficium*, art. ix. n. 10 et Pyrrh. Corrad. *De Dispens.* in fine.

[2] Ita De Angelis l. i. tit. 3, n. 3.

[3] Ita S. Pœn. 2 Julii 1891 ap. *Coll. Prop.* n. 1501, *N. R. Th.* xxiii. p. 309, *Act. S. Sed.* xxvi. 510.

[4] *Decr.* lib. iv. *App.* n. 505. [5] *N. R. Th.* xxiii. p. 311 seq.

ad cautelam absolvere dispensandos in foro interno a censuris ecclesiasticis, ac utrum possint et debeant in foro externo?" S. C. de P. F. 26. Sept. 1821 respondit Vic. ap. Sutchuensi: "Affirmative ad primam partem; ad secundam, pariter affirmative, obtenta facultate ab Ordinario;"[1] item ex eo, quod ad dubium: "Quidam Missionarius concessit dispensationem super impedimento, quin cogitaverit de absolutione a censuris facienda: censura autem innodatus fuit conjungendus. Utrum valida sit illa dispensatio, si confessarius ipse illam concesserit? Utrum valida etiam sit, si illum dispensaverit alius sacerdos, qui non cognovit censuram?" respondit S. Cong. Inquis. die 18 Dec. 1872 Vicario Ap. Oceaniæ centralis:[2] "Quoad confessarium, qui dispensaverit in actu confessionis *post impertitam absolutionem:* Affirmative; quoad sacerdotem, qui dispensaverit extra confessionem, Negative."—Unde e. gr. illi, qui matrimonium coram hæretico præcone contraxerunt et ob hanc communicationem in ritu hæretico qua credentes[3] vel fautores hæreticorum[4] secundum jus commune aut ex jure nostro particulari (cfr. infra n. 139. II. **b.**) excommunicationem incurrerunt, si ob impedimentum occurrens pro revalidatione matrimonii apud Episcopum applicant, sub pœna nullitatis hoc exprimere et ante dispensationem ab impedimento absolutionem a censura obtinere debent.[5]—Attamen Sacerdotes, quibus apud nos *Art.* 15. et 16. *Formulæ I.* absque limitatione communicari solent, facultatibus *Articuli* 15. in foro conscientia, *Articuli* vero 16. etiam pro foro externo uti possunt et respective debent, si agitur de dispensationibus concedendis vi facultatum eis ad hoc tributarum.

[1] *Coll. Miss.* n. 1020.

[2] Ap. Zit. *Disp.* p. 133.

[3] Card. Petra *Comment. in const. ap.* tom. iii. in const. 13 Alex. IV. n. 18 et 19; Bened. XIV. *de Syn. Dicec.* ix. c. 4, n. 4.

[4] Lehmkuhl ii. n. 696. 3.

[5] Cfr. Resp. S. Off. 27 Mart. 1878 et 29 Aug. 1888; *N. R. Th.* xv. p. 593 seq. xx. p. 409, xxii. 143; Feije n. 574. (Cfr. infra n. 137.)—Adeuntes ministrum *schismaticum*, hanc excommunicationem non incurrunt (contra Feije l. c.), quia in Bulla *Apost. Sedis hæreticorum* tantum credentes et fautores ei subjiciuntur et in Instr. ad Orientales 12. Dec. 1888 (*Coll. Prop.* n. 1444) de ea non est sermo.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

NOTA. Prædictus effectus excommunicationis tum tantum incurritur, si *supplicans* ea innodatus existit; minime si hic ea immunis petit facultatem contrahendi cum excommunicato, aut si unus saltem supplicantium ea immunis est. Rationem hujus habes supra n. 46, ad fin. Unde S. C. de P. F. ad quæsitum: An vi facultatum apostolicarum dispensatio dari possit Catholico ad contrahendum matrimonium cum cognato etc., cui Sacramenta non administrantur, quia e. gr. est publicus peccator, liber murator, excommunicatus etc.?—Resp.: Affirmative, modo adsit causa urgentissima. (Infra n. 243.)

48.—II. *Facultates Apostolicæ Episcopo concessæ, quæ actum jurisdictionis in ipsarum exercitio continent, ut facultates dispensandi, absolvendi, etc.,* SUBDITIS HUJUS EPISCOPI *et quidem* DETERMINATIS *ac talibus tantum, qui actu* HABILES *sunt ad gratiam facultatis respectivæ recipiendam, communicari et applicari possunt.* Supponunt enim inquisitionem in personas, quibus actu communicantur vel applicantur. "Alienum quippe a more et mente S. Sedis prorsus est, cuipiam facultates delegare velle, quæ executioni mandentur non prius visa diligenter causa nec positis per eundem executorem in tuto conditionibus, quæ apponuntur."[1] Unde, præciso indulto, non valet dispensatio vel a cultus disparitate vel a cognatione spirituali facta abeunti in regionem, ubi tantum sunt infideles, ut ibi possit matrimonium contrahere cum indeterminata persona vel infideli vel a se baptizata.[2] Ex quo intellige etiam dicenda n. 169. de dispensatione ab esu carnium, et n. 189. **b.** de formulis confraternitatum pro generali usu subscriptis.—Porro ad hoc salvis iis, quæ supra n. 40. dicta sunt, reducendum est, quod scribit Feije ed. 4. n. 617 (2):

"Quær. Possetne Episcopus, cujus facultas aliqua a S. Sede accepta cum potestate subdelegandi e. gr. Vicarium generalem, expiravit, et cujus prorogatio nondum fuit obtenta, eam in antecessum Vicario generali subdelegare pro tempore quo prorogationem obtinuerit?—Resp. Ejusmodi in antecessum facta de Supremi Principis beneficiis dispositio non solum illicita, sed et invalida videtur utpote dignitati et voluntati S. Sedis contraria."—Huc etiam referri potest, quod S. C. Indulg. 12. Jan. 1878 ad 7. (*Decr.* n. 433) decidit: "Prælati, quibus privilegio apostolico data est facultas concedendi in quibusdam solemnibus festivitatibus per annum indulgentias plenarias, debent hac facultate uti per modum actus toties, quoties talis solemnitas occurrit; non vero possunt unica concessione eandem indulgentiam extendere ad omnes solemnitates periodo annorum recurrentium, aut in perpetuum." Simile habes ap. *Coll. Prop.* n. 2075 ad 2.

[1] S. C. S. Off. 15. Febr. 1780 ap. *Coll. Miss.* n. 889.

[2] Ita S. C. S. Off. 18. Dec. 1872 ap. *Act. S. Sed.* xxvi. 516 et *Coll. Prop.* n. 1490.

Facultates autem, quibus licentia tantum conceditur ad actum ordinis exercendum, ut ad benedicendum, ad binandum etc. intra terminum concessionis earum quibuscumque etiam peregrinis, ut videtur, utiles fieri possunt. Ita facultas res devotionis benedicendi cum applicatione indulgentiarum adhiberi potest juxta usum communem pro omnibus etiam ex alia Diœcesi venientibus.—Demum cum Clerici Episcopo non subditi, ex licentia sui Superioris saltem præsumpta, ei ad opera in Diœcesi præstanda se subjicere possint, nihil obstat, quominus Episcopus eis facultates Formularum, terminis earum servatis, communicet (cfr. n. 29).

49.—Jam vero quæritur, *quomodo quis fieri possit subditus Episcopi*, ut ei facultates sive ab Episcopo ipso, sive a Sacerdote, cui communicatæ sunt, applicari possint?—*Resp.* Dependet hoc tum a qualitate facultatum et personarum, quæ et quibus, tum a foro, pro quo applicantur. Hoc supposito dico: Præcisis casibus ad forum externum Episcopi deductis

a. *Habitatio* in loco (civitate, pago) Diœcesis, conjuncta cum animo, si nihil avocet, in perpetuum ibi manendi, (i. e. *domicilium verum*) aut saltem ibi manendi per majorem partem anni (i. e. *quasi-domicilium*[1]), sufficit pro omnibus facultatibus fori sive externi sive interni.

Excipiuntur: 1) Ordinandi, qui in iis, quæ ordinationem respiciunt, saltem pro foro externo dispensari non possunt, nisi ab Episcopo Diœcesis, ad quam pertinent, seu ab Episcopo domicilii veri; ergo certe non ab Episcopo meræ familiaritatis (Gasparri *de S. Ordinat.* n. 245).

[1] Cfr. Resp. S. C. S. Off. de 7 Junii 1867 ap. *Act. S. Sed.* xxvi. 267. —Konings n. 1614. Cfr. Feije n. 203 seq.

Hinc Ordinandi, qui educantur in seminario Diœcesis non suæ ibique de consensu suorum Ordinariorum ordinantur, ab Episcopo loci dispensari non possunt in temporibus ordinationum (Form. I. Art. 1.) neque in irregularitate (Art. 2) neque in ætate (Form. I. Art. 3. et Form. C. Art. 3).—Porro Episcopus vice alterius Ordinarii vel ad preces Administratoris, in hujus Diœcesi subditis ejusdem Ordinarii vel Administratoris Ordines conferens, eos non potest in præfatis dispensare, sed hoc facere debet ipse Ordinarius loci vel Administrator (cfr. Form. I. Art. 28. et infra n. 52. *b*).

Excipiuntur 2. a quibusdam, ut Kenrick (*Theol. mor.* tr. 14. n. 122.) omnes Clerici quoad dispensationem ab irregularitatibus, quam juxta hos auctores non possunt obtinere nisi ab Episcopo domicilii veri propter declarationem Gregorii XIII., a S. Alphonso (de priv. n. 32. vi. n. 593. et vii. 93.) ex Fagnano allegatam. Attamen S. Alph. I. n. 158. *secunda sententia* ita habet: "Mazzotta dicit, hanc declarationem non constare authentice;[1] saltem, ut infra videbimus in sententia quarta, communiter illa non fuit recepta." In quarta autem sententia, cui subscribit, S. Alphonsus cum Sanchez tenet, sufficere quasi-domicilium etiam ad dispensandum ab irregularitatibus. Huic suffragantur alii graves Doctores, ut La Croix VII. n. 469, Castropalaus *de cens.* disp. 6. punct. 8. n. 8. Haine *Theol. mor.* tom. iv. *de irreg.* qu. 21.—Nihilominus pro praxi sententia tutior omnino suadenda est.

b. *Habitatio sola* (seu commoratio) in loco Diœcesis

1. Sufficit *vagis* (i. e. illis, qui relicto suo domicilio cum animo non redeundi aliud adhuc non invenerunt), ut omnibus facultatibus frui possint æque ac domicilium in loco habentes;

2. *Probabiliter* sufficit *peregrinis* (i. e. illis, qui abeuntes a Diœcesi sui domicilii et in aliena absque ullo domicilio morantes animum habent, ad suum domicilium iterum redeundi), ut dispensari possint in legibus, votis et juramentis æque vi facultatum Apostolicarum, ac vi juris Episcopi loci, cum illæ hoc suppleant, præsertim si causa accedit, dispensationem non petendi a suo Episcopo.[2]

[1] Cfr. D'Annib. i. n. 316 (15), 346 (12).
[2] Cfr. S. Alph. i. 158 et vi. 573.

3. S. C. S. Off. 6 Maji 1886 confirmatione S. Pont. Leonis XIII. die 12 Maji huj. anni obtenta (*juxta copiam authenticam mihi a Rmo ac Illmo Archieppo Neo-Eboracensi gratiose communicatam*) decrevit, "in Statibus Americæ Fœderatis se transferentes e loco ubi viget caput *Tametsi* in alium locum, dummodo ibi continuo commorati fuerint per spatium saltem unius integri mensis et status sui libertatem uti juris est comprobaverint, censendos esse ibidem habere quasi-domicilium in ordine ad Matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per majorem anni partem."[1] Dicitur: *dummodo* etc. unde quia hæc sola conditio apposita est, viri docti tenent, eos quoque comprehendi, qui e loco, ubi valet *Tametsi*, evaserint cum intentione legem declinandi.

4. Religiosorum, cum non habeant velle et nolle, ideo domicilii incapaces sint, Episcopus proprius est ille, in cujus Diœcesi commorantur de familia. S. Alph. vi. 768.

c. *Contractus* efficit, ut facultas uni contrahenti *in re quoad contractum communi cum altera* utilis, ob contractus individuitatem huic quoque prosit.

Si ergo ambæ partes catholicæ sunt et agitur de impedimento *utrique communi*, puta consanguinitatis etc. sufficit, alteram in Diœcesi Episcopi, vi cujus indulti dispensandæ sunt, habere domicilium vel quasi-domicilium, vel vagam esse. Si vero agitur de impedimento uni parti proprio, dispensatio petenda est a suo Episcopo; ergo si vaga est, ab Episcopo, in cujus Diœcesi actu moratur. Sin autem altera tantum pars catholica est, a solo Ordinario Diœcesis, in qua hæc domicilium vel quasi-domicilium habet, dispensatio dari potest.[2]

[1] Zit. *App.* p. 387. ff. *Act. S. Sed.* xxvi. 382. Feije ed. 4. n. 220. —Difficultates quædam hujus indulti expenduntur ap. *N. R. Th. XIX.* 468.—De comprobatione status liberi cfr. Feije n. 254 seq.—Apud nos, si dubium oritur quoad impedimentum ligaminis, observanda est instructio S. C. de Prop. Fide de a. 1883 § 41 seq. ap. *Conc. Pl. Balt. III.* pag. 274. *Act. S. Sed.* xviii. 382 et Feije ed. 4. pag. 851.—Quoad reliqua impedimenta plerumque nihil aliud adhiberi potest nisi affirmatio jurata contrahere volentium ("juramentum suppletorium") et testimonium eorum, quibus illi cogniti sunt. Cfr. Kenrick *Th. mor.* tr. xxi. n. 193. Heiss pag. 181.

[2] S. C. S. Off. 22. Nov. 1865 ad 4. ap. *Act. S. Sed.* ii. 670.—Feije n. 629 (630).—Gasparri n. 416.—Lucidi vol. iii. 621. et *Coll. Prop.* n. 1467.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

d. *Confessio sacramentalis* vi consuetudinis universalis facit, ut omnes etiam peregrini fiant subditi Episcopi loci, et vi facultatum huic etiam pro foro interno (n. 18 et 22.) concessarum possint in Sacramento Pœnitentiæ absolvi et dispensari *prout incolæ*. (Cfr. infra n. 145.)

Hoc de facultatibus Formulæ I. indeterminate quoad personas et earum statum concessis, sicuti sunt plures earum a prima usque ad 17 inclusive, expresse docet Pignatelli tom. vii. consult. 53 ad primum.—Neque huic obstat declaratio Gregorii XIII. supra cit., quippe quæ agit de subjectione vi domicilii, non vi consuetudinis, quæ insuper tunc temporis non fuit universaliter agnita. Cfr. dissertationem P. Ballerini in *Op. mor.* ed. a P. Palmieri vol. v. p. 763 seq.

Excipe tamen accessum in fraudem legis quoad absolutionem a peccatis et censuris infra n. 145. et quoad Matrimonium in loco, ubi non valet cap. *Tametsi*, contrahendum ab iis, qui legi in eo fundatæ subjiciuntur.

50.—Dixi n. 49. ab initio: *Præcisis casibus ad forum externum Episcopi deductis*. Quando hoc locum habeat, vide n. 17.—Ad forum externum ergo casus deductus est, si delinquens in Diœcesi ante suum discessum ad Episcopi tribunal citatus, a fortiori si per sententiam (particularem) punitus aut pœnam ab altiore Superiore inflictam e. gr. censuram papalem incurrisse declaratus est.—Hi jam non ideo excipiuntur, quod modis prædictis non possint esse aut fieri subditi; sed ea de causa, quod in usu facultatum, quæ spectant ad forum externum, ab executore probe attendendum est, ne turbatio tribunalium ex eis oriatur, nevè ordo juris seu processus impediatur. Unde alius judex, excepto casu appellationis secundum jus factæ, esto sit proprius delinquentis Episcopus, inconsulto aut invito illo qui rem ad suum forum traxit, se immiscere vetatur, et sic e. gr. censuratus per sententiam particularem, licet sit Episcopi loci subditus, a fortiori peregrinus, non potest ab hoc absolvi absque licentia illius, qui censuram tulit.[1] Idem postulat prudentia circa casus ad forum externum facile deducendos.

Excipiuntur casus, in quibus jurisdictio illius qui censuram

[1] S. Alph. vii. 72.

tulit exspiravit aut delinquens eum facile adire nequit et agitur de absolutione in foro interno concedenda.[1]

51.—a. Qui habet facultatem generaliter delegatam, eam etiam potest sibi ipsi applicare, ut seipsum dispensando a jejunio, seipsum in confraternitatem suscipiendo, Scapulare sibi imponendo etc. Si tamen exercitium facultatis faciendum est in Sacramento Pœnitentiæ et facultatem delegare potest, per suum confessarium ea uti poterit.

b. Regulares, quamvis exempti a jurisdictione Episcopi, tamen, cum licentia Superiorum, et etiam sine ea, si hæc injuste denegetur, possunt accedere ad Episcopum loci pro absolutione a censuris, dispensatione a voto, irregularitate etc.[2] Privilegium enim exemptionis non est in eorum dispendium retorquendum juxta *Reg. jur.* 61 in 6.

52.—III. *Quod territorium exercitii attinet*

a. *Facultates* (Formularum vel in potestate ordinaria fundatæ) *ex se ab Episcopo exerceri possunt etiamsi tum ipse tum subditus, cui fit applicatio, extra Diœcesin sint.*

Quod de Episcopo dictum est, valet *per se* etiam de sacerdote, cui facultates suas communicavit vel subdelegavit. Hinc dispensationes in Form. D. et E. contentæ etiam a presbyteris subdelegatis fulminari poterunt in subditos suæ Diœcesis, dum ipsi (presbyteri) eo momento commorantur extra eam. Dixi: *per se* i. e. nisi restrictio addita sit quoad usum a Sacerdotibus faciendum, prout in facultatibus Formulæ I., quarum scil. communicatio juxta art. 28 ejusdem Form. restringitur ad Sacerdotes, qui in Diœcesi laborant. Quare Sacerdos, dum eas exercet, attendere debet, ut simul maneat laborans in Diœcesi. (Cfr. n. 170 et 172. III.)

b. Attamen subditus (non vero Episcopus)[3] in Diœcesi esse debet *tempore exercitii facultatis*, si huic addita est clausula: *nec ea (eis) uti possit extra fines suæ Diœcesis*, prout addita est

[1] Renzi pars i. cap. ii. n. 19.—Cfr. n. 18 **a** et n. 145 **b.** *Addit autem Barbosa.*

[2] Schmalzgr. lib. v. t. 33, n. 123; Lehmk. i. n. 165; S. Alph. vii. 107.

[3] S. C. S. Off. 2 Maj. 1877 ap. Konings *Comp.* ii. p. 412, Feije n. 629 (630). *Coll. Prop.* n. 158.—Quod Gasparri n. 420 contra hoc dicit, minus rectum est.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facultatibus Form. I. et Form. C., aut si de hoc constat ex mente S. Pontificis vel si subjecta materia id postulat.[1] Hac de causa requiritur, ut pars catholica, si velit impetrare dispensationem super impedimento mixtæ religionis aut cultus disparitatis, in Diœcesi sit, in qua domicilium vel quasi-domicilium habet,[2] quamvis hoc in Formula D. Art. 3, 4, 5, non sit expressum. Dicitur: *tempore exercitii facultatis* i. e. tempore, quo actus jurisdictionalis ad *ejus usum* spectans fit ab habente facultatem.

Verum circa dispensationes matrimoniales S. C. S. Officii juxta Litteras S. C. de Prop. Fide de 20. Dec. 1894[3] in Statibus Fœd. Americæ Sept. approbante Summo Pontifice concessit, "ut Ordinarius etiam subditis extra diœcesin morantibus dispensationem indulgere possit, dummodo in aliena diœcesi saltem quasi-domicilium ad normam juris non contraxerint."—Itaque apud nos Episcopus per *seipsum* (delegandi facultas enim non est concessa) subditum suum, si hic in aliena Diœcesi degit absque quasi-domicilii acquisitione, *ab impedimentis matrimonialibus quibuscumque* (concessio enim generalis est) dispensare potest.

Sed indultum nihil mutavit quoad applicationem reliquarum facultatum. Unde etiam nunc Ordinandi in seminario Diœcesis non suæ, de quibus supra n. 49, neque a suo Episcopo, quia eo momento non sunt in ejus Diœcesi, neque ab Episcopo Seminarii, quia in ejus Diœcesi non habent domicilium verum, ab irregularitatibus ex Form. I. et Form. C. possunt dispensari, sed aut in suam Diœcesin regredi debent aut pro hujusmodi eventibus ab alterutro Episcopo speciale indultum a S. Sede impetrandum est.[4]

[1] S. C. S. Off. 22 Nov. 1865 ad 1 (*Act. S. Sed.* ii. p. 670 et Feije l. c.). *Coll. Prop.* n. 156 et 1432.

[2] S. C. S. Off. ib. ad 4.

[3] Ab Emo Jacobo Card. Gibbons benignissime mihi communicatas.

[4] Indulta Episcoporum Angliæ cfr. ap. *Coll. Lac.* iii. col. 963 et Feije n. 629 (630). Nota.—Illud pro Seminario Trojano cfr. in *Act. et Decr. C. Prov. Neo-Eborac. IV.* p. 87.—Episcopus quidam in Scotia (ut ex litteris ad me datis habeo) indultum accepit, utendi facultatibus 1., 2. et 3. Formulæ II. (cfr. n. 98. 102 et 105) in favorem alumnorum suæ Diœcesis extra hanc ad S. Ordines promovendorum.

53.—c. Porro hoc valet tantum in facultatibus supra indicatis, non autem, si Episcopus vi jurisdictionis ordinariæ aut quasi-ordinariæ in interstitiis, in votis non reservatis, in abstinentia, in irregularitate[1] dispensat vel simpliciter declarat irregularitatem non existere.[2] Tum enim potestate sua erga suos subditos uti potest, quin vel ipse vel hi in Diœcesi sua actu existant.[3]

54.—d. Quod demum *usum gratiæ* per facultatis applicationem obtentæ attinet, quoad *territorium*, in quo fieri possit, sequentes casus sunt distinguendi:[4] 1. si per facultatem tollitur inhabilitas aut impedimentum ad aliquas functiones, ut si quis dispensatur a voto castitatis ad matrimonium contrahendum, aut dispensatur ab irregularitate, aut absolvitur a censura pro Ordinibus suscipiendis, usus facultatis concessæ ad functiones respectivas ubique fieri potest;—2. si per eam datur potestas illimitata aliquid agendi aut omittendi, et *hoc nulli juri repugnat*, hæc potestas *ubique* potest exerceri, *nisi* ad ejusmodi actum licite vel valide exercendum requiratur facultas Superioris, scil. Episcopi loci.

Sic ea requiritur ad Missam dicendam in Ecclesia publica, ad confessiones audiendas, ad populo publice benedicendum, ad publicationem novarum indulgentiarum, et præsertim ad matrimonium, pro quo a proprio Episcopo vi indulti dispensatio super impedimento obtenta est, celebrandum.[5] Hac conditione servata pars catholica, quæ pro matrimonio mixto a sua Episcopo obtinuit dispensationem, eam executioni tradere potest "ubicumque mixta connubia contrahi permittuntur, nisi aliquid aliud obstet judicio Ordinarii loci, in quo contrahitur matrimonium: secus[6] pro dispensatione ad Ap. Sedem recurrendum esse," respondit S. Off. l. c. ad 4.—E contra facultates benedicendi Cruces, Coronas, Rosaria, Numismata etc., indulgentiam moribundis applicandi etc., quæ a S. Sede quandoque Sacerdotibus conceduntur, si fit privatim tantum, absque

[1] Konings *Comp.* n. 1144, i. 2, 3. [2] Ibid. n. 1758, 1, n. 1759.

[3] Zit. *App.* p. 59.

[4] Schmalzgr. lib. v. tit. 33, n. 108–113; Suarez *de Legibus* lib. viii. c. 26.

[5] S. Off. 22. Nov. 1865 ad 2 et 3. [6] Scil. si quid obstet.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alicujus gravamine vel scandalo, adhiberi possunt, quin prævie exhibeantur Ordinario loci, nisi in litteris ejus consensus requiratur.[1] Quando dein in facultatibus a S. Sede concessis dicitur: *de consensu Ordinariorum*, sine hoc consensu invalide adhibentur. Unde si Regularis accepit facultatem cum addito: *de consensu Ordinarii* aut simili, consensus sui Superioris non sufficit, sed requiritur consensus Superioris Diœceseos, intra cujus limites idem Regularis reperitur.[3] Excipe si eam exercet intra septa sui Conventus tantum, ubi sufficit licentia Superioris vera jurisdictione pollentis, ut e. gr. Provincialis.[4]

Si demum Ordinarius ad abusus præcavendos jubet eas sibi exhiberi, sufficit transumptum legale i. e. manu notarii Apostolici subscriptum.[5]

Delegatus vero S. Pontificis pro *foro externo* per Rescriptum, quod *publicam habet executionem*, debet ante omnia litteras delegationis præsentare Ordinario, qui tanquam Sedis Apost. delegatus (Conc. Trid. XIII. c. 5 de Ref. XXII. c. 5 Rf., XXIV. c. 11 Ref.) examinare tenetur, an non vitio subreptionis vel obreptionis laborent suumque *visum* et approbationem scripto apponere resp. negare.[6]

55.—3. Si id, quod per facultatem conceditur, *juri communi repugnat*, tum si facultas *generalis* alicubi concessa est, uti manducandi carnes certis diebus per Quadragesimam in tota Diœcesi, hæc censetur localis, ita ut ea uti possint omnes quicumque versantur in ea, etiam peregrini, cesset autem, si quis ex ea egrediatur.

S. C. S. Off. 20 Dec. 1871 respondere censuit, "Regulares, *speciali voto abstinentiæ a carnibus non obstrictos*, gaudere indulto circa observantiam ciborum tempore quadragesimæ et per annum pro

[1] *Decr.* n. 284, 286 ad 2; Zit. *Disp.* p. 30, n. 35, 36.—Item Confessarii non tenentur Ordinario exhibere Pagellam S. Pœnit.

[2] S. Congr. Ind. 16 Julii 1887 ap. *The Pastor* vi. 84 ad 5.

[3] S. C. Ind. 22 Julii 1886 ap. *Il Mon. eccl.* vol. ix. part. i. pag. 54.

[4] S. C. Ind. 2 Jan. 1888 ib. Cfr. *N. R. Th.* xxvii. 538 seq.

[5] Privilegio, ex subditis suis notarios creandi et deputandi, gaudent Generales et Provinciales Ordinum Religiosorum. Ferraris v. *Regularis Prælatus* n. 62.

[6] Bonal Tr. III. n. 25.

fidelibus promulgato ab Ordinariis locorum nomine S. Sedis Apostolicæ"[1]—dispensatione a regulæ præscriptis, si obstent, per Superiores concessa. Religiosi Franciscales vero indulto diœcesano pro feriis sextis uti nequeunt. S. C. S. Off. 18 Nov. 1891.[2]

Sin autem facultas *personalis* est (prout eæ sunt, quæ ab Episcopis ex Formulis aut vi potestatis quasi-ordinariæ conceduntur) personam sequitur et valet pro omni loco etiam illo, ubi lege locali contrarium statutum est. (Episcopus enim agit ex commissione S. Pontificis, qui est supra legem.) *Excipe*: *α.* si facultas expresse ad certum locum restricta sit uti in Bulla Cruciatæ dispensatio ab abstinentia in territorio Hispano, utriusque Siciliæ etc. non extra illud conceditur; porro *β.* si facultas sit contra statutum, quod respiçit specialiter bonum commune loci, quo proin etiam peregrini ligantur; demum *γ.* si per usum facultatis incolis loci oriatur scandalum aut aliud gravamen. Hac de causa Episcopus advenis et peregrinis usum facultatum personalium quarundam saltem publicum posset inhibere aut saltem earum authenticitatem examinare.—Unde (præscindendo a casibus ultimo memoratis) e. gr. dispensatus ad vescendum carnibus in Quadragesima vi Art. 27 Form. I., iis vesci potest etiam extra Diœcesin.

Nota. Sunt, qui putant, articulum 21 Form. I. et 2 Form. C. (legendi ac retinendi libros prohibitos) exerceri non posse extra Diœcesin.[3] Esto; at in utraque facultate licentiam concedere permittitur, qua parte, cum agatur de jurisdictione voluntaria, Episcopus uti potest etiam in suum favorem.[4] Licentia hæc, si obtenta est in Diœcesi, qua personalis personam sequitur etiam in alienam Diœcesin.[5] Libros prohibitos ab Episcopo non suo in hujus Diœcesi legere et tenere per eam utique non permittitur, neque hujus licentiæ indiget peregrinus, utpote non ligatus lege locali. Cfr. insuper infra. n. 157. nota 3.

56.—Sunt etiam,[6] qui opinantur, dispensationes concessas exstingui, si quis desinit esse subjectus Episcopi, qui eas concessit. Omissis illis, quæ supra n. 55. habentur, quoad eas, quæ juxta quosdam ex quadam fictione quasi per tractum suc-

[1] *Il Mon. eccl.* vol. vii. part. ii. pag. 7.

[2] *Canoniste contemp.* 1892 p. 192.

[3] Feije n. 629 (630).

[4] D'Annib. i. n. 72; cfr. supra n. 51. d.

[5] Zit. *App.* p. 59.

[6] Cfr. LaCroix lib. vi. pars 3, n. 855.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cessivum dantur usque ad causæ cessationem, hoc quidem probabile vocari poterit; at nisi conditio *quamdiu es meus subditus* apponatur, potius tenendum est, eas non cessare, quamdiu causa perdurat, et eas valere pro semper, si datæ sunt absolute.[1] Nam etiam pro illis, quæ successive fiunt, reapse obligatio tollitur pro tota duratione causæ in ipso actu dispensationis.

57.—IV. *Ut Episcopus (et ejus delegatus) facultatibus Formularum necnon potestate quasi-ordinaria ad* DISPENSANDUM *valide et licite uti possit, semper requiritur* CAUSA JUSTA, *quæ existat* TEMPORE *concessionis dispensationis* (n. 44.)[2] "Sedulo caveant tam administrator, quam reliqui Episcopi, ne dispensationes largiantur, nisi urgens et justa ratio et major quandoque utilitas id postulet; ideoque numquam dispensent, nisi causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis, juxta mandatum S. Conc. Trid. Sess. 25. cap 18. *de Ref.*"[3]

Licite tamen et valide conceditur dispensatio, quamvis dubitetur, an causa quædam sufficiat, modo existat.[4] Nihilominus proportio quædam postulatur inter legem, in qua dispensandum est, et causam, ex qua dispensatio conceditur.—Ita quoad matrimonium "pro relaxandis impedimentis *impedientibus* generatim sufficit causa rationabilis, nonnumquam vero causa gravis; prout gravem causam" (scil. *relative* ad personas etc. gravem) "postulat relaxatio omnium proclamationum."[5]—Causa dispensandi quandoque ex parte dispensantis tantum existere potest, ita ut aliquando peccet supplicans pro dispensatione, etsi hæc valeat. Exemplum habes in Superiore dispensante subditum indisciplinatum a votis simplicibus ob bonum commune; item in dispensante ad matrimonium mixtum ineundum eum, qui secus ministrum hæreticum adire censetur.—Aliquando causa est dignitas Superioris.

Quoad dispensationem in impedimentis *dirimentibus* sequentia notentur:

a. Causa quædam gravis pro quolibet impedimento requiri-

[1] S. Alph. i. 196. Bucceroni: *Cas. consc.* i. n. 41.

[2] Quæ sint in genere causæ justæ, vide ap. Pyrr. Corr. lib. i. cap. i. v. Prima.

[3] Ita S. C. de Prop. Fide ap. *Coll. Prop.* n. 1462.

[4] S. Alph. i. 178; *Ho. ap.* tr. 2, n. 46.

[5] Feije n. 649. (650); S. Alph. vi. 1005.

tur; at causa sufficiens pro uno non semper sufficit pro altero impedimento. Quo gravius enim impedimentum, quo proximior gradus, quo major impedimentorum numerus est, eo gravior causa aut plurium causarum concursus existere debet. *Impedimentum* eo gravius est, quo major est ejus naturalis decentia et influxus in bonum commune. Unde graviora sunt impedimenta publica, quam occulta, graviora illa in Form. D. et E., quam ea in Form. I., gravior consanguinitas quam affinitas, gravior affinitas ex copula licita, quam illa ex copula illicita.

Causa eo gravior est, quo plus per eam tanquam compensatio confertur ad bonum commune—idque vel *ex se* e. gr. scandalis, infamationibus, discordiis, litibus præcavendo etc., vel *ex qualitate personæ dispensandæ* vel *ex circumstantiis casus singularis.* —1. Causæ, quæ *ex se* et in abstracto consideratæ pro diversis impedimentis judicio S. Sedis sufficientes habentur, *causæ canonicæ* vocantur. Cum delegatus delegantis legibus teneatur, hæ pro usu valido facultatum ex Instr. S. C. de Prop. F. 9 Maj. 1877,[1] et Scriptoribus curialibus, ut Pyrrho Corrado, Vincentio de Justis, etc. probe discendæ sunt.—2. Eadem causa in bonum commune magis influit *ex parte personæ* nobilis (etiam de facto tantum) et divitis, quam ex parte plebejæ et pauperis; illa enim ad bonum commune magis conferre potest propter potentiam vel industriam sæcularem, ut dicit S. Thom 2. 2, qu. 63, a. 2. Unde ex causa leviori dispensatur in forma communi cum componenda, quam in forma pauperum et a S. Pœn. pro pauperibus.—3. *Circumstantiæ particulares* demum adesse possunt, quibus perpensis dispensatio aut facilius detur aut pluribus concurrentibus dispensans ad eam dandam plane moveatur. Hæ sunt causæ *impulsivæ*, uti orbitas puellæ, in viro patrimonii insufficientia, proles ex priori matrimonio, ætas superadulta in vidua juniore, magnæ difficultates circa res temporales, infirmitas, deformitas, illegitimitas, familiæ diffamatio ex cessione bonorum, paupertas puellæ, locus difficilis accessus, occasio peccandi difficulter amovibilis etc.[2]—At si e contra ex dispensatione in casu singulari scandalum etc. oriatur,

[1] Ap. *C. Pl. B. III.* p. 249; *Act. S. Sed.* x. 291.

[2] Feije n. 679 (681).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ea concedi omnino nequit.—Ex quo sequitur, causas dispensandi non tantum in abstracto, sed et in concreto seu relate ad omnes casus particularis circumstantias considerari et ponderari debere.

b. Causæ ex Instr. S. C. de P. F. 9. Maji 1877 (cfr. *C. Pl. B.* III. p. 249) pro disp. in imp. dir. sunt:

1. "*Angustia loci* [loci ut n. 185. **d.**] sive absoluta [eo quod non habet ultra 300 focos seu 1500 incolas catholicos] sive relativa (ratione Oratricis—honestæ—tantum), cum scil. in loco originis vel etiam domicilii cognatio fœminæ ita sit propagata, ut alium paris conditionis, cui nubat (duobus vel tribus exceptis), invenire nequeat, nisi consanguineum vel affinem, patriam vero deserere sit ei durum." 2. "*Ætas fœminæ* [quæ non sit vidua] *superadulta*, si scil. 24^mum ætatis annum jam egressa virum paris conditionis, cui nubere possit, non invenit."—3. "*Deficientia* aut *incompetentia dotis*, si nempe fœmina non habeat actu tantam dotem, ut non consanguineo aut non affini nubere possit in proprio loco, in quo commoratur;—eo magis, si mulier penitus *indotata* existat, et consanguineus vel affinis eam ducere aut etiam [sive ipse sive alius pro eo] convenienter ex integro dotare paratus sit."—4. "*Lites super successione bonorum* [*magni momenti*] *jam exortæ* vel *earumdem grave aut imminens periculum*," quas propriis expensis prosequendas non alius in se suscipit, nisi ille, qui mulierem eas sustinentem uxorem ducere cupit. Pro gradibus remotioribus idem valet, si "*dos litibus obvoluta*" sit.—5. "*Paupertas viduæ*, quæ numerosa prole [exprimatur numerus et ætas prolium] sit onerata, et vir eam alere pollicetur"—et quandoque quia vidua junior est et in periculo incontinentiæ versatur.—6. "*Bonum pacis*"—scil. fœdera inter regna et Principes, exstinctio gravium inimicitiarum, rixarum et odiorum civilium—aut confirmatio pacis post litis etc. compositionem.—7. "*Nimia, suspecta, periculosa familiaritas* necnon *cohabitatio* sub eodem tecto, quæ facile impediri non potest."—8. "*Copula* cum . . . persona impedimento laborante præhabita et *prægnantia*, ideoque *legitimatio prolis*." . . . "Una est ex urgentioribus causis,"—imo sufficiens pro secundo gradu tangente primum (de Justis 1. cap. 4. n. 322. Pyrrh. Corr. viii. cap. 3. n. 58),

etiam post Decr. de 25 Junii 1885 valens (n. 65 Nota). Spes facilioris dispensationis non amplius exprimenda est. Feije ed. 4. n. 712.—9. "*Infamia mulieris*, ex suspicione orta, quod illa, suo consanguineo aut affini nimis familiaris, cognita sit ab eodem, licet suspicio sit falsa. . . ."—10. "*Revalidatio matrimonii* . . ." (n. 65. et 83.).—11. "*Periculum matrimonii mixti* vel *coram acatholico ministro celebrandi*,"—vesanus amor, ex quo prævidetur, sponsos, denegata dispensatione, coram judice infideli etc. contracturos esse.—12. "*Periculum incestuosi concubinatus*" aut "ne quis in concubinatu insordescat cum publico scandalo." . . .—13. "*Periculum matrimonii*" dumtaxat "civilis."—14. "*Remotio gravium scandalorum*."—15. "*Cessatio publici concubinatus*."—16. "*Excellentia meritorum*, cum quis aut contra Fidei Catholicæ hostes dimicatione aut liberalitate erga Ecclesiam aut doctrina, virtute aliove modo de Religione sit optime meritus." Hæ sunt causæ "communiores potioresque." Unde aliæ adhuc causæ canonicæ admittuntur e. gr. conservatio bonorum in familia illustri etc. Quandoque causa consurgit ex pio opere, quod per modum compensationis imponitur—et dicitur: "dispensari ex certis rationabilibusque causis," dispensatio vero: "sine causa," quia hæc causa non exprimitur.

c. Episcopi vi facultatum aut potestatis quasi-ordinariæ dispensant gratis, ergo in forma pauperum. Quare juxta plures auctores[1] causas eo modo adhibere tenentur, quo Dataria, si dispensat in forma pauperum, aut S. Pœn. eas admittit.

Causæ a S. Pœnit. admissæ (et etiam in S. Dataria requisitæ, si in forma pauperum dispensat) in Resp. Bened. XIV. 26 Sept. 1754 per S. C. S. Off. ad Archiep. Turonen.[2] transmisso enumerantur. Eæ cum causis in Instructione supra relata a n. 1–15 enumeratis aut expresse concordant aut implicite sub eis continentur. *Excipiendæ* tamen esse videntur: ea, quæ in hac Instr. n. 7 (suspecta familiaritas, cohabitatio sub eodem tecto) habetur, quatenus ab illa sub n. 9 (infamia mulieris ex falsa suspicione copulæ) distinguitur,—porro ea quæ est n. 4 (lites super successione bonorum, super dote)—et demum ex parte

[1] Heiss § 52; *Past. Bl.* 1869 p. 109.
[2] Ap. *Act. S. Sed.* ii. p. 63; xxvi. 388 et *Coll. Prop.* n. 1477.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ea sub n. 3 (deficientia vel incompetentia dotis); admittitur enim solum ea, quæ "pro indotata" vocatur[1]—si scil. sine omni dote est et ab oratore competenter dotatur.—Hæ ergo *causæ exceptæ*, quamvis in S. Dataria pro dispensationibus in forma communi pro gradu 4 et 4 cum 3 sufficiant, pro dispensationibus in iisdem gradibus, si in forma pauperum, ergo etiam si vi facultatum apostolicarum gratis conceduntur, tanquam motivæ et finales ex Resp. citato (quod nota) non sufficiunt, sed tantum qua impulsivæ admittuntur.—Reliquæ causæ Instructionis cit. sufficiunt pro dispensationibus ex Form. I. concedendis, præsertim si plures conjunctæ afferuntur. De causa pro crimine neutro machinante cfr. n. 125. —Pro gradibus proximioribus vero i. e. pro gradu 2 et 2 cum 1 tantum causæ infamantes (Instr. n. 8, 10 et 11 et juxta Heiss etiam n. 9) sufficiunt; pro affinitate in 1 gradu collaterali ex copula licita fere tantum periculum fidei,[2] ita ut ad S. Datariam recurrendum sit, si ex levioribus causis in his gradibus dispensatio petatur. De causis in proximioribus gradibus cfr. Gasparri n. 681, 703.—Quod impedimentum primi gradus tangentis secundum consanguinitatis attinet, Leo XIII. per Card. Prodatarium 19. Junii 1895, "onerat Episcoporum conscientiam, ut sedulo invigilent ne Sanctæ Sedi precantes accedant nisi veræ causæ canonicæ jure commendent, et litteris manu propria exaratis, rationes in quolibet casu explicent, necnon circumstantias, quibus putent gratiam esse concedendam." (*A. E. Rev. XIII.* 301.).—Causa omnino gravis etiam requiritur pro dispensationibus in Form. D.—De causis pro cultus disparitate et mixta religione cfr. n. 219.

58.—Causa, ob quam petitur dispensatio exprimenda est in supplica, et quidem in dispensationibus vi potestatis delegatæ faciendis *sub pœna nullitatis.*[3] *Nulla igitur allegata causa, nulla est dispensatio,* licet forte causa, eaque sufficiens, existat. Ita fere Konings in præced. ed. huj. opusculi.—Hoc utique

[1] Feije n. 658 (659).

[2] Cfr. infra n. 243 ; *Past. Bl.* 1869 p. 111.

[3] Instr. cit. ad v. Sed jam ; Corradus lib. i. cap. i. v. ad hæc.—Expresse hoc decrevit Bened. XIV. const. *Ad Apostolicæ* 25 Febr. 1742 § 1 (in fine lib. vi. *Th. mor. S. Alph.*).

tenendum est, si causæ cognitio de valore præscribitur, prout id pridem in Litt. S. Pœnit. et in aliis concessionibus Pontificiis fieri consuevit (cfr. n. 74).—Si non est præscripta, *per se* illicita quidem est dispensatio sine *ulla* causæ cognitione data, at juxta sententiam probabiliorem et communiorem (S. Alph. i. n. 181. Bucceroni *Cas. consc.* i. n. 43) valida est, quia valor dispensationis non pendet a cognitione causæ, sed ab ejus existentia, et, prout dicit Bonacina (tom. ii. disp. i. qu. ii. punct. iii. n. 17.), nullo jure probatur, cognitionem causæ ad validam dispensationem saltem in foro conscientiæ requiri. Sunt tamen, qui e contra eam invalidam censent, cum secundum Trid. XXV. cap. 18. *Ref.* dispensandum sit "cognita causa ac summa maturitate atque gratis; aliterque facta dispensatio *subreptitia* censeatur."—At hæc verba ad summum præceptum in se continent. Unde sicut nunc dispensatio, quæ *gratis* non fit, per se illicita quidem, sed non invalida est (cfr. n. 77. h.), ita dicendum est etiam de illa, quæ fit causa existente quidem, sed non cognita.—Quare Episcopus, qui ex probitate et prudentia supplicantis moraliter certus est de existentia causæ sufficientis, si sine causæ cognitione ob urgentiam temporis dispensat, illicite non agit.—Dubio post dispensationem applicatam oriente quoad existentiam aut sufficientiam causæ, standum est pro valore dispensationis. Si tamen postea detegetur, causam certe non exstitisse, invalida erit.[1] Bona fide v. gr. at erronee, oratores existimarunt prolem fuisse conceptam, et eam præcise ob causam impetrarunt dispensationem.—Non raro tamen partes erunt relinquendæ in bona fide;[2] idque præsertim matrimonio jam contracto ob Doctores plures, qui sentiunt, talem dispensationem ex præsumpta voluntate Papæ esse validam.[3]

V. Gratiæ concessio, ut valeat, ei cui facta est, intimari debet. Cfr. Resp. S. C. super disciplina Regularium 15. Mart. 1892. ap. *Act. S. Sed.* xxvi. 320. et supra n. 35 2. De sanatione in radice cfr. n. 224.

59.—VI. *Denique quoad* OBLIGATIONEM FACULTATIBUS UTENDI, *practica quæstio præsertim est, si agitur de* DISPENSA-

[1] S. Alph. iii. 251 ; Konings *Comp.* n. 163. qu. 7.

[2] Feije n. 726 (723).

[3] D'Annib. i. n. 233 (27).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TIONE *concedenda aut supplicanda*,—et sunt sequentia observanda: Pro majori minorive urgentia causæ aliquando gravis vel minus gravis seu levis obligatio ad utrumque aderit, aliquando consilium tantum. Cfr. de hoc quod auctores docent de dispensatione debita et permissa,[1] ut e. gr. de dispensatione in proclamationibus.[2] Aliquando dissuadendi et plane rejiciendi sunt petentes, qui e. gr. *merum* desiderium matrimonii ineundi sine causa canonica fovent. Dico *merum* desiderium: nam ex mero desiderio quandoque oritur alia causa, utique sufficiens, imo urgens, ut si pars catholica ex levi causa petit dispensationem ad matrimonium contrahendum cum hæretica vel infideli. Cui petitioni certe erit resistendum et omni conatu matrimonium dissuadendum. At vero si in proposito nihilominus persistat, tum tandem, ne mala graviora et scandala publica oriantur, servatis servandis, ejus voluntati cedendum erit, excepto casu, quo minis apertis defectionis a fide aut transitus ad ministrum hæreticum dispensationem extorquere conaretur, minarumque hujuscemodi pœnitentiam nullam ostenderet.[3]—"Parochus itaque vel confessarius imprimis quidem de causa interroget. Si certo insufficientem esse videat, id prudenter declaret, nec recurrat" ad Episcopum nec loquatur,—proh imprudentia!—de causæ *infamantis* necessitate pro obtinenda dispensatione; "si sufficientem vel forsitan sufficientem, non illico annuat, sed, si fieri possit, suaviter dissuadeat: si autem non desistant, vel matrimonium sit aut necessarium aut consulendum, officio suo partes adjuvet, numquam tamen *inconsiderate* dispensationis obtinendæ spem *certam* faciens. Interdum vero debet, ut reparentur quæ reparatione indigent" (v. g. damna sponsæ), "ad petendam dispensationem partes" aut partem "impellere. Universim autem et serio hic observaverim, multo facilius posse parochum et confessarium *sapienti* agendi ratione in toto hoc negotio disciplinæ incolumitati sæpe prospicere, quam id deinde fieri possit ab Episcopo, postquam illi" (parochus aut confessarius) "aut nihil aut incaute egerint."[4]—Demum prout in omnibus,

[1] S. Alph. i. n. 179; Ball. Palm. vol. i. n. 283.
[2] S. Alph. vi. 1005 seq.; Kon. *Comp.* n. 1538.
[3] Feije n. 666 (667).
[4] Feije n. 649 (650).

ita præsertim in dispensationibus nimia severitas æque ac nimia facilitas est de vitio.—Cfr. etiam supra n. 34.

ART. II.

DE MODO QUO FACULTATES SINT PETENDÆ.

Agitur hic principaliter de facultatibus ab Episcopo concedendis vi indultorum et vi potestatis quasi-ordinariæ; accessorie autem de litteris Romam mittendis. Spectata praxi præcipuum et fere unicum objectum constituunt dispensationes *matrimoniales*. Unde de his præsertim in hoc et seq. art. summarie quædam notantur, quibus dein supplicationes alias res spectantes facile adaptari possunt. Prævie tamen aliquid notandum est:

60.—De varia potestate Episcoporum *quoad dispensationes matrimoniales.*

Præter facultates in Formulis contentas gaudent Ordinarii locorum:

I. Indulto *pro concubinariis* in articulo mortis constitutis ex Decr. gen. S. C. Inquisit. de 20 Febr. 1888. Nempe "de mandato S. D. N. Leonis XIII." huic "S. Congrni . . . expendendum propositum fuit" . . . "quibus" facultatibus "urgente mortis periculo, quando tempus non suppetit recurrendi ad S. Sedem, augere conveniat *locorum Ordinarios* dispensandi super impedimentis *publicis* matrimonium dirimentibus *cum iis, qui juxta civiles leges sunt conjuncti aut* ALIAS *in concubinatu vivunt*, ut morituri in tanta temporis angustia *in faciem Ecclesiæ* rite copulari, et propriæ conscientiæ consulere valeant." . . . "Ad quod . . . re serio diligenterque perpensa, approbatoque . . Emmorum PP. Inquisitorum suffragio, Sanctitas Sua benigne annuit pro gratia, qua locorum Ordinarii dispensare valeant sive per se sive per *ecclesiasticum personam sibi bene visam* ægrotos in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus recurrendi ad S. Sedem, super impedimentis *quantumvis publicis* matrimonium jure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro Presbyteratus Ordine et affinitate lineæ rectæ ex copula licita proveniente." Additur: "Si quando, quod absit, necessitas ferat, ut dispensandum sit cum

iis, qui sacro Subdiaconatus aut Diaconatus Ordine sunt insigniti vel solemnem professionem religiosam emiserint atque post dispensationem et matrimonium rite celebratum convaluerint, in extraordinariis hujuscemodi casibus, Ordinarii de impertita dispensatione Supremam S. O. Congregationem certiorem faciant, et interim omni ope curent, ut scandalum, si quod adsit, eo meliori modo quo fieri possit, removeatur, tum inducendo eosdem ut in loca se conferant, ubi eorum conditio ecclesiastica aut religiosa ignoratur, tum, si id obtineri nequeat, injungendo saltem iisdem spiritualia exercitia aliasque salutares pœnitentias, atque eam vitæ rationem, quæ præteritis excessibus redimendis apta videatur, quæque fidelibus exemplo sit ad recte et christiane vivendum."[1]

Nota.—Dicitur: **a.** *Locorum Ordinariis.* Ergo valet indultum etiam pro Vicariis Generalibus, Vicariis Capitularibus et Administratoribus Diœcesium.—**b.** *In faciem Ecclesiæ.* Ergo requiritur in locis, ubi Decretum *Tametsi* valet, ut matrimonium coram Parocho et testibus contrahatur.[2] At cum per indultum facultas concedatur dispensandi in omnibus impedimentis juris ecclesiastici exceptis duobus, et porro hæc verba non sint in parte dispositiva indulti, casu, quo ob periculum infamiæ matrimonium modo prædicto celebrari nequit, etiam ab impedimento clandestinitatis dispensari poterit.—**c.** *Per ecclesiasticam personam.* Ergo possunt Ordinarii dispensationem concedere per *quemcumque Clericum.* At *habitualiter* subdelegari facultas potest *parochis* tantum, iisque pro casibus solum, in quibus desit tempus ad ipsos Ordinarios recurrendi et periculum sit in mora.[3] Sub parochis comprehenduntur omnes qui actu curam animarum exercent (sive inamovibiles sive amovibiles sint), etiam missionarii, qui parochialibus funguntur muneribus, non autem vice-parochi et capellani,[4] nisi Episcopus speciale indultum a S. Sede obtinuerit, facultatum hanc etiam capellanis etc. subdelegandi.[5] Capellanus vero, facultate carens, si

[1] *Coll. Prop.* n. 1471; *Act. S. Sed.* xx. 543; *A. E. Rev.* 1891, ii. p. 138.

[2] Lehmkuhl in *Linz. Qu. Schr.* 1891, p. 866.

[3] Ita S. C. S. Off. 9 Jan. et 1 Mart. 1889 ap. *Act. S. Sed.* xxi. p. 696; Gasparri n. 405; *Coll. Prop.* n. 1472.

[4] S. C. S. Off. 23 Apr. 1390 ap. *N. R. Th.* xxii. 490; *Act. S. Sed.* xxvi. 385; *Coll. Prop.* n. 1473 et 1474.

[5] *Linz. Qu. Schr.* 1892, p. 878.

Episcopum adire nequit, etiam ad parochum subdelegatum accedere potest, cui, casu audito, sufficit, ut dispensationem exprimat, quin infirmum visitet. (Matr. convalidatum inscribatur in libro Matr.) —**d.** *Quantumvis publicis*, etiam cultus disparitatis, servatis tamen cautionibus (quas vide n. 218); a fortiori ab occultis.[1]—**e.** *Cum iis qui juxta civiles leges sunt conjuncti aut alias in concubinatu vivunt.* Ergo illi, qui matrimonium civile, quod vocant, non celebraverunt nec vivunt in concubinatu, vi hujus facultatis non possunt dispensari.[2] Crimen concubinatus jure canonico consistit in consuetudine conjunctionis viri soluti cum soluta, sive hæc in propria viri domo sive in aliena detineatur.—Unde omnes illi, qui in forma matrimonium licet invalide contraxerunt (n. 16) et *bona fide* aut scientes nullitatem matrimonii sicut frater et sorer convivunt, ab usa hujus facultatis excluduntur. An autem illi catholici, qui cum impedimento dirimenti in loco, ubi caput *Tametsi* noa viget, coram magistratu civili aut præcone hæretico contraxerunt, hac facultate comprehendantur, dubium est juxta dicta l. c. et quia santentia, quam l. c. tenet Feije, non improbabilis imo juxta Gasparri probabilior est, affirmari potest, eo magis quia facultas generalis late interpretanda est.—Ubi hoc caput viget, certe concubinarii habendi sunt.—**f.** *Ægrotos in mortis periculo, quando non suppetit tempus recurrendi ad S. Sedem.*—Hi ab omnibus impedimentis jure ecclesiastico dirimentibus exceptis duobus dispensari possunt, supposito quod vivunt in concubinatu, licet impedimentum matrimonio obstans occultum, imo solis ægrotis notum sit, et licet pluribus impedimentis jure ecclesiastico dirimentibus et dispensabilibus afficiantur.—Dubitatum est, an dispensari possit etiam, si ægrotus sit solutus, et impedimentum tantum directe afficiat benevalentem, ut cum puella soluta ægrotans vivat in concubinatu cum Diacono bene valente, aut si impedimenta utrique parti sint propria, ut si monialis ægrotans in concubinatu vivat cum Diacono, qui bene valet. S. C. S. Off. die 1 Julii 1891 respondit: Ordinarios locorum in utroque casu allato dispensare posse.[3] Unde concludit nostrum foliuſn periodicum,[4] facultatem, servatis cautionibus, ut infra n. 218, applicari posse etiam in casu, ubi pars ægrotans sit hæretica aut infidelis, altera sana vero catholica. Supponitur autem, partem *catholicam* petere hanc gratiam.

[1] S. Off. cit. ad 1.

[2] S. C. S. Off. 22 Sept. 1890 ap. *Past. Bl.* 1891, p. 141; *A. E. Rev.* vii. (1892) 229; *Act. S. Sed.* xxvi. 384; *Coll. Prop.* n. 1475.

[3] *Coll. Prop.* n. 1476. [4] *Past. Bl.* 1891, p. 141.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

61.—II. Vi *potestatis quasi-ordinariæ*, unde etiam delegabilis (cfr. n. 24, 25) dispensare possunt in impedimentis dubiis (n. 24, 3) et in impedimentis dirimentibus *occultis* (n. 23) seu non publice detectis (ut habetur in Resp. S. C. C. 19. April 1692 ad iii. et iv. ap. Feije ed. 4. n. 634), etiam multiplicibus et cumulatis,[1] in quibus S. Sedes præsertim per S. Pœn. dispensare solet,[2] cum utroque catholico, si agitur de casibus urgentibus seu talibus, ut absque gravi damno vitæ vel famæ aut gravi scandalo S. Sedes pro dispensatione adiri non possit,[3] prout si pro matrimonio *contrahendo* jam omnia essent parata, et omnibus excogitatis modis nulla aperiretur via evadendi occulti criminis suspicionem, infamia vero et scandalum oriretur, si matrimonium differretur.

In tali casu etiam confessarius, si pœnitens ante nuptias patefaceret impedimentum, de quo non est in ignorantia, et Episcopus sine periculo infamiæ adiri non posset, quasi dispensare seu declarare valeret, legem non obligare et posse procedi ad matrimonii celebrationem; attamen quamprimum, saltem ad cautelam, dispensationem postulare deberet.[4] Idem permittit ob paritatem rationis Lehmkuhl,[5] si matrimonio contracto impedimentum occultum et dispensabile cognitum fiat uni parti, quod alteri manifestari nequit, et nullo modo separatio a toro, antequam dispensatio obtineatur, fieri possit.

62.—Ut autem *in matrimonio contracto* (n. 16) Episcopus vi potestatis quasi-ordinariæ dispensare possit, præter dicta et urgens periculum incontinentiæ ex convictu, scandali vero ex separatione, requiritur: **a.** ut matrimonium *contractum*

[1] Feije n. 638 (639), 2.

[2] Ita Feije n. 637 (635), 7; Reiffenst. App. n. 65 et 509. S. Sedes dispensare *non solet* in clandestinitate, in affinitatis primo gradu lineæ rectæ ex copula conjugali (n. 242. ii.), in voto solemni castitatis, conjugicidio publico et in raptu, quamdiu rapta in potestate raptoris existit.—A quibus impedimentis S. Pœnitentiaria dispensare soleat, cfr. supra n. 22, quibus adde imped. criminis, etiam (at pro casu raro) illud cum machinatione et imped. affin. ex copula illicita (const. *Pastor bonus* § 43, 44, ap. Feije n. 608).

[3] S. Alph. vi. n. 613, 1122.

[4] S. Alph. l. c. et *Ho. ap.* tr. 16, n. 114; Zit. *Disp.* p. 111.

[5] II. n. 826, 3, et 827; Leonardelli (*Decisiones casuum* vol. i. cas. 45) hoc rejicit.

fuerit bona fide saltem ex una parte, quæ bona fides adhuc existere censetur, si ignorantia impedimenti fuerit crassa tantum et non vera temeritas;[1] **b.** ut contractum fuerit in facie Ecclesiæ præcedentibus bannis aut iis absque fraude dispensatis,[2] et **c.** ut una pars saltem nunc dubitet de impedimento, nam si utraque est in bona fide, hæc non est turbanda, sed interim recurrendum pro dispensatione. Insuper **d.** aliqui adhuc requirunt, ut matrimonium sit consummatum; at S. Alph.[3] cum aliis de hoc silet, et hoc non requiri hodie eo magis teneri potest, quia mentio copulæ amplius non postulatur. (Cfr. præter auct. cit. Bened. XIV. *de Syn. Diœc.* ix. c. 2, n. 1, Gasparri n. 407–409.)—Hisce patet, quantopere differat usus potestatis quasi-ordinariæ ab usu facultatum Formularum quoad matrimonium *contractum* (cfr. supra n. 16.)—At vero in miseria nostri temporis ob matrimonium civile fere ubique vigens quoad matrimonia contracta, quamvis id ut repugnans Concilio Trid. a S. Alphonso rejiciatur, Planchard[4] cum aliis antiquioribus et recentioribus probabile putat, Episcopum posse in casu urgenti dispensare, etiamsi matrimonium contractum fuerit *mala fide ex utraque parte.*

Nota.—Nihil obstat, quominus Episcopus hac potestate quasi-ordinaria utatur in casu urgenti etiam postquam recursus ad S. Sedem jam factus est, e. gr. si a S. Pœn. dispensatio quidem petita est, at non advenit, et orator moriturus decumbit aut petita fuit ob ignorantiam impedimenti in utroque putato conjuge, ea vero cessavit ante adventum dispensationis Romanæ et similiter.[5]

Hisce præsuppositis jam agendum

63.—De modo impetrandi facultates, eas præsertim, quas Episcopi ex Formulis concedere possunt.

I. *Litteræ supplices* (supplex libellus, supplica), quibus *Oratores* (Orator et Oratrix, Exponentes, Latores)—vel per se vel regulariter per sacerdotem—adeunt Episcopum (apud nos plerumque mediante Cancellario) aut Curiam Romanam (apud nos S. Congregationem de Prop. Fide vel etiam S. Pœnitentia-

[1] S. Alph. vi. n. 1124; *C. Trid.* xx. c. 5 *Ref.* [2] Ibid.

[3] Lib. vi. n. 1123, 1124; Feije n. 634 (635), 5.

[4] N. 560 et *N. R. Th.* xx. p. 125.

[5] Gasparri n. 410; cfr. supra n. 41 nota.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riam), aut S. Pontificem ipsum per Datariam vel Præfecturam Brevium (apud nos per S. C. de P. F.), conscribi debent servatis illis, quæ forum vel externum vel internum requirit (cfr. n. 17). Præterea "ad amussim servandæ sunt instructiones S. Congr. de Prop. Fide,"[1] ea præsertim de 9 Maji 1877, quæ habetur in *Conc. Pl. B. III.* pag. 249 et *Coll. Prop.* n. 1488.

64.—II. Quamquam de valore non est, ut apud Episcopum petitio pro dispensatione fiat *in scriptis*, tamen hoc etiam tum omnino consulendum est, quando dispensatio vi potestatis quasi-ordinariæ facienda est; nam "in supplicatione verbali sæpe non omnia vel non debite et sufficienter proponunter vel rite proposita non semper bene percipiuntur vel bene percepta oblivione ex parte iterum delentur, consequenter dispensationem nonnunquam penitus invalidam vel non debite clausulatam secum trahunt."[2] Eædem rationes militant pro facultate ab Episcopo in scriptis danda.[3]

Qua de causa

a. Rationi omnino consonum est id quod plures Antistites jusserunt, scil. ut parochi omnesque animarum pastores dispensationes in scriptis expetant nec partes quoad causarum canonicarum existentiam Episcopo ejusve Cancellario transmittant, sed ipsi in eas inquirant, quippe quibus partes cognitæ sunt ideoque facilius est, de veritate assertionum judicium ferre.—Ideo etiam

b. Licet, absolute loquendo, facultas per medium telegraphi peti possit, ab hoc regulariter abstinendum est. Insuper Leo XIII. 10 Dec. 1891 per Secretariam Status ob incommoda, quæ acciderunt et facile adhuc accident, mandavit, ut impetrationes gratiarum vel dispensationum apud Romanam Curiam et S. Congregationes amplius ordinarie non accipiantur, si telegraphice mittantur; ex eisdem rationibus etiam voluit, ut idem in Episcopalibus quoque Curiis observetur.[4]

c. Litteræ (libellique supplices) ad *S. Congr. de Prop. F.* ex usu antiquo scribendæ sunt lingua aut latina aut gallica aut

[1] *Conc. Pl. Balt. III.* n. 134. [2] Ita Reiffenst. App. n. 511.
[3] Ib. et n. 524; *Coll. Prop.* n. 1489.
[4] *Il Mon. eccl.* 1892 ii. p. 8; *Act. S. Sed.* xxiv. p. 447; *Coll. Prop.* n. 2189.

italica (non anglica etc.) et dirigendæ ad Emum Card. Præfectum, non ad Secretarium hujus S. Congregationis. Ita Secr. S. C. de P. F. 1 Febr. 1892.[1] Ad *S. Pœnitentiariam* melius in latino, at etiam in proprio Oratoris idiomate (latino tamen charactere) scribi potest, locorum nominibus pro directione Rescripti vulgari idiomate Oratoris distincte expressis. Casus conscientiam spectantes a quocumque quidem proponi possunt, at numquam procuratori ad libellum conficiendum enarrandi, sed litteris sigillatis proponendi sunt. Cfr. Monitum S. Pœn.[2]

d. Si plura negotia e. gr. plures supplicationes pro dispensationibus deferuntur ad S. Sedem, S. Congr. de Prop. Fide 5. Aug. 1878 omnibus Episcopis commendavit, ut quodlibet negotium suum habeat folium.[3]

e. De exacta relatione præcedentis facultatis in casu, quo iterum quoad eam recurritur, vide infra n. 68. nota 2.

f. Atramento in documentis publicis non esse utendum nimis pallido aut tali, quod tractu temporis evanescit (magico), advertitur a Card. Taschereau l. c.

g. Pro planiore negotiorum transmissione et expeditione S. C. de Prop. Fide per ejus Secretarium 18. Maji 1896 monuit: 1. ut litteræ ad eam expeditæ et præsertim documenta iisdem adjuncta latino, vel saltem italico aut gallico idiomate exarata sint; 2. ut legibili charactere conscribantur, præsertim quoad nomina propria personarum et locorum, convenientemque exteriorem præseferant formam quoad chartæ dimensiones, colorem (qui albus sit, non cæruleus aut subobscurus), substantiam (charta scil. non sit transparens), atramentum (quod non sit nimis pallidum vel fere album, sed nigrum); 3. ut ordo scriptionis paginarum is sit, qui servatur in libris qui typis eduntur (non talis, ut ordo ejusdem folii in una pagina sit inversus ac in altera); 4. ut taxa a lege in singulis regionibus pro transmittendis litteris præscripta exacte a mittentibus solvatur (*A. E. Rev.* xv. 310; *Anal. eccles.* iv. 273; *Act. S. Sed.* xxix. 246).

65.—III. Formulæ pro supplicis sunt ad libitum; at illæ,

Past. Bl. 1892 p. 36; *Coll. Prop.* n. 107.
[2] *Act. S. Sed.* vii. 208: *Quamvis Praxis.*
[3] Ap. Card. Taschereau: *Discipline de Québec*, p. 45.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quæ in Auctoribus antiquis habentur et non raro prolixæ sunt, Romæ non sunt acceptæ. Cfr. infra Nota 3. Ideo in formulis infra appositis hujus rei ratio habetur. Allocutio in litteris ponenda et conclusio pro varietate dignitatis una cum directione tum inscribenda tum pro responsione danda habentur infra n. 93 et seq.—Per S. C. de P. F. (i. e. litteris externe directis ad Emum Card. Præf.) adiri potest etiam (et quidem melius) S. Pontifex. Tum litteræ incipiuntur: "Beatissime (vel Sanctissime) Pater! Subscriptus sacerdos Diœcesis N. exponit, quod . . . (petit, ut . . .),"—finiuntur: "Pro qua gratia etc." aut "Et Deus etc." (nihil ultra). "Sanctitatis Tuæ humillimus . . ." aut (*si ante petitionem plura sunt exponenda*) . . . "N. N., Rector Ecclesiæ N. Diœcesis N. ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus humillime sequentia exponit: . . . quare petit, ut. . . . Pro qua gratia etc." Subscriptio non requiritur, cum hæc supplica a Secretario aliove ex S. C. de Prop. F. Summo Pontifici proponatur et concessio ab eodem immediate addatur. Ideo spatium pro ea relinquendum et charta majoris formæ sumenda est.

In corpore supplicæ quoad dispensationes matrimoniales hoc ordine procedi potest: **a.** Nomina Oratorum sine abbreviatione, ætas, parochia et Diœcesis originis et domicilii[1] (pro foro interno hæc omittuntur); **b.** intentio matrimonii et *impedimenta omnia*, quæ obstant cum iis, quæ qualitatem et gravitatem eorum determinant (n. 66); **c.** petitio dispensationis; **d.** causa vel causæ cum circumstantiis in earum gravitatem influentibus. Quare, si petitur dispensatio a primo gradu affinitatis aut a secundo affinitatis vel consanguinitatis, etiam ætas singularum partium et prolium, in quarum protectionem matrimonium contrahi intenditur, exponenda est (Card. Taschereau p. 56).

In specie si matrimonio *contracto* supplicatur pro ejus revalidatione, insuper addendum est: 1. an contractum fuerit bona vel mala fide unius vel utriusque partis (i. e. cum scientia impedimenti *et* nullitatis matrimonii vel sine illa scientia); an matrimonium contractum fuerit præmissis (vel dispensatis)

[1] Quoad vagum dicitur: "qui relicto domicilio sedem adhuc non fixit."

proclamationibus, vel iis omissis (nec dispensatis); an juxta formam Tridentini; an spe facilius dispensationem obtinendi; an coram præcone hæretico;—2. an et quot liberos superstites habeant conjuges putatitii et cujus ætatis singuli sint;—3. an invaliditas matrimonii utrique, an alterutri, an neutri cognita, et si neutri aut uni tantum cognita sit, an in mutua concordia vivant, an vero in talibus dissidiis, ut, re cognita, altera saltem pars cum scandalo et damno liberorum revalidationem renuere præsumatur etc.[1]

NOTA. 1. Ante diem 25 Junii 1885 copula incestuosa inter Oratores habita si fuerat perfecta et consummata,[2] necnon intentio facilioris dispensationis per eam obtinendæ, etiamsi unus ex sponsis tantum eam habuerit,[3] in supplica sub pœna nullitatis exprimenda erat in impedimentis consanguinitatis, affinitatis, publicæ honestatis, cognationis spiritualis et legalis, si ante applicationem habita aut,—quoad dispensationes in forma pauperum (ergo etiam vi indultorum nostrorum Episcoporum concedendas)—si infra tempus separationis ab executore præscriptæ iterata fuit.[4]—*Cum hoc amplius non obliget*,[5] nec etiam matrimonio contracto id quod in Instr. S. Congr. de Prop. F. 9 Maji 1887[6] habetur quoad circumstantias matrimonii contracti, scil. "an sit consummatum; si mala fide, saltem unius partis seu cum scientia impedimenti"—est observandum,[7] neque alias unquam incestus *necessarie* declarandus est, nisi ad prolis ante dispensatiois fulminationem natæ legitimationem, quo in casu etiam pro causa ad dispensationem impetrandam servire potest. Attamen matrimonia ante 25. aunii 1885 et hac ipsa die cum reticentia unius vel utriusque inita revalidatione indigent.—Dixi: *cum*

[1] *Linz. Qu. Schr.* 1894 p. 533.
[2] S. Pœn. 25 Junii 1863 ap. Feije n. 709.
[3] S. Pœn. 8 Aug. 1866 ap. *Act. S. Sed.* xiv. 432.
[4] Lehmk. ii. n. 808, 811.
[5] Cfr. Decr. S. C. S. Off. in *Conc. Plen. Balt. III.* p. 253.—*Coll. Prop.* n. 1246, 1495, (bis).—S. C. S. Off. 18 Mart. 1891 insuper declaravit, "dispensationes matrimoniales super quovis impedimento sive agatur de matrimoniis invalide contractis sive contrahendis, esse validas, etiamsi copula et consilium per eam facilius gratiam impetrandi reticita fuerint." (*Coll. Prop.* n. 1500).
[6] *Conc. Plen. Balt. III.* p. 253, n. 6.
[7] Lehmk. n. 810. Confirmatur per declarationem S. C. S. Off. 18. Mart. 1891 *ut supra*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hoc amplius non obliget. Non enim prohibetur incestus declaratio, imo cuidam videri potest menti Decreti citati conformior. Si dein quavis de causa oratores exponunt incestum, juxta Decr. S. C. S. Off. 21. Sept. 1888 (*Coll. Prop.* n. 1497) datur facultas absolvendi a censuris et pœnis ecclesiasticis, si quas ob præmissa incurrerint et ab incestus reatu et in hoc casu tantum. Cfr. nunc formulam I. et IV. infra in Appendice post n. 96., quæ dictis consonant. Adnotat Planchard (*N. R. Th.* xvii. 517), si non agitur de legitimatione prolis, loco incestus publici pro causa dici posse v. gr. "Infamia mulieris, quæ alium virum difficile inveniret." Ita et clausula supra indicata evaderetur.

Nota 2. Si dispensatio obtinenda est pro foro externo et facultas Episcopi est communicabilis, ut sunt illæ ex Form. I., juxta morem Diœcesis etiam non expressis nominibus Oratorum supplicari potest pro communicatione facultatis.

Nota 3. Ad dispensationes matrimoniales in foro externo impetrandas juxta *Act. S. Sed.* xxvi. 62 et *Analect. eccl.* 1895. pag. 493 sequens formula non quidem a S. Pœn. ex officio exarata est, sed passim usu quotidiano usurpatur :

Beatissime Pater,

N. N. . . . annos natus et N. N. . . . annos nata, Diœcesis N., ad pedes Sanctitatis Vestræ provoluti humiliter postulant dispensationem super impedimento . . . , ut legitimum inter se matrimonium contrahere possint.

Causæ sunt :

1. Ætas oratricis (v. gr) 29 annos natæ.
2. Defectus dotis.
3. Angustia loci originis et domicilii.
4. Cura prolis e superiori matrimonio susceptæ.
5. Contractus civilis jam initus vel certe ineundus.
6. Etc.

Oratores pauperes sunt *vel* fere pauperes et fortunam habent circiter 3000 lib. Pro componenda et expensis offerunt lib. 14.

Testamur, vera esse exposita, et oratores pro gratia commendamus.

Datum . . .

(Alias formulas vide infra post n. 93.)

Nota 4. Responsum frequenter in infima pagina supplicæ scribitur, quare spatium ad hoc vacuum relinquatur et charta majoris forme sumatur.

66.—IV. *Omnia* impedimenta, per dispensationem tollenda, sive *dirimentia* sive *impedientia*, quæ eidem matrimonio obstant, secundum *speciem etiam infimam* (cfr. n. 118 de consanguinitate et affinitate) et *numerum* in eadem supplica exponi debent. Ita Instr. S. C. de P. F. cit.—(Casu, quo unum impedimentum non augetur per alterum, ut votum et consanguinitas, consanguinitas et machinatio, secundum S. Alph. vi. 1139 etiam pro singulis separatim peti potest dispensatio. Quod teneri poterit post factum. Cfr. n. 3 ad II. **a**).

Excipe: **a.** Si impedimentum post executionem prioris dispensationis demum ortum est; **b.** si cum impedimento publico aliud occultum diffamans occurrit. Quo in casu cum consensu Oratorum quidem etiam occultum in supplicam pro foro externo introduci potest, addendo eorum consensum. At consensus hic nec semper datur nec semper consultum est, ita procedere. Tum duplex supplicatio fit: una pro foro externo, nulla facta mentione impedimenti occulti, altera pro foro interno, in qua præter impedimentum occultum etiam explicatur publicum tectis nominibus. Oritur autem difficultas. Dispensatio scil. pro impedimento publico, quia subreptitia, invalida est, ideo in dispensatione pro occulto revalidari debet: hac autem denegata expensæ in Dataria frustra sunt factæ et Oratores suspicionibus exponuntur. Difficultati huic eo occurritur, ut aut (prout Renzi suadet) prius recursus fiat ad S. Pœnit. non quidem ut impedimentum relaxet, sed ut examinet, utrum et qua conditione dispensare debeat, aut (quod Marc n. 2051 melius esse putat) prius ad S. Pœn. recurratur pro dispensatione, expresse addendo, dispensationem publici impedimenti *petitum iri.* Si dein S. Pœnit. dispenset, eo ipso futuram dispensationem in impedimento publico revalidat.

Nota. Si supplica pro foro externo eo quod Episcopus aut noluit aut non potuit sua facultate uti apud nos ad Card. Præf. S. Congr. de P. F. mittitur, etiam illa pro foro interno ad eundem est transmittenda aut si apud S. C. de P. F. sigillum periclitatur, ad Card. Pœnitentiarium Majorem.[1] Si tamen supplica pro foro externo ad Episcopum directa, et ab eo dispensatio concessa fuit, supplica pro foro interno mitti potest sive ad Episcopum sive ad

[1] Cfr. supra n. 41, nota.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Card. Præf. de Prop. F.[1] At si utraque ad Episcopum dirigitur, periculum imminet diffamationis Oratorum, quandoque etiam frangendi sigillum sacramentale. Tum sacerdos nupturientibus exponat quidem hoc periculum, at etiam Ordinarii, qui eos plerumque non cognoscit, obligationem ad secretum servandum, eis proponat, ut pro foro interno causam exprimant, quæ differt ab illa in supplica pro foro externo expressa etc. Consensus, qui sæpissime facile obtinebitur, mentionem in supplica non faciat; tum enim Ordinarius certe eos cognosceret. Eis non conscentientibus, Romam, aut ad Delegatum Apostolicum recurrendum est.[2]

67.—V. Si pro foro externo *Romam recurritur*, id regulariter fit per Ordinarium, cui pro usu Diœcesis aut simpliciter omnia quoad casum exponuntur, ut dein ipse (nisi forsan ex facultatibus specialissimis possit dispensare) supplicam in forma confectam transmittat, aut supplica in lingua latina legitime conscripta ipsi traditur, ut eam testimonio suo commendet et auctoritate muniat, quo facto expensis postæ solutis transmittitur. "Pro foro externo nulla Romæ acceptatur supplicatio, nisi ab Ordinario confecta vel saltem ejus testimonialibus munita." Feije n. 687. Addunt *Acta S. Sed.* ii. 382: "Quodsi agatur *de matrimonio contracto*, supplicari quidem potest etiam per confessarium, verum dispensatio impedimenti committi *solet* vel Ordinario vel Parocho cum clausulis specialibus et opportunis ad hoc, ut gratia etiam in foro externo conjugibus suffragari possit," aut litteris supplicibus (quarum plures habeo in manibus), Secretario S. Congr. de Prop. Fide referente, SSmus addit Ordinario "facultatem, ut Oratores sive per se sive per alium virum ecclesiasticum absolvere queat a reatibus . . . necnon cum ipsis dispensare super impedimento . . ." Unde Sacerdos, qui tale Rescriptum (mediante amico Romano) accepit, ante ejus executionem delegationem Ordinarii obtinere debet, sub eadem pagina in scriptis appositam, ut documentum, in Archivio asservatum, pro futuro qua testimonium inserviat.—Pro casus indigentia, si (apud nos) supplica ad S. C. de P. F. dirigitur, etiam quandoque confessarius ipse executor dispensationis constitui poterit. Cfr n. 86. ad 4.—Si in foro interno recurritur, exceptis casibus supra

[1] Zit. *Disp.* p. 69. [2] Feije n. 722 (690).

expositis, etiam melius per Ordinarium fit transmissio. Scil. datur ei epistola sigillata dicendo, in ea contineri res ad conscientiam spectantes, aut si sine periculo sigilli id fieri potest, casus ei exponitur in forma conscribendus. Præter expensas autem tum nihil neque a Cancellario percipi potest.[1]—Si responsum apud nos ultra plures menses retardatur, eædem litteræ iterari possunt, addendo, id fieri, quod ob diu retardatum responsum timeatur, ne priores deperierint. Ideo (et etiam ob verificationem precum) servetur transsumptum supplicationis.

68.—VI. Supplicatio fit nomine Oratorum, *utriusque* quidem si uterque catholicus et impedimentum utrique commune est seu correlativum; *unius* nomine tantum, si vel alter catholicus vel impedimentum uni soli proprium est n. 49. **b**. At si catholici ambo sibi proprium impedimentum habeant et ejusdem sint Diœcesis, utriusque petitio in eadem supplica proponi potest; si vero sunt diversæ Diœcesis suum quisque Ordinarium adeat oportet; item quoad dispensationem a bannis.[2] In impedimentis communibus autem Ordinarius sive sponsi sive sponsæ adiri potest; melius tamen supplicatio fit apud Ordinarium sponsæ, si hæc impedimenti notitiam habet. —*Regulariter* pro foro externo Parochus, pro interno confessarius dispensationem procurat. Unde si confessarius compererit, pœnitentem indigere dispensatione pro foro externo, eum plerumque ad Parochum remittet.[3]—Dico: *Regulariter*. Nam aliquando etiam confessarius, præsertim matrimonio contracto, dispensationem procurare potest pro foro externo. Cfr. supra n. 67.—Supplicatio vero pro foro interno tecto nomine fieri potest etiam ab ipso Oratore et ab alio quocumque. Cfr. *Act. S. Sed.* viii. 627.

Nota. 1. In litteris revalidatoriis, "*Perinde valere*" dictis, servatis principiis supra n. 63 seq. expositis, repetitur quoad substantiam prior supplica et gratia concessa, additur, si qua interea occurrerit mutatio substantialis e. gr. matrimonium contractum (n. 65) et indicatur præcise causa nullitatis gratiæ, petiturque ejus reconvalidatio. Litteræ acceptæ revalidant gratiam prius acceptam et per fictionem retrahuntur ad diem datæ prioris gratiæ; non

[1] Gasparri n. 403. [2] Feije n. 266, 688. [3] Ærtnys vi. n. 638, 639.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tamen sanant defectus non expressos. Unde si nova causa invaliditatis detegitur, eæ invalidæ sunt et denuo earum sanatio (*Perinde valere super Perinde valere*) obtineri debet.

2. Si in supplica de *renovanda* apud aliquod tribunal facultate (ut pe Perinde valere) agitur, semper facultatis antea concessæ tempus (dies, mensis, annus) et numerus in capite ejusdem scriptus commemorari debet. De hoc monuit S. Congr. de Prop. Fide 15 Dec. 1883. (Transsumptum de hoc apud me est.).

69.—*De impedimentis cumulatis.* (Cfr. n. 15.)—Cumulatio de impedimentis specie distinctis præsertim intelligitur, attamen adest quoque in eadem specie, si pro eorum dispensatione ad diversa indulta aut ad varios ejusdem indulti numeros confugiendum est. Ita S. Pœn. 14. Jul. 1881 ap. Planch. n. 129. Si partes impedimentis cumulatis tenentur et *ejusdem Diœcesis* sunt, earum Episcopus indulto cumulationis gaudeat oportet, quo omnia partium impedimenta tum dirimentia tum impedientia comprehenduntur. (De indultis cumulandi cfr. n. 97. vi.). Si quod eo non comprehenditur aut Episcopus eo uti nequit, impedimentis omnibus, etiam illis, in quibus alias dispensare potest (bannis exceptis) in supplica expositis Romam recurrendum est, nisi Episcopo vi potestatis quasi-ordinariæ (n. 61. 62.) procedere liceat. (Cfr. etiam n. 2.)

Si vero *ad diversas Diœceses* pertinent, pro diversis hypothesibus diversa erunt facienda. Ita si *duplici* impedimento ligantur, quatuor distinguendæ sunt hypotheses: **a.** Duorum impedimentorum publicorum et utrique parti communium (v. g. consanguinitatis et cognationis spiritualis). **b.** Duorum impedimentorum occultorum et utrique parti communium (v. g. crimen neutro machinante et affinitas ex copula illicita). **c.** Duorum impedimentorum utrique parti communium, sed quorum unum est publicum (v. g. consanguitas), alterum occultum (v. g. affinitas ex copula illicita). **d.** Duorum impedimentorum, quorum unum utrique parti commune est (v. g. affinitas), alterum unam tantum afficit partem (v. g. votum castitatis simplex reservatum.) His prænotatis, respondeo:

1. In nulla harum hypothesium aliqua reperitur difficultas, si utriusque partis Episcopus dispensare potest in cumulatis,

dummodo, si de quarta hypothesi agatur, dispensatio detur ab Episcopo partis, quæ afficitur impedimento sibi soli proprio. Insuper in secunda hypothesi dispensari potest ex *Pagella S. Pœn.* si habeatur (cfr. n. 15. Nota) vi facultatis xii. (cfr. n. 215. vii. Nota) et facultatis xiii. (cfr. n. 124. I. c. Nota).

2. Pariter nulla difficultas, si alterius tantum partis Episcopus munitus sit facultate super cumulatis et dispensatio ab *hoc* Episcopo impetretur, dummodo in casu secundæ, tertiæ et quartæ hypothesis utriusque impedimenti notitia ipsi data fuerit, et dummodo si de quarta hypothesi sermo sit, in cumulatis dispensare possit ille ex duobus Episcopis, qui est Ordinarius partis, quæ tenetur impedimento sibi soli proprio.

3. Si neuter Episcopus facultate super cumulatis gaudeat, in casu primæ hypothesis ad Delegatum Apostolicum aut ad S. Sedem recurrendum est: item, nisi concurrant conditiones, sub quibus Episcopus uti possit facultate quasi-ordinaria, in casu secundæ et tertiæ. Quid vero, si agatur de quarta hypothesi? Certum est locum dari posse usui facultatis quasi-ordinariæ, si, ut in secunda et tertia hypothesi, utrumque aut alterutrum impedimentum sit occultum. Certum pariter est, Episcopum partis habentis impedimentum sibi soli proprium, facultate sua uti non posse, si utrumque impedimentum est publicum. Num vero, in hoc casu, *hanc* partem dispensare possit, postquam altera pars a suo Episcopo jam dispensata fuit? Affirmandum quidem videtur, quia, sublato jam impedimento utrique parti communi, non dispensaret amplius in cumulatis: at vero tutius erit de hoc casu, cæteroquin raro, consulere S. Sedem.

70.—VII. Dispensationis olim obtentæ mentio non requiritur, nisi aut jus tertii lædatur aut absque ea mentione impedimenti quantitas vel qualitas non sufficienter proponeretur ex eo, quod ob priorem dispensationem nova multo difficilius conceditur. Requiritur ergo ex. gr., si obtenta pro uno matrimonio dispensatione in voto castitatis, illo matrimonio per mortem compartis soluto, nova pro alio matrimonio petitur, vel si prioris dispensationis convalidatio postulatur, vel juxta S. Alph.,[1] si impedimentum oritur ex eodem crimine, in quo prius

[1] Lib. vi. 1137.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

jam fuit dispensatum.[1]—Si autem dispensatio petatur ad ducendam Bertham consanguineam et nunc mutato consilio ea relicta, nova petitur dispensatio ad ducendam Antoniam consanguineam (ergo in eadem materia), multi et graves DD. tenent, valere posteriorem dispensationem, quin prioris in supplica facta sit mentio; alii (juxta Rosset n. 2542. probabilius) hoc negant, quia est gratia exorbitans et intentionem S. Sedis excedens.—Non requiritur mentio negatæ dispensationis, si ab eodem Superiore aut æqualem potestatem habente negata fuit, excepto tamen recursu ad aliquam Congregationem Romanam post aditam aliam. Nec repulsa Ordinarii memorari debet in recursu ad S. Sedem, nec illa S. Sedis, si ad Ordinarium cum *diversa* causa recurritur; secus si cum eadem,[2] nisi id occurrat, de quo loquitur Rosset supra n. 41. (Nota). Imo multi DD. cum S. Alph. et Bucceroni (supra l. c.) absque distinctione causæ loquuntur, et Matharan n. 423. ita scribit:

"Repulsa accepta apud S. Sedem si quis nulla ejus mentione facta dispensationem accipit ab Episcopo, ea valet juxta Suarez *de Leg.* l. 6. c. 22; Castropalao tr. 3. d. 6. p. 16. § 4. n. 1; Pontium c. 17. n. 4; Kugler qu. 24; De Justis l. 1. c. 4. n. 220., quia superior *denegando* dispensationem nec aufert nec limitat potestatem dispensativam inferioris, etiamsi hæc delegata fuerit. Adversantur Sanchez d. 14. n. 5. Zitelli p. 70. Ball. Palm. n. 1380."

Nota. S. C. de P. F. 10 Nov. 1670 præcepit, ne proponerentur supplicationes alias a S. C. rejectæ, nisi continerent nova motiva vel novas causas validas pro obtinenda gratia (*Coll. Prop.* n. 304). At si nihilominus eadem petitio fieret et gratia concederetur, hæc juxta Bucceroni (*Cas. consc.* I. n. 42.) et alios valida esset.

71.—Demum Parochus et Confessarius non solum in genere scire debet, in quibus impedimentis vi facultatum dispensari possit, sed etiam quibus sub conditionibus et quomodo pro casus necessitate aliquando hæ conditiones mitigari possint necnon quid amplius juxta rerum adjuncta in supplica addendum sit. Unde, priusquam formulæ litterarum supplicum apponantur, de modo facultates applicandi agendum est.

[1] Feije n. 719 (716), Rosset n. 2540. [2] Ita Feije l. c.

Nota. Quoad impedimenta præter Instr. cit. conferantur Auctores, præsertim Feije n. 105 seq., Gasparri n. 244 seq., De Becker etc.; quoad causas iidem. Concinne de hac materia agit Allègre: *Impedimentorum matrimonii synopsis*, ed. 4, Parisiis 1889.

ARTICULUS III.

DE MODO FACULTATES APPLICANDI ET EXEQUENDI.

In dispensationibus etc. concedendis et exequendis, quæ vi indulti dantur, ab indultario (Episcopo) et ab illis, quibus communicatio facta est, eædem regulæ servandæ sunt, quæ servantur in Curia Romana.[1] Unde:

§ 1. De Modo Procedendi in Curia Romana.

72.—Prænotanda. a. Rescripta conceduntur vel in forma gratiosa, ubi Papa gratiam per seipsum facit, ita ut indultarius jam ab initio jus ad eam acquirat, etiamsi sæpius cuidam, e. gr. Ordinario gratiæ executio *præceptive* committatur, qui ex hoc *executor necessarius* dicitur, eaque executio fieri debeat aut per exercitium nudi ministerii absque ulla causæ cognitione, ubi *executor merus* dicitur, aut post verificationem expositorum sibi commissam, ubi est *executor mixtus*.

Vel conceduntur in forma commissoria, ubi Papa gratiam per seipsum non facit, sed committit alii, ut eam faciat, addendo e. gr. si in Domino expedire judicaverit aut simile. Hic dein est *executor voluntarius*.[2] Notat vero Bonal tr. II. 94., hanc formam nunc rarissime adhiberi.

Ad quæ observandum, clausulam: *arbitrio et conscientia Ordinarii* etc. aliquando additam minime significare, Ordinarium esse executorem voluntarium et partem judicis assumere in executione Rescripti, sed esse meram *expressionem convenientiæ ac reverentiæ*, ut ex resol. S. C. C. 6. Dec. 1845 docet Bucceroni *Cas. consc.* I. n. 46.—Dispensationes *matrimoniales* a S. Sede

[1] Cfr. supra n. 3 seq.

[2] Ita Sanchez *de matr.* lib. viii. d. 28. n. 87 et 94; de Justis c. 6. n. 505 seq.; Reiffenst. in I. Decr. tit. 3. n. 257; Ball. Palm. *Op. mor.* vi. 1891; Matharan n. 433; Bucceroni *Cas. consc.* I. n. 46 etc.; S. C. Ep. et Reg. 7. Apr. 1769 ap. Bizzarri p. 38.

nonnisi mediante executore concedi solent, et licet sint gratiæ factæ, effectum suum non sortiuntur, nisi per actum executionis seu "fulminationis."

b.—Executio Rescripti stricte ab eo ipso fieri debet, cui est commissa. Unde Administrator Rescripta ad Episcopum directa exequi nequit, nisi facultatem S. Pœnit. aut S. Officii ad hoc obtinuerit.—Quoad *dispensationes matrimoniales* autem Leo XIII. per Decr. S. Off.[1] sequentia sanxit: 1. Dispensationes matr. omnes in posterum committendas esse vel *Oratorum Ordinario* vel *Ordinario loci*.—2. Appellatione *Ordinarii* venire Episcopos, Administratores seu Vicarios Apostolicos, Prælatos seu Præfectos habentes jurisdictionem cum territorio separato, eorumque Officiales seu Vicarios in Spiritualibus generales, et sede vacante Vicarium Capitularem vel legitimum Administratorem.—3. Vicarium Capitularem seu Administratorem eas quoque dispensationes Apostolicas exequi posse, quæ remissæ fuerint Episcopo aut Vicario ejus generali vel Officiali nondum executioni mandatas, sive hi illas exequi cœperint sive non. Et vicissim sede deinde provisa, posse Episcopum vel ejus Vicarium in Spiritualibus generalem seu Officialem exequi dispensationes quæ Vicario Capitulari exequendæ remissæ fuerant, seu hic illas exequi cœperit seu minus.—4. Dispensationes matrimoniales Ordinario Oratorum commissas, exequendas esse ab illo Ordinario, qui litteras testimoniales dedit, vel preces transmisit ad Sedem Apostolicam sive sit Ordinarius originis sive domicilii, sive utriusque sponsi sive alterutrius eorum; etiamsi sponsi quo tempore executioni danda erit dispensatio, relicto illius diœcesis domicilio, in aliam diœcesim discesserint non amplius reversuri, monito tamen, si id expedire judicaverit, Ordinario loci, in quo matrimonium contrahitur.—5. Ordinario prædicto fas est, si ita quoque expedire judicaverit, ad dispensationis executionem delegare alium Ordinarium, eum præsertim, in cujus diocesi sponsi actu degunt.

NOTA. Si quidam Ordinarius executionem rescripti in casu matrimoniali incepit, ejus successor non tenetur omnia ab initio susci-

[1] S. Off. 20 Febr. 1888 ap. *A. E. Rev.* vol. v. 138; *Act. S. Sed.* xx. 543; *Coll. Prop.* n. 1471; Feije ed. 4. n. 728.

pere, ac si antecessor nihil fecisset. Hoc Decreto prædicto Leonis XIII., non obstante Resp. S. Pœn. de 3. Apr. 1886 (n. 39), conforme esse, defendit Eppus Rosset n. 2646.—Porro executor potest Rescriptum exequi, etsi Pontifex interim moriatur; agitur enim de re, quæ præceptive ei commissa, ergo gratia facta est.[1]

c. In Rescriptis[2] plerumque est pars *narrativa*, in qua breviter repetitur objectum supplicæ vel totum vel ejus pars, cum causa, et pars *dispositiva*, in qua una cum gratia clausulæ pro ejus executione exponuntur.—Nota sequentia adagia: "Verba dispositiva magis quam narrativa sunt attendenda" et "Ex narrativis non valet argumentum." Pyrrh. Corr. Lib. iii. cap. i. v. *Et est.*

73.—I. Rescripta pro foro externo.

Quæ pro varietate impedimenti in parte *dispositiva Rescripti pro foro externo* occurrunt, hæc fere sunt:

a. Oratores (nisi Rescriptum veniat ex S. C. S. Officii) absolvuntur ad cautelam aut si e. gr. ob matrimonium contractum coram ministro hæretico excommunicationem incurrerunt, facultas eos antea absolvendi "per te vel delegatum specialiter deputandum" committitur Executori. Cfr. n. 46.

74.—b. Executor jubetur *de precum veritate investigare*, scil. de omnibus iis, quæ sunt in parte narrativa. Quodsi in petitione tacitum fuisset, quod de valore necessario exprimendum (subreptio) aut expressum, quod necessario reticendum erat (obreptio), Executorabsque litteris sanatoriis *"Perinde valere"* (n. 68. Nota 1.) prævie obtentis dispensationem non posset exequi, cum preces veritate non niterentur. (Cfr. n. 13. **a.**)

Quando ergo in nomine vel cognomine Oratoris, in nomine Diœcesis etc. majoris momenti error occurrit aut impedimentum non fuit sincere expressum, litteræ sanatoriæ a S. Sede impetrari debent, nisi Episcopus habeat facultatem sanandi litteras Apostolicas et corrigendi nomina.[3] Error tamen, qui nullo modo substantialis est, ut si nomen simplex (Anna) poneretur pro diminutivo (Annetta) aut unum nomen (Maria) pro duplici

[1] Ita Feije ed. 4. n. 731.

[2] Specimina recentiora dispens. matr. habes ap. *N. R. Th.* xix. p. 261 seq. et ap. Gasparri vol. ii. p. 455.

[3] Specimen habes ap. *Il Mon. eccl.* vol. ii. pars iii. p. 85.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(Marianna) exprimeretur aut si una littera tantum, quæ facile confusibilis est cum alia, ut *n* pro *u*, *o* pro *a*, *r* pro *v*, incorrecte scripta fuisset,—rescriptum non reddit subreptitium et nullum,[1] prout nec in casu, quo ex errore Ordinarii, nomine oratoris pro dispensatione supplicantis, erronee scribitur, oratricem pertinere ad eandem Diœcesin; ubi dein, post decr. S. C. S. Off. 20. Febr. 1888 (n. 72.) error deprehensus ab Ordinario simpliciter corrigendus est.[2] Quando demum causa finalis (cfr. n. 44) falso fuerit allegata, plerumque nova dispensatio est petenda, non *Perinde valere*.[3]—Nunc[4] loco clausulæ: "si preces veritate niti repereris" apponitur: "si vera sint exposita." Unde hæc inquisitio (secunda), si Executor ex prima ante confectionem litterarum supplicum instituta et etiam quoad interim occurrentia omnino certus esset, subreptionem et obreptionem nullo modo subsistere, prorsus omitti posset.[5] Hoc casu excepto, investigatio hæc ("verificatio precum") olim necessaria sub valore,[6] etiam nunc est obligatoria,[7] et "ejusmodi esse debet, ut judex delegatus" (i. e. Executor) "quoad veritatem expositorum, conscientiæ suæ satisfactum esse sentiat."[8]

NOTA. Sententiæ communiori et ratione styli Curiæ tutiori (cfr. *Act. S. Sed.* v. 27, vii. 429) supra expositæ opponitur alia probabilis plurium DD., secundum quam per errorem in nomine aut cognomine, imo etiam si loco consanguinitatis in supplica positæ

[1] *Il Mon. eccl.* vol. vii. p. ii. p. 35; Feije n. 698 seq.

[2] Ita S. Pœn. 6. Febr. 1895 ap. *Il Mon. eccl.* vol. ix. p. i. 10. et *Linz. qu. Schr.* 1895, p. 976.

[3] Feije n. 729. (726).

[4] Decr. de 28 Aug. 1885 ap. *A. E. Rev.* vol. v. p. 300 et Zit. *Disp.* p. 93.—Hoc decretum, ad quod in sequentibus pluries refertur, juxta *Analecta eccl.* 1895 pag. 373. a S. C. S. Off. editum est pro "litteris Apostolicis, in quibus a Dataria Apostolica conceduntur dispensationes matrimoniales:" at valet etiam pro S. Pœnit. in dispensationibus pro foro externo.

[5] S. Pœn. 27 Apr. 1886 ad 3 ap. *N. R. Th.* xix. 141 et *A. E. Rev.* 1891 ii. 310.

[6] Bened. XIV. const. *Ad Apostolicæ* 25 Febr. 1742 n. 1 et *Inst.* 87 n. 34.

[7] *N. R. Th.* xix. 149.

[8] S. Pœn. 1 Jul. 1859 ap. *N. R. Th.* xix. 154.

scriberetur affinitas (Matharan n. 436.) aut per similem errorem simpliciter curialem non vitiatur rescriptum, dummodo constet de identitate ejus, cui concessa est gratia, quia Summus Pontifex (et idem dic de concessione Episcopi) intendit dispensationem concedere *petenti* sive is sit Petrus sive Paulus, et super impedimento sibi *exposito*. (Sanchez VIII. d. 21. n. 37 seq.; De Justis I. cap. 4. n. 54, et cap. 6. n. 107; Feije n. 698; Matharan n. 406. et 436. Ob damnum officialibus Curiæ secus inferendum excipit De Justis cap. 4. n. 56, casum, ubi dispensatio in forma pauperum petita fuit.) Unde si talis error detegitur ante celebrationem matrimonii, et tempus recurrendi deficit, illud valide contrahi poterit. Prudenter tamen res postea defertur ad Ordinarium pro correctione. (Feije l. c.; The New Parish Priest's Manual by Jos. Frassinetti, transl. by Wm. Hutch. London, 1893, p. 438.)

75.—c. Si impedimentum aut causa allegata in crimine, ut incestu (cfr. n. 222 iv.), adulterio, conjugicidio etc. fundatur, variæ pœnæ, etiam vi legum localium supponuntur incursæ, quarum absolutio ob rei ad S. Sedem delationem, Superioribus inferioribus sublata censetur. Ideo delegato *pro hac vice* conceditur *facultas absolvendi a pœnis, censuris et reatibus* propter exposita contractis unacum obligatione *injungendi pœnitentiam congruam salutarem*. Absolutio hæc differt ab ea, quæ *ad effectum* et *ad cautelam* datur (n. 46. et 73. **a.**). Quoad hæc nota:

1. Absolutio hæc cum impositione pœnitentiæ non est sacramentalis, sed pro foro externo. Ideo dari potest etiam absenti. Ita absolutus dein in Confessione absolvi potest a quolibet confessario, quamvis alias peccatum fuerit ab Episcopo reservatum.

2. Pœnitentia imposita ab Oratoribus per se acceptari debet. Si vero eam postea non adimplent, peccant, at dispensationi datæ id non nocet.[1] An, si pœnitentia quidem acceptetur, sed cum animo, eam non implendi, dispensatio invalidetur, dubitatur: affirmat Scavini,[2] at probabile est, eam valere. Nam S. Pœn.[3] respondit: "dummodo confessarius . . . Executor servet, quæ sibi in litteris præscribuntur, tunc datæ, vigore earundem litterarum, dispensationes validæ erunt, etiamsi con-

[1] S. Pœn. ap. Feije n. 742 (743).

[2] *Th. mor.* ed. 13, n. 825, 5 ad nota 2.

[3] Ap. Feije n. 749 (750).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tingat pœnitentem nulliter et sacrilege confiteri." Ex quo concluditur, dispensationem valere, si Executor observat, quæ sibi sunt præscripta, ejusque valorem non pendere a dispositione dispensandi, sed ab observatione clausularum per Executorem.[1] Si pœnitentia ab Executore (ex inconsiderantia etc.) non imponitur, dispensatio non corruit. Excipiunt, si fuerit determinata;[2] sed neque hoc est certum, ut patet ex nota infra n. 82. Peccat tamen graviter Executor eam non imponens; attamen si dispensandus eam non acceptare putatur aut revera eam non acceptat, pro mutatione aut totali remissione ad S. Sedem recurrendum est, quæ, teste Planchard,[3] eam quandoque, si gravia mala sunt timenda, ut matrimonium civiliter tantum contractum, integram remittit. Imo probabile est, hanc clausulam esse tantum monitionem de eo, quod jure communi sit agendum. Ideo, si periculum est in mora, Executor ipse eam mutare aut remittere poterit. Cfr. dicta n. 13.

Nota. Absolutio datur in forma simplici, cum non amplius addatur: "in forma Ecclesiæ consueta" (cfr. Rit. Rom.), eaque dari potest etiam per alium.[4] Porro nec juramentum ab Oratoribus amplius exigitur, quo asserere debuerunt, se incestum non commisisse sub spe facilius habendæ dispensationis.[5] Quoad incestum et pœnitentiam cfr. Form. D. art. 6 et 7 (n. 226, 227) et infra n. 82. ad finem S. Pœn. 8 Apr. 1890.

76.—Præter pœnitentiam tum a S. Congr. de Prop. Fide tum a S. Pœnit., si dispensat pro foro externo,[6] injungitur: *a.* Ut eleemosyna arbitrio Ordinarii taxanda a partibus erogetur. Eleemosyna hæc non necessario ante dispensationis fulminationem eroganda est.[7] Si tanta est Oratorum paupertas, ut eleemosynam erogare non possint aut minimam tantum, ab Ordinario eis remitti poterit;[8] imo[9] injunctio eleemosynæ nec est de valore dispensationis et relinquitur prudenti judicio et

[1] *Linz. Qu. Schr.* 1890, p. 905. [2] Lehmk. ii. 819. 5. [3] N. 316.
[4] Decr. 28 Aug. 1885 ad 5; *A. E. Rev.* 1891, ii. p. 301.
[5] Decr. cit. ad 1. [6] Feije n. 610 (746).
[7] S. Pœn. 11 Jun. 1859 ap. Planchard n. 249.
[8] Planchard n. 250.
[9] S. Pœn. 11 Nov. 1890; *A. E. Rev.* vol. v. 135 et S. Pœn. 10 Junii 1876 ap. *Coll. Prop.* n. 1493 et *Act. S. Sed.* xxvi. 514.

conscientiæ Ordinarii. *b.* Ut Oratores fidem sacramentalis confessionis exhibeant. Attamen si liqueat, unum vel alterum nolle confiteri, supplicari potest, ut hæc clausula omittatur.[1] Hodie clausula non amplius apponitur.[2]

Porro sequuntur clausulæ continentes quasi conditiones, sub quibus prædicta absolutio et dein dispensatio dari potest.

77.—d. "Quatenus contra ipsos causa super præmissis (scil. incestu etc.) in judicium (ecclesiasticum aut laicum) deducta fuerit, parito judicato" i. e. requiritur, ut sententiæ judicis paruerint, et hoc quidem juxta Rosset n. 2693 de valore actus. Nec permittenda est ulla promissio parendi.

e. "Quodsi ex dispensatione eis concedenda scandalum non sit oriturum" (cfr. n. 9).

f. "Remoto, quatenus adsit, scandalo, præsertim per separationem tempore tibi bene viso, si fieri potest." Ita post Decr. de 28. Aug. 1885 ad 3.—Unde ad removendum scandalum et occasionem peccati etiam nunc præferenda quidem est physica separatio Oratorum, at permittuntur alii quoque modi, qui prudenti judicio Ordinarii sufficiunt ad illud removendum. "Si (Ordinarius) aliquo in casu scandali reparationem omiserit, *sileat* et in posterum cautius se gerat." (Nota *sileat*; ergo valet dispensatio. Ita Planchard [*N. R. Th.* xxi. 511]; *Il Monit. Eccl.* vol. ix. pars ii. pag. 17 et De Becker p. 326. Nota 1., quibus tamen contradicunt Feije ed. 4. n. 742. et Rosset n. 2680).

Prius clausula erat: "dummodo in separatione ermanserint."[3]

Nota. Veniæ petitio et duplex confessio nunc amplius non præscribuntur.[4]

g. "Dummodo mulier propter hoc rapta non fuerit." De qua clausula cfr. n. 13 et art. 10 Form. I.

h. "Ne quid muneris aut præmii exigere aut oblatum recipere præsumpseris." Olim hæc gravis prohibitio remune-

[1] Zit. *Disp.* p. 84. [2] Feije n. 746 (747).
[3] S. Pœn. 27 Apr. 1886 ad 5 et 12 Apr. 1889 ap. *Coll. Prop.* n. 1498 et *A. E. Rev.* 1890 i. p. 61; Decr. 28 Aug. 1885. ad 3; *Act. S. Sed.* xxvi. 309.
[4] Decr. 28. Aug. 1885. n. 1; *N. R. Th.* xvii. 518; *Coll. Prop.* n. 1496. Nota.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rationis ante executionem dispensationis acceptæ conjuncta fuit cum excommunicatione pro Vicario Generali, cum suspensione ab exercitio jurisdictionis et pontificalium et perceptione fructuum mensæ pro Episcopo—necnon cum invaliditate dispensationis. Cfr. Decr. de 28. Aug. 1885 ad 2.

NOTA. "Nihil percipi potest tam ab Episcopo quam ab Officialibus, præter congruam summam in mercedem laboris quem Notarius seu Cancellarius subit in exequendis dispensationibus, nisi speciale indultum ipsi tributum fuerit." Ita S. Pœn. 26 Apr. 1861.[1] Episcopum et Vicarium Generalem, qua Executores nec vi consuetudinis aliquid posse percipere, pluries decidit S. C. C., præsertim in una Granaten. 22 Junii 1871 et 28 Jan. 1882.[2] In hac tamen prohibitione non comprehenditur informatio ex testibus, documentis etc. capta ad preces efformandas pro *dispensatione obtinenda*. In hac informatione præcedenter ad dispensationem impetrandam instituta Vicarius Gen. potest aliquid percipere juxta taxam ab Episcopo statutam. S. C. C. 18 Apr. 1885.[3] (Confer infra n. 172.)

i. A S. Pœn. additur: "Dummodo super petita ad Apost. Datariam recursus non sit factus." (Cfr. n. 2. II.)

j. Si in forma pauperum et pro pauperibus dispensatio petitur: "Dummodo ipsi pauperes et miserabiles existant." Si paupertas falso allegata fuit, dispensatio quidem illicita, at non invalida est.[4] Excipiunt aliqui casum, quo dispensatio *pro foro externo* a S. Pœnitentiaria fuit impetrata, eo quod, paupertate falso allegata, hoc Tribunal aliam dispensationem aut sanationem concedere vel a S. Pontifice impetrare soleat.[5] Alii tamen putant, hoc fieri tantum ad tranquillandas conscientias et ad validitatem matrimoniorum in tuto ponendam, prout id fit in aliis quibusdam casibus, ideoque tenent, talem dispensationem valere. S. C. C. 28 Jun. 1873 dubium, tertio propositum, indecisum reliquit, respondens: "nihil esse innovandum" i. e. ut Rosset n. 2691 cum Santi tenet, praxin S.

[1] *N. R. Th.* xviii. p. 411. Cfr. indultum Archieppi Cameracen. ap. Mühlbauer: *Thes. Resol. S. C. C.* vol. v. p. 569.
[2] *N. R. Th. l. c.* p. 408; *Coll. Prop.* n. 1510.
[3] *N. R. Th. l. c.* p. 602; cfr. Gasparri n. 400, 424.
[4] S. Alph. *Ho. ap.* tr. 18, n. 87.
[5] Hæc sententia probabilior esse videtur.

Pœnit. supra indicatam esse observandam, ideo in casibus singularibus pro remedio recurrendum. Interim vero matrimonio contracto standum est pro valore actus. Semper etiam Datariæ, quam S. Pœnit. in hoc casu supplet, jura servanda sunt.[1] Hisce clausulis verificatis tandem procedi potest ad absolutionem (sub **c.** vel **a.**), dispensationis "fulminationem" et prolis legitimationem.

78.—Ex prædictis Ordinarius[2] verificationem precum (sub **b.**) et clausularum (sub **d. e. f. g. i. j.**) et si vult, etiam absolutionem sub **c.** subdelegare potest Parocho, idque per mandatum speciale et expositis articulis investigationis.[3] Parochus subdelegatus non a partibus ipsis, sed aliunde scil. ex libris parochialibus, testibus probatis, fama publica certitudinem de articulis acquirere conabitur. Si quid veritati non consonum compererit, referet Ordinario, ut aut desistendum a dispensatione decernat aut pro *Perinde valere* recurrat. Omnibus veris repertis, ad Ordinarium relationem faciet, qui demum in Decreto scripto fulminationis, in quo mentio fit auctoritatis Apostolicæ et verificationis prædictæ, absolutionem (si Parochus ex subdelegatione absolvit, hujus fit mentio), dispensationem et legitimationem exprimit.[4] Ex his de valore est *expressio* dispensationis et legitimationis: "non enim sufficit *velle*, nisi exprimatur ore"; sufficit vero dicere: *dispensamus, legitimamus*.[5]—Non est per se de valore, ut Decretum scripto fiat, nec ut addatur: "ex auctoritate Apostolica"[6] nec ut exprimantur singuli verificationis actus.[7]—Perperam, quamvis probabilius valide, ageretur, si tantum diceretur, partibus licere Matrimonium contrahere.[8]

[1] Cfr. etiam Gasparri n. 325; *Act. S. Sed.* vii, 423 seq.; Feije ed. 4. n. 696; Marc n. 2052. qu. 4.
[2] S. Pœn. 27 Apr. 1886 ad 2 ap. *A. E. Rev.* 1891, ii. p. 310.
[3] Formula habetur ap. Joder p. 83 et Planchard n. 284; Benger *Pastoraltheol.* iii. p. 959.
[4] Formulæ habentur ap. Monacelli i. tit. viii.; Reiffenst. App. n. 365; Barbosa: *Formularium Episcopale;* Heiss p. 407; Gasparri vol. ii. p. 466.
[5] Pyrrh. Corr. lib. i. cap. iv.; *Coll. Prop.* n. 1496.
[6] *Coll. Prop.* n. 1486, 1483. [7] *Coll. Prop.* n. 1487.
[8] Gasparri n. 396 seq.; Zit. *Disp.* p. 103.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

NOTA.—1. Juxta Bucceroni[1] Delegatus ad dispensationem Datariæ exequendam "debet declarare coram partibus et testibus, tolli impedimentum matrimonii, et jubere ut attestatio hujus dispensationis scribatur in registris Diœceseos,—et debet transmittere Rescriptum Datariæ ad Parochum alterutrius partis cum licentia, ut matrimonio assistere possit."—Si partes absentes sunt, ex prædictis sufficit, eis officialiter (per parochum) dispensationis executionem intimare.—2. Parochus dispensationem ab impedimento obtentam in proclamationibus publicare, prout etiam dispensationem ab una vel altera proclamatione publici juris facere debet monendo, ut aliquod impedimentum scientes illud quam primum manifestent. — Matrimonio contracto dispensationes omnes in Libro Matr. adnotandæ et instrumenta eas respicientia in Archivio probe servanda sunt.—3. Quia quandoque ad omnia quæ pro dispensationibus requiruntur, elucidanda, pluries scribendum et rescribendum est, petitio tempestive transmitti debet. Alia cfr. infra n. 89. Nota.

79.—II. Rescripta pro foro interno.[2]

Dispensatio pro foro interno a S. Pœnitentiaria committitur litteris sigillatis, in involucro directionis contentis, *ordinarie: Discreto viro Confessori ex approbatis ab Ordinario* aut (si *electus* fuerit quidam confessarius) *Discreto viro N. Confessario* in confessione exequenda. Ideo Confessarius debet esse approbatus, ita ut partes apud eum confiteri possint, et specialiter ad hoc eligi ab Oratore vel Oratoribus.

Si tamen confessarius ex litteris traditis et apertis videat se aliquo ex requisitis carere aut si postea nolit aut non possit electionem acceptare, aut pœnitens ipse eo quod confessarius quidam nimis strictus esse videtur, alium velit adire, etsi confessarius nominatim fuit delegatus, non opus est novarum litterarum petitione, sed primæ, licet apertæ, tradi possunt alteri confessario exequendæ. (Feije ed. 4. n. 748; Ben. XIV. *Inst.* 87. n. 33; Rosset n. 2650.)

NOTA. Dixi *ordinarie;* nam 1. si inscriberentur (quod nunc raro fit): "Magistro in theologia vel Decretorum Doctori" etc. talis i. e. laureatus vi auctoritatis apostolicæ sive in Universitate catholica sive per indultum aut privilegiatus quoad hoc est eligendus aut

[1] *Inst. Th. mor. de matr.* n. 119.
[2] Specimen vide ap. Gasparri vol. ii. p. 461.

recurrendum.[1] Hoc tamen præcaveri potest in supplica. 2. S. Pœn. aliquando, præsertim si in supplica aversio partium a Sacramento Pœnitentiæ exprimitur, in Rescripto omittit clausulam: "audita prius confessione"—"in actu Sacramentalis Confessionis tantum" etc. Hoc in casu verificatio et fulminatio etiam extra confessionem valet.[2]

Confessarius, litteris acceptis, Oratorem aut Oratores, tempore prius determinato, expectat et quidem in confessionali, si litteræ, prout ordinarie præscribitur, in confessione exequendæ sunt; Clausulas vero antea bene perpendat. Proinde:

80.—a. Opportune monito pœnitente de veritate sincere dicenda confessarius *inquirere debet* (nisi jam aliunde rei veritatem certo cognoverit) ex pœnitente solo (non ex testibus), an vera sint in litteris exposita: res ipsa, circumstantiæ, causa, an impedimentum sit occultum juxta dicta n. 23, an non obstet aliud impedimentum sive publicum sive occultum (an ejus, pro quo alibi dispensatio fuit obtenta, mentio sit facta in litteris S. Pœn.) etc. Obreptione vel subreptione quoad aliquid essentiale existente, absque litteris sanatoriis prævie obtentis procedere nequit; item quando certus est de rei falsitate, licet pœnitens veritatem tueatur, nisi ex alterius confessione falsitatis certitudinem habeat.[3]

81.—b. Injungitur confessario prævia absolutio a censuris et reatu incestus (cfr. supra n. 75.) pro foro interno. Sufficit ea, quæ datur in absolutione sacramentali (n. 47.).

Insuper pro subjecta materia adduntur clausulæ continentes quasi conditiones a pœnitente adimplendas pro hac absolutione et pro dispensatione, scil.:

c. *Remota occasione peccandi*[4]—physice aut, si necessaria est, eam convertendo in remotam. Si pœnitens occasionem peccati e. gr. sororem sponsæ in impedimento affinitatis ex copula illicita, nolit, cum possit, removere, aut si non possit, nolit per media opportuna præcavere lapsui, non potest confessarius dispensare, sed pro casus qualitate recurrere debet, ut discat, quid sibi faciendum sit. At vero cum hæc clausula de juris dispo-

[1] Zit. *Disp.* p. 85; Ben. xiv. *Inst.* 87 n. 432.
[2] Gasparri n. 401.
[3] Bened. xiv. *Inst.* 87, n. 34.
[4] Cfr. *Pag. Pœn.* n. xi et xiii.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sitione tantum monere videatur, ex causa gravi et urgenti ejusmodi indispositus, dummodo postmodum dispositus fieri censeatur, absque absolutione sacramentali dispensari potest, uti erui posse videtur ex Resp. S. C. de P. F. ap. *Coll. Prop.* n. 148.

82.—d. *Injuncta (gravi) pœnitentia salutari etc.*[1]—*Quodque in pauperes faciant aliquam eleemosynam.* De utraque clausula confer dicta sub n. 75 et 76.—Pœnitentia hæc præter sacramentalem imponenda talis esse debet, ut ex ea delicti suspicio non oriatur. *Gravis* pœnitentia est opus, quod ab Ecclesia impositum sub gravi obligat; *salutaris*, quæ est pœnitenti medicinalis. Unde gravis pœnitentia salutaris posset esse jejunium per sex menses semel qualibet hebdomada, recitatio tertiæ partis Rosarii per tres menses tribus diebus qualibet hebdomada vel aliud pietatis opus arbitrio confessarii imponendum considerata qualitate, statu, sexu et ætate pœnitentis.

Ita Tib. Navar[2] quoad affinitatem ex copula illicita et impedimentum criminis, si est absque machinatione. In utroque etiam dicitur: "imposita pœnitentia salutari et Confessione Sacramentali quolibet mense per tempus arbitrio tuo statuendum"[3] ubi præter pœnitentiam non sufficit confessionem per unum mensem imponere, sed saltem tempus duorum mensium est arbitrandum, et satis bene esset tempus sex mensium.[4] In crimine cum machinatione clausula ita sonat: "1. injuncta ei pro modo culpæ gravi et longa, quæ saltem per annum duret, pœnitentia salutari, *et* Orationibus, *ac* pro modo facultatum suarum *eleemosynis*, etiam ad celebrandum aliquem numerum Missarum pro anima occisi, *necnon* frequentia Sacramentalis Confessionis peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, ut minimum semel, et sæpius, prout animæ suæ saluti expedire judicaveris; 2. quodque hæredibus occisi, necnon eis, quibus ille, dum viveret, subvenire forsitan solebat, satisfaciat et subveniat in eo in quo tenetur, caute tamen, ne se prodat."[5]

[1] *Pag. Pœn.* xi-xiii.
[2] Pars ii. cap. 2.—Idem dicit S. Alph. vi. 1143.
[3] *Pag. Pœn.* xi, xii.
[4] Tib. Navar l. c. cap. 3; cfr. tamen infra: nota.
[5] Joder p. 200. Ea sub 2. potius juris explanatio quam pœnitentia est. Cfr. n. 5.

Quodsi uterque machinatus fuerit in mortem alterutrius conjugis, gravior quoque pœnitentia pro qualitate flagitii præscribi solet atque adjungi supradictis, ut jejunent singulis feriis sextis per annum, et certas preces pro anima defuncti flexis genibus recitent.[1]

Pœnitentia *gravissima* est gravis duplicata vel triplicata;—*longa* est hebdomadatim per annum continuanda;—*diuturna*= eadem per tres annos se extendens (juxta Gasp. n. 376 a longa non differt); *perpetua*=totam vitam, licet non singulos dies, complectens. Konings *Comp.* n. 1628 qu. 7 ad 5.

Si imponitur a S. Pœnitentiaria ipsa, a confessario per se nequit mutari. Si tamen ob graves causas id quod injunctum est, exequi non potest, aut recurrat pro remissione aut si periculum est in mora ipse eam mitiget vel remittat (cfr. n. 75).[2] Si pœnitentiæ impositio confessario fuit relicta, ea, quæ ab illo fuit determinata, ab ipso quidem, non vero ab alio confessario commutari potest, nisi[3] gravis ad hoc existeret causa et non esset facilis accessus ad priorem confessarium. Cæterum in determinatione pœnitentiæ prudentia juri conformis semper adhibeatur oportet, uti hoc patet ex seq.

Cuidam Episcopo scil. anxio, quod pœnitentes graviorem et diuturniorem pœnitentiam cum gravamine conscientiæ non sint executuri, S. Pœn. 8 April 1890 resp.:[4] "In præfinienda pœnitentiæ qualitate, gravitate, duratione etc., quæ dispensantis aut delegati arbitrio juri conformi remittuntur, neque severitatis neque humanitatis fines esse excedendos, rationemque habendam conditionis, ætatis, infirmitatis, officii, sexus etc. eorum, quibus pœna irrogari injungitur."

Nota. S. Pœnitentiaria "pagellæ" nunc addere solet: "Mens nostra est: . . . 2. ut injunctio Confessionis Sacramentalis, de qua sub n. xi. xii. et xiii.,[5] non sit irritativa, sed tantum præceptiva."[6] —Unde ex gravi causa mitigari aut omitti poterit.

[1] Planchard n. 518 ex Giovine.
[2] *Il Mon. eccl.* vol. vii. part. i. p. 278.
[3] Ut hoc probabile habet S. Alph. vi. n. 529, dub. 2.
[4] *Il Monitore eccl.* vol. vi. part. ii. 56; *N. R. Th.* xxii. 504; Bened. xiv. *Inst.* 87, n. 38; *Coll. Prop.* 1499; *Act. S. Sed.* xxvi. 510.
[5] Vide n. 124 et 215.
[6] *Linz. Qu. Schr.* 1890 p. 907.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

83.—e. Causa in matrimoniis contractis est regulariter: scandalum ex separatione et periculum incontinentiæ ex cohabitatione; unde clausula: *dummodo separatio fieri non possit absque scandalo et ex cohabitatione de incontinentia timendum tibi visum fuerit,* quæ clausula, ut notat Lehmkuhl ii. 822 cum Scavini et consentit Tib. Navar pars ii. cap. 3, pag. 74, confessarium inquietare non debet, si quidem naturaliter scandalum ex separatione et incontinentia ex cohabitatione vix non semper oritur.[1]

84.—f. In matrimonio invalide contracto confessarius pœnitentem monere debet, ut post dispensationem non habeat copulam, quin prius renovet consensum matrimonialem, seu ut ponatur consensus mutuus novus isque independens a primo invalido.

1. Si utraque pars est impedimenti conscia et in matrimonium consentit, absque difficultate secreto inter se, sine testibus, consensum mutuum dare possunt. "Possunt etiam coram proprio confessario, quando fieri potest commode absque scandalo, quod detegatur eorum delictum, hujusmodi consensum præstare."[2]

2. Si una pars est impedimenti conscia, additur clausula: *certiorata altera parte de nullitate matrimonii, sed ita caute, ut ipsius delictum nusquam detegatur.*—Confessarius ergo moneat pœnitentem, ut compartem, quin eam instruat de cæteris, ita e. gr. alloquatur: "Confessarius mihi dixit, meum consensum, quando nupsi, non fuisse recte præstitum, eja, mutuo eum nunc renovemus."[3] Sin autem hic modus apertus, eo quod pars ignara sit suspiciosa, matrimonii pertæsa etc. cum periculo sit conjunctus, nisi recurrere possit pro sanatione in radice aut declaratione Episcopi, doceat pœnitentem quomodo per copulam maritalem renovare possit suum consensum. Qui modus a S. Pœn. probatur[4] et, supplente ecclesia, matrimonium certe validum reddit.

85.—g. Demum sequitur fulminatio dispensationis. Ea

[1] Cfr. Reiffenst. App. n. 470. [2] Tib. Navar l. c. cap. 5.
[3] Cfr. S. Alph. vi. n. 1117.
[4] Cfr. *Pag. Pœn.* n. xii. (infra n. 215); Marc n. 2083 et Tib. Navar l. c. pag. 75. Plura ap. Feije ed. 4. n. 764 seq.

fit viva voce et in confessione. Si pœnitens omnibus, quæ etiam quoad reliqua peccata injungenda sunt, injunctis, dispositus est pro absolutione sacramentali, prius modo consueto absolvitur a censuris (n. 2), dein a peccatis. Porro additur sequens aut similis formula:[1] *Et insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento .... ut, eo non obstante, matrimonium cum dicta muliere (dicto viro) publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere valeas. Eadem auctoritate prolem susceptam* (vel: *susceptam et suscipiendam*) *legitimam declaro.*[2] *In nomine Patris etc.* Pro matrimonio jam CONTRACTO dicitur: *ut eo non obstante, matrimonium cum dicta muliere (dicto viro) rursus contrahere valeas.* Pro *sanatione* in radice, si executio est facienda, dicitur: *super impedimento ... et matrimonium a te invalide contractum in radice sano et consolido, prolemque susceptam et suscipiendam etc.—Passio Dni nostri Jesu Chr.* etc.

Si pœnitens non est dispositus nec disponi potest, differatur absolutio cum dispensatione. At si urget aliqua necessitas, dispensatio omissa absolutione a peccatis, dari potest: absolvendo tantum a censuris et dein statim dispensando et prolem legitimam declarando. Oratio: *Passio* tum omittitur. Dici poterit: *Auctoritate Apostolica in hac parte mihi commissa absolvo te ab omnibus censuris et pœnis (forsan) incursis et dispenso tecum super impedimento etc.* ut supra. —Si demum pœnitens sacrilege confessus sit, valet tamen dispensatio. Ita pluries S. Pœn.[3]

86.—*Observanda.* 1. Quando altera pars, nunc impedimenti inscia, postea illius notitiam consecuta fuerit, dispensationem obtentam esse ei manifestabit pars dispensata.

2. Si tamen utraque pars impedimentum cognoscat et culpabilis fuerit, hoc in supplica erat exprimendum, et tum, dispensatione ab impedimento fulminata in unam partem, etiam in alteram litteræ sunt exequendæ non ad dispensandum sed ad pœnitentiam imponendam. Quodsi altera eligat alium confessarium, litteræ a suo confessario redditæ ei a prima parte

[1] Formula determinata non requiritur.—Alias vide ap. Gasparri vol. ii. p. 469. et Schneider-Lehmkuhl: *Manuale* pars ii. p. 283 seq.
[2] De quo confer infra n. 119.
[3] Zitelli p. 87; Feije n. 749 (750).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sunt tradendæ, ut iis uti possit.[1] "Verum in præsens prædicta dispositio (de litteris alteri confessario tradendis) locum amplius non habet et in fine Rescripti addi solet a S. Pœn.: facta tibi potestate his litteris utendi etiam cum altera parte (viro vel muliere), si ad te pro absolutione accesserit."[2] Usu finito litteræ statim i. e. infra triduum sub gravi et quandoque sub excommunicatione sunt lacerandæ. Potest tamen confessarius retinere copiam pro sua vel aliorum instructione, dummodo in ea nihil scribatur, quod pœnitentes possit prodere. Si dein agitur de matrimonio contrahendo, rescriptum non obstante præcepto lacerationis servari potest, donec matrimonium fuerit contractum, ut si forte consurgat dubium, possit ad illud recurri.[3]

3. Si pro impedimento publico concurrente dispensatio requiritur, dispensatio pro foro interno executioni dari potest, quamvis dispensatio fori externi nondum sit executioni data, imo nondum impetrata. Ita Zit. p. 91 ex sententia ut asserit communiori. E contra tenet Tiburtius Navar,[4] dispensationem fori interni non esse exequendam ante illam pro foro externo et confessarium debere suam executionem suspendere. Hoc tum certe fieri debet, si apposita est clausula: *dummodo* seu *postquam super publico impedimento dispensationis litteræ obtentæ fuerint.*

4. Demum cum dispensatio fori interni non valeat pro foro externo, pœnitens monendus est de silentio tenendo, ne impedimento manifestato difficultatibus fiat obnoxius. Cæterum confessario, cum licentia pœnitentis de dispensatione data testanti, fides habetur.—Eo magis ei fides habetur, si pro duobus, qui publice conjuges putantur, quin matrimonium in forma Tridentini eos obligantis contraxerint, Sacerdos rationibus id urgentibus ad Sacr. Pœnit. recursum habet et (unacum facultate dispensandi, si concurrit impedimentum) licentiam obtinet, Matrimonio secrete ineundo assistendi. Aliquando hoc in casu pro Matrimonii probatione a S. Pœnit. secundæ adduntur litteræ dispensationis cum nominibus expressis contrahentium,

[1] S. Pœn. 15 Nov. 1778 et 7 Febr. 1832 ap. Zitelli p. 106.
[2] Ita Zitelli p. 107. [3] Rosset n. 2749.
[4] Cap. 4. Consentit Planchard n. 519 cum Giovine.

caute servandæ. Matrimonium in libro secreto inscribitur. Cfr. Feije ed. 4. n. 754.

NOTA. Similiter ac Rescripta Pœnitentiariæ pro dispensationibus matrimonialibus alia pro aliis rebus sunt exequenda. De hac materia egregie scripsit Tiburtius Navar O. S. Fr. Ex eo Monacelli vol. i. tit. ix.—Breviter S. Alph. lib. i. n. 202, App. i.

§ 2. DE MODO PROCEDENDI IN EXECUTIONE FACULTATUM APOSTOLICARUM.

Ex modo procedendi in Curia Romana supra exposito modus exequendi facultates generales in Formulis aut in *Pag. S. Pœn.* contentas pro casibus singularibus facile eruitur. Regulæ enim utrimque eædem sunt observandæ, rigori disciplinæ utrimque eodem modo insistendum est, eædem quoque mitigationes, si quando onus gravius evadat aut timeatur, ne linum fumigans extinguatur, in executione facultatum permittuntur, ac in Rescriptorum executione.

87.—I. Inquisitio in singulis casibus instituenda.

Si igitur casu occurrente dispensatio matrimonialis petitur,

a. Videndum est, utrum vi facultatum dispensari possit, an Romam sit recurrendum.—Si dein facultas generalis aut ab Episcopo aut ex ejus communicatione a Sacerdote aut ex *Pag. S. Pœn.* habetur, præ cæteris investigandum est,

b. An petens sit talis, cui facultates applicari possint, scil. quoad facultates fori externi in Formulis comprehensas subditus Episcopi (n. 48), quoad facultates Form. I. et Form. D. art. 3, 4, 5 tempore executionis commorans in Diœcesi[1] (n. 52) et an habeat causam justam (n. 57).

c. Postea videndum: 1. an non inhabilitate laboret gratiam dispensationis accipiendi, præsertim an non sit excommunicatione innodatus. Tales supponuntur incestuosi in Form. D. et E. (cfr. n. 222); unde pro eorum absolutione specialis facultas conceditur. Pro censuris et pœnis, quæ ignorantur, sufficit absolutio ad cautelam, quam dare semper consultum est;—2. an non *pœnitentia* imponenda sit, prout hoc præscriptum est in

[1] Excipe casum specialis indulti (ut apud nos quoad dispensationes matrimoniales), ab Episcopo solo exequendi (n. 52 ad **b**).

Form. D. et E. (n. 227). Imponitur autem pœnitentia tantum ubi culpa existit, et quidem a S. Sede in impedimentis ex delicto ortis (criminis, affinitatis ex copula illicita etc. cfr. n. 75 et 82), aut si allegatur causa diffamans et scandalorum (n. 57). Menti S. Sedis consonum erit, si etiam Executor facultatum his in casibus pœnitentiam imponet. At etiam præscripta casu id exigente mitigari potest (n. 75 et 82);—3. an non agatur de facultate Form. D. vel E. ubi *congrua eleemosyna* imponenda est (n. 235, 242), quæ tamen aliquando condonari potest (n. 76);—4. an non adsit *occasio peccati*, quæ, ne per dispensationem peccatum foveatur, removenda est (n. 77, f. et 81);—5. an non ex concessione dispensationis tale oriatur *scandalum*, quod sine noxa permitti nequit (n. 77, **e.**);—6. an, casu ad judicem delato, sententiæ judicis *paritum* sit (n. 77, **d.**); —7. an non præter impedimentum manifestatum (excepto, quoad forum externum, occulto concurrente cum publico n. 66) *aliud adsit*, præsertim raptus (n. 77, **g.**).

Quoad hæc omnia (præter illa, quæ forum externum requirit, cfr. n. 17) executori satisfactum esse debet, priusquam ad executionem seu fulminationem dispensationis procedat.—Regulariter tamen, prout notat Planchard,[1] sufficit supplica a Parocho nitide et accurate composita, quia ex una parte a S. Sede nunc nihil aliud requiritur, quam ut "vera sint exposita," ex altera vero parte per ulteriorem inquisitionem nihil aliud exponeretur, quam id quod fuit in supplica. Aliter res se haberet, si quid essentiale (e. gr. causa) in supplica esset omissum. Item, si partes ipsæ in propria causa eum, qui habet facultatem pro foro externo, adirent. Tum enim ulterior informatio peti debet.

d. Executio demum fieri debet *gratis et sine ulla mercede* (n. 77, **h.** cfr. infra Form. I. art. 29, n. 172).

88.—II. Forma. Circa *formam executionis* ex Reiffenstuel[2] sequentia statui possunt:

a. *Quoad forum externum.*

1. Facultates Form I., cum sint communicabiles, ab Episcopo

[1] N. 316, 3, nota.

[2] Appendix *de Disp.* n. 504 seq.; cfr. etiam Gasparri vol. ii. p. 465, **b.**

ad modum styli Curiæ Romanæ, exerceri possunt, si placet, *in forma commissoria*, adeo ut Parochus ab Episcopo delegatus eadem omnino ratione in executione procedat, ac e. g. Vicarius Generalis, si ei Rescriptum dispensationis exequendum a S. Sede committitur.—Formula commissionis habetur l. c. n. 505.—In illa Episcopus primo *narrat* exposita in supplica (impedimentum cum causa et preces pro dispensatione). Porro in parte *dispositiva a.* allegat indultum Apostolicum, vi cujus in casu dispensare potest, cum ejus data, duratione et tenore,[1] *b.* absolvit Oratores a censuris et pœnis "ad effectum dumtaxat præsentium consequendum," *c.* auctoritate Apostolica mandat Parocho, ut—sine spe præmii—de prædictis se informet, et si preces veritate nitantur, cum sponso N. et sponsa N. ("dummodo illa propter hoc rapta non fuerit, aut si rapta fuerit, in potestate raptoris amplius non existat")[2] super impedimento exposito auctoritate Apostolica ei ad hoc specialiter communicata dispenset, ut matrimonium inter se, servata forma Trid., contrahere, et in eo postmodum remanere libere et licite valeant.—Parochus subdelegatus dein in executione litterarum observare debet omnes illas clausulas, quæ in Rescriptis Romanis occurrunt et supra n. 74–78, brevius vero n. 87 enumeratæ sunt, et omnibus veris repertis (aut si qua difficultas occurrat, instructione Episcopi obtenta), facto Decreto Oratores auctoritate Apostolica actu dispensat, et de tota procedura litteras expedit, quibus testatur de dispensatione legitime facta,[3] idque notat in libro matrimoniorum.

89.—2. Facultates ejusdem formulæ *ab Episcopo* etiam exerceri *possunt in forma gratiosa* seu ita ut ipse directe dispenset. Omnino autem in *hac* forma gratiosa applicandæ sunt facultates Formulæ D. et E., (nisi Episcopus eas velit per Vicarium Gen. aut illos Sacerdotes, quos juxta dicenda n. 229 et 243 subdelegare potest, in forma commissoria exercere) necnon illæ, quæ ex his Formulis aut ex Form. I. ab Episcopo communicatæ aut subdelegatæ sunt.—Formula pro Episcopo est ap. Reiffenst. n. 507[4] et agit de dispensatione in 3 et 4 gradu consanguinitatis.—In illa Episcopus primo narrat ea quæ in supplica

[1] Cfr. Form. I. art. 10. [2] Ib.

[3] Reiffenst. l. c. n. 506 coll. n. 359–366.

[4] Cfr. etiam Heiss p. 408 seq.; Gasparri vol. ii. p. 464.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fuerunt, dein exprimit indultum (ut sub 1), porro testatur de informatione facta, veritate in ea inventa et de conditionibus[1] servatis; demum absolvit Oratorem et Oratricem ("dummodo hæc rapta non fuerit etc.") ad effectum, eosque auctoritate Apostolica dispensat a 4° gradu consang., ut, eo non obstante, matr. contrahere valeant etc., distantiam vero 3 gradus eis non obstare declarat.[2] Denique sequitur legitimatio prolis susceptæ, si qua sit, et suscipiendæ—cum data.—

Eodem fere modo procedendum est ab iis, qui facultatem generaliter communicatam ex Form. I. aut subdelegatam ex Formulis D. et E. habent. Pro testificatione de conditionibus, sub quibus facultas applicari potest, sufficit, ut supra (n. 87) dictum est, supplica Parochi (vel alterius Sacerdotis) nitide et accurate facta, ita ut ulterior informatio non requiratur, eo magis quia hæc nunc non est amplius de valore. Aliter fuit tempore Reiffenstuelii. Unde illa, quæ ad valorem dispensationis latius in Decreto fulminationis et in litteris expeditionis fuerunt exponenda illo tempore, nunc maximam ad partem omitti possunt, et satis erit in fulminatione dicere: *Auctoritate Apostolica vi indulti Rmo Episcopo (Archiepiscopo) ad quinquennium a Sancta Sede concessi mihique ad hoc communicati, ego vos N. N. et N. N. (dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat) absolvo ab omnibus censuris et pœnis ad effectum præsentium consequendum atque dispenso super impedimento . . . . . ita ut legitime matrimonium contrahere* (in matrimonio contracto: *rursus contrahere*), *in eoque postmodum libere et licite remanere valeatis. Eadem auctoritate prolem susceptam, si qua sit, et suscipiendam legitimam declaro. In nomine Patris etc.*

Pro Parocho sufficiet dispensationem factam in libro matrimoniorum adnotare; et insuper, si dispensationis fulminatio ab alio quodam facta est, litteras expeditionis seu testimonium factæ dispensationis servare in archivio.—Si alius Sacerdos vi indulti sibi communicati (servatis servandis) dispensat pro foro externo, et de hoc Parochus immediate certior reddi nequit, omnino requiritur instrumentum scriptum de dispensatione

[1] Supra n. 75–77.
[2] De hoc cfr. Gasparri n. 320.

rite facta, ut per illud dubia, impugnationes matrimonii aliique abusus ex defectu probationis dispensationis præpediantur; potestque Episcopus in hoc omnibus mediis adhibitis insistere, prout declaravit S. C. de P. F. 16 Mart. 1865.[1]—Formula pro hisce litteris expeditionis hæc vel similis erit: *Ego infrascriptus hasce litteras lecturis testor, quod mihi N. et N. ex loco N. parochia N. Diœcesis N. supplicarunt pro dispensatione ab impedimento . . . . in ordine ad matrimonium contrahendum* (si agatur de revalidatione, dicitur: *rursus contrahendum*) *impertienda: ego vero vi indulti Rmo Episcopo (Archiepiscopo) a S. Sede ad quinquennium concessi mihique benignissime ad hoc communicati prædictos ex causa satis cognita et probata dispensavi et dispensatos declaravi servatis in reliquo de jure servandis. In cujus fidem*

Datum . . . . . *N. N., Sacerdos.*

Nota. *a.* Alibi Decretum ipsum fulminationis, suppletis illis, quæ ad fidem faciendam requiruntur, inservit loco hujus instrumenti. *b.* Quando simul cum revalidatione matrimonii, præhabita facultate Episcopi vel Parochi, aut sicubi cap. *Tametsi* non valet et casus urget, ea præsumpta, consensus matrimonialis mutuo coram Sacerdote et testibus datur, in supradictis litteris addi potest, matrimonium legitime fuisse coram ipso facultate ad assistendum prædito, et testibus (quorum subscriptio procuretur) contractum (*vel:* rursus contractum). *c.* Sapienter in quadam Diœcesi statutum est, ut dispensationis ab Episcopo obtentæ non tantum in libro matrimoniorum mentio fiat, sed etiam coram conjugibus et testibus tum latine tum in vernacula promulgetur.—*d.* Si, dispensatione obtenta, una pars, e. gr. quia acatholica, non vult coram sacerdote se sistere, secreta expressio consensus, adhibitis tamen, si fieri potest, testibus, permittenda est, ubi cap. *Tametsi* non valet. Scandalo autem cavendum est per prudentem facti divulgationem.[2]

90.—b. *Quoad forum internum.*

1. Dispensatio vi art. 2 Form. D. (in affinitate ex copula illicita) ab Episcopo (et Subdelegatis juxta art. 8 ejusdem Formulæ) fieri debet in forma gratiosa (aut in commissoria ab ipso Episcopo per eosdem subdelegatos), servatis clausulis ut supra n. 80 seq. (brevius n. 87), scil. *exquirendo* aut ex Oratore

[1] *Coll. Miss.* n. 1022.
[2] Kenrick tr. 18. n. 226.

præsenti aut ex litteris supplicibus confessarii (vel alius sacerdotis) necessaria ad determinandum impedimentum, et si in litteris essentialia deficiunt, rescribendo pro meliori informatione;—porro imponendo pœnitentiam et reliquas conditiones —absolvendo a censuris—dispensando, prolem legitimando (formula n. 85). Hæc omnia fieri possunt (et pro absentibus debent) etiam extra confessionale (n. 18). Dispensatio facta dein, si per litteras fuerit petita, parti supplicanti una cum injunctionibus dispensantis per responsum ad confessarium (sacerdotem) est intimanda.[1] Idem valet de sanatione matrimonii in radice pro foro interno tantum facta vi art. 6 Form. D.—Quæ habentur in *Pag. S. Pœn.* n. xi. etc. eodem modo sunt exequenda ac si detur Rescriptum a S. Pœnitentiaria; ergo in confessione tantum et servatis supra n. 80 seq. expositis.

Quæritur: Quid, si facultates pro impedimentis natura sua publicis, at per accidens occultis, juxta dicta n. 22 pro foro interno essent applicandæ?

Resp. Si sententia l. c. exposita cuidam non sit solide probabilis, usus facultatum, de quibus agitur, in hac suppositione faciendus est, quoad fieri potest, pro foro externo, eo modo saltem, ut deinde matrimonium *secreto* coram Parocho (vel Delegato) et fidis testibus (qui, ut patet, nec impedimentum nec causam cognoscere necesse habent)—in locis vero, ubi cap. *Tametsi* non valet, quandoque etiam in casu urgenti coram alio sacerdote solo absque testibus—contrahatur vel revalidetur et (ex litteris testimonialibus rite confectis) in libro secreto Parochi vel melius Episcopi inscribatur (n. 86 ad 4).—Si vero causa cum impedimento conjuncta ita infamans aut periculosa esset, ut nec hæc secreta celebratio urgeri posset, Sacerdos casum tecto nomine partium ad Episcopum deferat, qui aut vi potestatis quasi-ordinariæ aut vi facultatis ex Formula derivatæ, si ejus usum pro foro interno tantum sufficienter tutum reputat, dispenset aut eum ad S. Sedem mittat, id quod aliquando etiam Sacerdos ipse facere potest, imo debet. Si tamen casus ita urgeret, ut Sacerdos eum ad Episcopum aut S.

[1] Hic modus approbatus fuit a S. Pœn. 18 Apr. 1884 ap. *N. R. Th.* xix. 104.

Sedem mittere omnino non posset, facultate, qua præditus supponitur, uti potest pro foro interno sive intra sive extra confessionem servatis illis, quæ supra n. 80 seq. exponuntur. In casu enim necessitatis extremæ licitum est uti opinione etiam tenuiter probabili,[1] qualis saltem vix non habenda est sententia a cl. Konings aliisque defensa. In hac vero suppositione post factum consulitur recursus ad Episcopum pro obtinenda ad cautelam aut dispensatione simplici aut sanatione in radice, si ei ita videtur.—Verumtamen difficillimum est cogitare, Ecclesiam usui cuidam facultatis pro bono animarum concessæ ita velle insistere, ut etiam in casu extremæ necessitatis illicitus et invalidus sit, si, ut in casu, fiat absque solemnitatibus pertinentibus ad forum externum, in quo tamen forum internum quasi includitur (cfr. n. 20), dum alias, ut in contractibus et testamentis, solemnitates juris probabiliter non sunt de valore actus,[2] imo ipsæ leges irritantes, si evadunt nocivæ, etiamsi id accidat in casu particulari tantum, juxta plures quandoque obligare cessant, ut absente Episcopo etiam confessarius possit declarare, eas non obligare.[3] Viderint sapientiores.

91.—2. Executio potestatis *quasi-ordinariæ* cum stricte loquendo non ligetur stylo Curiæ Romanæ, melius certe fit scripto quam oretenus. Porro cum absentibus applicatur, non quidem amplius necessarium est, ut fiat in forma commissoria per confessarium in confessione, prout tempore, quo scripsit Reiffenstuel,[4] at regulariter, ut ita fiat, consultum erit. Quoad clausulas fori interni (n. 80 et seq.) advertendum, eas, prouti nunc sunt, ni ex jure positivo, saltem ex naturali obligare, quod non permittit concedere gratiam, qua peccato faveatur. Ideo in dispensationibus vi potestatis quasi-ordinariæ concessis plane negligi nequeunt. Quoad formam, optimum erit eandem sequi ac S. Pœnitentiaria (n. 79).[5]

[1] S. Alph. vi. n. 1116.
[2] S. Alph. iii. n. 711 et 927.
[3] S. Alph. *de Priv.* n. 57 et cfr. supra n. 61.
[4] L. c. n. 526.
[5] Formula ap. Gasparri vol. ii. p. 466.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

NOTA. Si dispensatio insciis partibus petitur, ea ab una saltem acceptari debet, ut possit fieri executio[1] (n. 35, **b.** 2). Aliter, si fit sanatio in radice, de qua infra n. 224.

§ 3. FORMULÆ LITTERARUM SUPPLICUM PRO DISPENSATIONIBUS OBTINENDIS.

92.—Prænotanda.

I. Exhibentur hic ex auctoribus probatis quædam schemata, necessitatibus ordinariis harum regionum adaptata, quæ dein casu occurrente, considerando etiam ea, quæ alias exposita sunt (ut n. 57, 66 etc.), componens supplicam, si placet, præ oculis habere poterit. Alia conferri possunt ap. Heiss App. ii.; Vecchiotti vol. iii. ad fin.; De Becker aliosque.

II. In fine supplicæ quandoque quædam *specialiter notanda* occurrent, ut: **a.** Ratio, cur pœnitentia mitiganda (n. 75, 82).—**b.** Cur eleemosyna pauperibus condonanda sit, ubi dici poterit: "Oratores paupertatem quotidiano labore vix sustentant ac tenuissimam tantum eleemosynam dare possunt." Idem etiam quoad taxam Cancellariæ Episcopalis adnotari poterit.—**c.** Si de *congrua* eleemosyna Formulæ D. et E. statuenda agitur, etiam status fortunæ Oratorum vel partis catholicæ sive verbis generalibus sive magis specificantibus pro usu Diœcesis exprimendus est, e. gr. (prout alicubi fit): Orator fortunam circiter $5000 in re, in spe vero $10,000 possidet. Oratrix in re $2000, in spe $6000.—**d.** Petitio pro dispensatione a proclamationibus, una cum causis sufficientibus.—**e.** Petitio pro facultate matrimonio assistendi, quando aliquid obstat, quominus a Parocho id fiat aut si matrimonium secreto celebrandum est (e. gr. occurrente concubinatu occulto, impedimento natura sua publico, at nunc occulto etc.) cfr. Bened. XIV. const. *Satis vobis* 17 Nov. 1741.—**f.** Petitio consilii Episcopi, si matrimonium celebrandum est cum publico peccatore, excommunicato etc. cfr. S. Pœn. ap. Kon. *Comp.* n. 1231 qu. 4 et n. 1556.

III. In supplica pro dispensatione omnia, ea præsertim, quæ *causam* dispensationis attinent secundum veritatem exponere, nihil addere, nihil demere,—de omnibus et singulis certitudinem sibi comparare etiam ex libris parochialibus et ex testibus fide dignis res est, qua conscientia sacerdotis, per quem Oratores eam transmittunt, graviter onerata existit.

[1] Plura ap. Feije ed. 4. n. 760.

93.—*I. Pro matrimonio contrahendo, cui obstat impedimentum publicum.*

FORM. I.

Illustrissime ac Reverendissime Domine (*Sede vacante aut Episcopo absente:* Admodum Rev. Domine):

Antonius A., natus die 7 Maji 1860 in Parochia ad SS. Redemptorem civitatis New York, domicilium habens[1] in hac Parochia ad S. Jacobum,—et

Brigitta B., nata die 6 Julii 1867 in Parochia ad S. Michaelem Archang. hujus urbis, domiciliata[2] in Parochia SSmo Cordi dicata prope hanc urbem,—orthodoxæ fidei cultores, matrimonium inire cupientes, humillime supplicant, ut secum dispensetur in impedimento consanguinitatis, quo in secundo, tertio et quarto gradu conjuncti sunt ex eo, quod sponsam pater ejus genuit ex sua nepte, sponsa autem consobrina est cum avia sponsi, prout ex subjecta patet arbore genealogica.

Causæ petendæ dispensationis sunt:

a. Ætas Oratricis, quæ annum 24 excedens, virum paris conditionis, cui nubere possit, hactenus non invenit;

b. nimia familiaritas cum periculo diffamationis;

c. excellens meritum sponsi ob contributionem notabilem ad erectionem hospitalis catholici;

d. orbitas sponsæ, quæ proin indiget protectore.

Hic addantur specialiter notanda (n. 92).

Instituta diligenti, quantum potui, de præmissis informatione, compertum mihi est, preces veritate niti.[3]

Maximæ reverentiæ sensa exprimens, subscribo . . .[4]

BALTIMORÆ, Md., ad S. Jacobum, N. N.,
1225 E. Eager Str. 30 Maji 1892. *Rector.*

[1] Si fuerit vagus, loco: *domicilium habens*, scribe: *qui, relicta sua Diœcesi, sedem in alia nondum fixit.*


[2] Si vaga, ut supra, mutato *qui* in *quæ*.

[3] Supponitur semper, sacerdotem diligenti examine preces veritate niti comperisse.

[4] Aut brevius ut n. 64.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Arbor Genealogica.



FORM. II.

IN IMPEDIMENTO DISPARITATIS CULTUS.

Illustr. . . .

N. . . . N. . . : (*prænomina et nomen gentilicium partis catholicæ*) nata (*vel* natus) die . . . mensis . . . anni . . . (*additur locus, Parochia, Diœcesis originis*), domicilium habens[1] (*additur locus, Parochia, Diœcesis actualis domicilii sive verum sive quasi-domicilium sit*), humillime supplicat, ut secum dispensetur in impedimento disparitatis cultus (*si aliud præterea adsit impedimentum, addatur:* et in impedimento . . .), quatenus matrimonium contrahere possit cum N. . . . N. . . . (*prænomina et nomen gentilicium partis infidelis*), infideli[2] (*vel, si* juxta dicenda n. 223. **c.** *dubitetur de ipso collati baptismi facto:* de quo [*vel* de qua] non certo constat, utrum baptismus ipsi aliquando collatus fuerit), nato (*aut* nata) die . . . mensis . . . anni . . . (*additur locus originis, scil. pagus, civitas, provincia, regnum*).

Si impedimentum, quo disparitas cultus cumulatur, sit impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, addatur gradus, linea et arbor genealogica, ut supra Form. I. et infra n. 118.

Causæ (*vel* causa) petendæ dispensationis sunt (*vel* est):

1. Spes fundata conversionis totius familiæ; 2. educatio prolis catholicæ ex priori matrimonio, in quo conjux catholicus mortuus est.

[1] Si vagus vel vaga, scribatur ut *Form. I.*

[2] Si sit Judæus vel Judæa, loco: *infideli*, scribatur: *Judæo* vel *Judæa*. (Cfr. infra n. 217).

Partes coram me infrascripto promissa dederunt ab Ecclesia præscripta, ut constat ex chirographo rite subscripto et apud me consignato (*aut si Episcopi statuta id requirunt:* prout patet ex adjectis, quibus subscripserunt, formulis).

Specialiter notanda (n. 92.)

Instituta diligenti, quantum potui, de præmissis informatione, compertum mihi est, preces veritate niti, neque, quoad id scire valeo, dubium rationabile de sinceritate promissionum a partibus respective factarum moveri posse nec partem catholicam periculo perversionis extraordinario per hoc matrimonium sese expositurum esse.

Maximæ etc. *ut Form. I.*

NOTA. Sequens formula adhiberi poterit pro parte infideli.

Agreement.

I, the undersigned, not a member of the Roman Catholic Church, wishing to contract marriage with[1]....., a member of the Roman Catholic Church, purpose to do so with the understanding that the marriage bond thus contracted is indissoluble, except by death; and I promise that[1]..... shall be permitted the free exercise of religion according to the Roman Catholic Faith, and that all children, of either sex, born of this marriage, shall be baptized and educated in the faith and according to the teachings of the Roman Catholic Church, even if[1]..... should happen to be taken away by death. I furthermore promise that no other marriage ceremony than that to be performed by the Catholic Priest shall take place.

Signed in the presence of the Reverend ..... Priest at ..... this ..... day of ..... 18 .....

..... } Witnesses. .....
..... }

Hæc promissio, in cujus confirmationem etiam juramentum pro circumstantiis exigi potest, si Episcopus præscripsit, ut exemplar ad ipsum transmittatur, in duplo subscribendum, et illud pro paroco in Archivio parochiali reponendum est.

Sicubi in usu est, ut etiam pars catholica promissum scriptum det, hæc formula adhiberi potest:

I, the undersigned, of ....., a Catholic, wishing to marry N..... N....., not a member of the Roman Catholic Church, do

[1] Name of the Catholic party.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hereby promise that, if the Bishop finds a canonical cause for granting me a dispensation, I will have all my children baptized and reared in the Catholic Church, and that I will practice my religion faithfully and do all that I can, especially by prayer, example, and the frequentation of the Sacraments, to bring about the conversion of my consort.

Datum ..... N. N.

FORM. III.

IN IMPEDIMENTO MIXTÆ RELIGIONIS.

Omnia scribuntur prout supra in Form. II., excepto quod loco: *disparitatis cultus* dicitur: *mixtæ religionis*, et loco: *infideli* dicitur: *hæretico* (aut *hæretica*) vel *schismatico* (aut *schismatica*). Casus schismatici aut schismaticæ apud nos rarus est. Formula *Agreement* omnino eadem est.

94.—*II. Si matrimonio contrahendo obstat impedimentum occultum.*

FORM. IV.

IN AFFINITATE EX COPULA ILLICITA.

Illustr. . . .

Petrus Annam ducere parat, cujus *sororem* carnaliter cognovit—(*vel:* Anna nubere parat Petro cum cujus *fratre* carnale habuit commercium). Quare Amplitudo Tua dispensationem concedere dignetur. Ratio est, quia res occulta latet, et alias dissidia et scandala sat probabiliter sunt oritura; occasio autem amplius peccandi Oratorem inter et sororem sponsæ (*vel:* Oratricem inter et fratrem sponsi) penitus amota est. Summæ etc.

Ita in 1 gradu laterali. Immutationes quoad reliquos gradus fieri possunt juxta dicenda in art. 2 Form. D.

FORM. V.

IN OCCULTO IMPEDIMENTO CRIMINIS.

(Nisi sacerdos habeat fac. 8 Form. 1.)

Illustr. etc.

Petrus rem habuit cum Anna, eique promisit matrimonium vivente uxore sua nunc defuncta, neutro tamen machinante.

Vel: Petrus et Anna in mortem uxoris Oratoris (*aut* viri Oratricis) cum effectu machinati sunt ex intentione matrimonium inter se contrahendi. *Vel:* Petrus, post adulterium cum Anna commissum, hac inscia, in uxoris suæ (*aut:* Anna, post adulterium cum Petro commissum, hoc inscio, in viri sui) mortem cum effectu machinatus (*aut:* machinata) est ex intentione Annam ducendi (*aut:* Petro nubendi).

Nunc autem, cum res occulta sit, implorant Amplitudinem Tuam pro benigna dispensatione super impedimento criminis ad matrimonium contrahendum. Rationes sunt, quia alias concubinatus periculum et gravia scandala timenda sunt.—Maximæ etc.

NOTA. Licet Episcopi nostri, vi facultatum, in sola illa, specie impedimenti criminis, quod neutro machinante patratum est, dispensare valeant, rectius tamen ad ipsos etiam pro dispensatione in secunda ac tertia ejusdem impedimenti specie recurritur: nam vel ex speciali aliquo forte indulto a S. Sede impetrato, vel, dum requisitæ adsunt conditiones, vi potestatis quasi-ordinariæ in utraque etiam ista specie dispensare poterunt. Quod si neutro modo impedimentum auferre possint, ipsi supplicam ad se directam Romam permittent.—Casu quo sigillum sacramentale periculo objiceretur ex recursu ad Episcopum, confessarius supplicam mittat ad Card. Præfectum aut ad Pœnitentiarium Majorem, eamque immutabit hoc modo: *Loco:* "Illustr." *scribatur:* "Eminentissime Princeps;" *loco:* "Amplitudinem Tuam" *scribatur:* "Eminentiam Tuam Reverendissimam." *Post verba:* "timenda sunt" *addatur:* "Responsum digneris dirigere ad (me) infrascriptum confessarium." [*Loco:* "Maximæ etc." *scribatur:* Purpuram deosculans summa, qua par est, veneratione permaneo,

Eminentissime Princeps],[1]

Eminentiæ Tuæ Reverendissimæ

submississimus famulus,

N. N.

Adjicitur anglice locus (scil. oppidum, civitas—street, church—cum comitatu, Statu—U. S. of America), quo responsum mittendum est.

Exterius: His Eminence MIECZYSLAW CARD. LEDOCHOWSKI, Propaganda.—ROME, Italy.

[1] Aut brevius ut n. 64.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Aut: His Eminence CARD. PENITENZIERE MAGGIORE,
Palazzo della Cancellaria.—ROME, Italy.

N. B.—In his et similibus casibus litteræ supplices apud nos etiam mitti possunt ad Dominum *Delegatum Apostolicum*.

Tituli adhibendi sunt: *Excellentia—Dominus Excellentissimus* etc.

Exterius: Most Rev. Mgr. SEBASTIANO MARTINELLI,
201 I Street, N. W.,
Washington, D. C.

FORM. VI.

IN PUBLICA HONESTATE EX SPONSALIBUS.

(Nisi sacerdos habeat fac. 7 Form. I.)

Petrus (*vel* Anna) matrimonium parat cum Anna (*vel* Petro), cum cujus sorore *vel* matre *vel* filia (*vel* fratre *vel* patre *vel* filio) sponsalia, quæ tamen mutuo consensu soluta sunt, occulte inierat. Ne alias dissidia in familiis oriantur, dignetur Amplitudo Tua dispensationem concedere.

FORM. VII.

IN CASU IMPEDIMENTI PUBLICI ET OCCULTI.

Petrus et Anna, consanguinei in (*v. g.* tertio) gradu æquali (*vel* attingente *v. g.* secundum ex parte Annæ *vel* Petri) lineæ collateralis (super cujus impedimenti dispensatione pro foro externo cura habetur in alia supplica), ac præterea affines ex copula Oratricis cum fratre sponsi, desiderant matrimonialiter conjungi.

Ne Oratores prorsus diffamati existant, et dissidia scandalaque oriantur, Amplitudo Tua providere dignetur.

NOTA. Si Episcopus careat facultate super impedimenta cumulata et locus non sit potestati quasi-ordinariæ, Parochus, qua talis, supplicam Formulæ I., pro foro externo, diriget ad Cardinalem Præfectum S. Cgnis de Prop. Fide, confessarius vero præsentem supplicam ad eumdem, vel, si periculum lædendi sigilli subsit, ad Cardinalem Pœnitentiarium Majorem, mutatis mutandis ut in nota post Form. V. Si Episcopus in utroque simul impedimento dispensare quidem potest, sed ex recursu ad ipsum sigillum periclitaretur, confessarius pro impedimento fori interni præsentem Formulam ad Cardinalem Præfectum S. Cgnis de Prop. Fide permittat, mutatam tamen, ut jam dixi, juxta notam Form. V. subjectam.

95.—*III. Matrimonio contracto.*

In supplica omnia servantur, quæ in præcedentibus Formulis, et insuper, quæ supra n. 65 pro matrimoniis contractis atque in proxime sequenti Form. VIII. sub (3) indicantur. Nomina pro diversitate casus exprimuntur aut vera aut ficta. Additur etiam arbor genealogica ut in Form. I.

FORM. VIII.

Illust. etc. (*vel* Eminentissime Princeps).

(1.) N. . . . N. . . .

(2.) Matrimonium, sine prævia dispensatione, inter se contraxerunt non obstante impedimento . . . (*vel* prævia quidem dispensatione ante diem 25 Junii 1885 obtenta super impedimento, ... reticito tamen incestu inter se commisso *aut* reticita intentione facilioris dispensationis in incestu inter se commisso—*vel* prævia quidem dispensatione super impedimento, ... quæ tamen irrita remansit ob falsam allegatam causam—*exponatur hæc*). . .

(3.) Matrimonium contractum fuit cum (*vel* sine) scientia impedimenti (*vel* cum scientia quidem impedimenti, sed absque scientia nullitatis matrimonii) servata (*vel* non servata) forma Trid. (*vel* coram præcone hæretico), cum (*vel* absque) spe facilius dispensationem obtinendi. Oratores (*vel* Orator, *aut* Oratrix) ad hoc usque tempus impedimentum (*aut* nullitatem matrimonii) ignorant (*aut* ignorat). *Vel:* Oratores (*vel* Orator, *aut* Oratrix) impedimenti et nullitatis matrimonii nunc conscii sunt (*vel* conscius, *aut* conscia est). *Vel:* Impedimentum et nullitas matrimonii Oratori (Oratrici) tantum nota est, et alteri sine periculo manifestari (non) potest etc. (cfr. supra n. 65.). Liberi ab utroque putativo conjuge geniti sunt quattuor ætatis unius, trium, quinque et septem annorum.

Quare de præmissis, quæ occulta sunt, quam plurimum dolentes pro suæ conscientiæ quiete recurrunt (*vel* dolens . . . recurrit) ad Amplitudinem Tuam, ut auctoritate Apostolica delegata ipsis (ipsi) per dispensationem providere dignetur.

(4.) Causæ sunt: **a.** Scandala, quæ ex divortio nascerentur; **b.** periculum incontinentiæ ex cohabitatione; (**c.** legitimatio et provisio prolium).

(5.) *Specialiter notanda* (n. 92).

FORM. IX.

AD PETENDAM SANATIONEM IN RADICE.

(Vi Art. 6, Form. D.)

Illust., etc.

Caja (*vel* Cajus), ignara (*vel* ignarus) *aut* conscia (*vel* conscius) impedimenti, præmissis (*vel* dispensatis) proclamationibus servataque Tridentini forma,[1] contraxit matrimonium cum viro (*vel* muliere), a cujus fratre (*vel* patre, *vel* filio, *vel* nepote, *vel* avunculo *aut* patruo) prius carnaliter fuerat cognita (*vel* cujus sororem, *vel* matrem,—filiam,—neptem,—materteram,—amitam prius carnaliter cognovit). Jam vero cum ex una parte absque scandalo separari non possint, et periculum incontinentiæ subsit, ex altera autem parte marito putativo (*vel* uxore putativa) impedimenti plane inscio (*vel* inscia), consensus matrimonialis nequeat renovari absque gravi dissidiorum periculo, hinc Amplitudo Tua humiliter rogatur pro celeri remedio dispensationis super hujuscemodi impedimento occulto, ac quidem cum sanatione in radice matrimonii.

Nota. Si agitur—de impedimento cumulato (v. g. de consanguinitate et affinitate ex copula illicita),—aut de impedimento publico vel occulto quidem, sed utrique parti cognito, et timor sit ne vel neutra vel altera pars consensum renovare recuset, ad S. Sedem recurrendum est sive directe (vide Form. V.), sive cum nullum sigilli sacramentalis periculum metuendum est, per Episcopum.

FORM. X.

AD PETENDAM SANATIONEM DISPENSATIONIS NONDUM APPLICATÆ SEU "PERINDE VALERE," RESP. AD PETENDAM NOVAM DISPENSATIONEM.

Alias Amplitudini Tuæ præsentata fuit sequens supplica (*describitur quoad substantiam prior libellus. Si sananda est dispensatio pro foro interno concessa, dicitur:* Alias obtenta fuit dispensatio pro foro interno favore N. et N. *nomina fictitia.*)

Tempore autem, quo conficiebatur præmissus libellus, me latebat (*vel, si ab alio compositus fuit libellus:* latebat scribentem *describitur quod latebat*) *vel:* Postquam expeditus fuit ille libellus (*vel, si dispensatio pro foro interno petita fuit:* Post-

[1] Quando proclamationes et forma Trid. omissæ fuerint, cfr. n. 16, et præsertim n. 224.

quam rogata fuit ista dispensatio) supervenit (*indicatur quid supervenerit.*) Rogatur igitur Amplitudo Tua, ut, amplioris gratiæ favore prosequendo Oratores (*exponitur quod petendum est, v. g. nova dispensatio, quia causa fuit falso exposita; vel sanatio dispensationis per correctionem nominum prius perperam scriptorum; vel sanatio cum nova dispensatione, quia novum impedimentum detectum fuit*), gratiam *Perinde valere* (*vel* novam dispensationem) concedere dignetur.

Causæ sunt: **a.** Scandala ex non concessa dispensatione probabiliter secutura: **b.** etc.

FORM. XI.

AD REDINTEGRATIONEM DISPENSATIONIS IN CASU NECESSITATIS A CONFESSARIO CONCESSÆ.

Cajus, postquam Titiam carnaliter cognoverat, ignarus impedimenti, sponsalia contraxit cum sorore Titiæ et ad nuptias celebrandas jam diem determinavit, convivium indixit, convivas invitavit cunctaque alia præparavit. Quare, cum impedimentum in cujus notitiam devenit, fuisset omnino occultum, et donec dispensatio allata esset, nuptiæ sine gravi diffamationis periculo ex variis suspicionibus proveniente, et sine scandalis exinde orituris differri non potuissent: idcirco pro hujusmodi casu necessitatis cum eodem Oratore pro effectu contrahendi et consummandi matrimonium dispensavi, et nunc humillime supplico, ut Amplitudo Tua plenam gratiam dispensationis auctoritate Apostolica quantocyus impertiri dignetur.

96.—*Formulæ in lingua anglica, quæ pro more nostro ad Cancellarium Eppi diriguntur.*

I. *Banns.*

To the Rev. Chancellor.

N..... and N..... of this parish humbly pray the Right Rev. Bishop (Most Rev. Archbishop), to grant them a dispensation from ..... publications of the banns of marriage.

The reason is ..... (*canonical reasons*).

Please find enclosed $

Date.....

N., *Rector.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

II. *Mixed Marriage and Disparity of Cultus.*

N....., a Catholic of this parish, wishing to marry N....., a non-Catholic, humbly prays the Right Rev. Bishop, as delegate of the Holy See, to grant a dispensation from the impediment of mixed religion (*or* disparity of cultus).

The reasons are.....

N....., the non-Catholic, was baptized in the ..... sect (*or* was never baptized). The same makes the necessary promises in writing. N....., the Catholic, likewise promises what is required. Every reasonable effort has been made to dissuade the petitioner from the marriage, but without avail. There appears to be no extraordinary danger of perversion.[1]

Please find enclosed $..... for alms.

N., *Rector.*

III. *Consanguinity.*

N..... and N....., of this parish, humbly pray the Right Rev. Bishop, as delegate of the Holy See, to grant them a dispensation from the impediment of consanguinity in the ..... degree collateral.

The reasons for the application are.....

[Please find enclosed $..... for alms.][2]

N., *Rector.*

IV. *Affinity by Marriage.*

N..... and N....., of this parish, humbly pray the Right Rev. Bishop, as delegate of the Holy See, to grant them a dispensation from the impediment of affinity in the ..... degree collateral, arising from marriage, N.....'s first wife, now deceased, having been a ..... to N.

The reasons are ..... (*canonical reasons.*)

[Please find enclosed $..... for alms.][2]

N., *Rector.*

V. *Illicit Affinity.*

N..... (*fictitious name*), wishing to marry B....., humbly prays the Right Rev. Bishop, as delegate of the Holy See, to grant a dispensation from the impediment of affinity in the (first) degree (collateral) arising from illicit copula with (*for ex.* the sister) of B.

The reasons are ..... (*canonical reasons.*)

Please find enclosed $..... for alms.

N., *Confessor* (or *Rector*).

[1] This clause must be added in some dioceses in pursuance of special statutes to this effect.

[2] Si dispensatio conceditur vi Form. E.

VI. *Healing in the Root* (*Sanatio in Radice*).

N..... (*fictitious name*), wishing to validate his (*or* her) marriage with B....., humbly prays the Right Rev. Bishop, as delegate of the Holy See, to grant a radical dispensation (*in radice*), removing the impediment of (*for ex.* affinity in the first degree collateral arising from illicit copula with the sister or brother of B.), which he (*or* she) concealed at the time of marriage with B. who is still ignorant thereof.

The reasons for requesting a radical dispensation (*in radice*) are, on the one hand, scandal and danger of incontinence resulting from separation, if imposed; on the other hand, impossibility of obtaining the renewal of B.'s consent without serious danger of dissensions.

Please find enclosed $..... for alms.

N., *Confessor* (or *Rector*).

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

APPENDIX.

Sequuntur quinque formulæ, quæ typis impressæ, cum spatiis vacuis pro inscriptione eorum, quæ in supplica et correspondente rescripto variant, in S. C. de Prop. F. exhibentur mihique ab amico Romano procuratæ sunt, ut perspiciatur, quomodo in dicta S. Congr. praxis quoad hoc se habeat. Singulæ formulæ scriptæ sunt in singulis foliis, per 11 x 8 pollices se extendentibus. Spatium, quod in singulis vacat, per lineas indicatur.

I.—*Formula pro dispensatione in consanguinitate vel affinitate cum causa infamante.*

BEATISSIME PATER

Oratores .....

.....

suppliciter petunt a Sanctitate Vestra dispensationem super impediment.....

.....

ut matrimonium inter se contrahere valeant.

Causæ sunt: .....

.....

et incestus habitus inter eosdem Oratores .....

.....

Ex Audientia SSmi die.....189

SSmus Dominus Noster.....Divina Providentia PP.....

referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide.....

facultatem tribuit R. P. D. .....

.....

ut, sive per se sive per alium ecclesiasticum virum ab eo specialiter deputandum, interdicto quovis tractu familiari, per tempus sibi benevisum, quo decurrente Oratores ad pœnitentiæ sacramentum accedant, prævia absolutione a censuris et pœnis ecclesiasticis quas ob præmissa incurrerint et ab incestus reatu, atque imposita pro modo culparum congrua pœnitentia salutari, cum iisdem dispensare valeat super enunciat.....impediment.....

.....

.....

quatenus matrimonium inter se valide et legitime contrahere, in eoque postmodum libere et licite remanere possint, prolem sive susceptam sive suscipiendam, dummodo non fuerit ex adulterio concepta, legitimam declarando, erogata in pium opus aliqua eleemosyna, iuxta vires, arbitrio Dispensantis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Ædibus S. Congregationis de Propaganda Fide die et anno ut supra.

(Gratis quocumque titulo.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

II.—*Super mixta religione.*

BEATISSIME PATER

Orat.....catholic.....

.....

humiliter petit a Sanctitate Vestra dispensationem super impedimento mixtæ religionis; quatenus matrimonium inire valeat cum acatholic.....

Causæ sunt:.....

.....

.....

.....

Ex Audientia SSm̃i habita die.....189

SSm̃us Dominus Noster.....Divina Providentia PP.....

referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide .....facultatem tribuit R. P. D.....

.....

ut, sive per se sive per alium ecclesiasticum virum ab eo specialiter deputandum, dispensare valeat cum Orat.....super enunciato impedimento mixtæ religionis, quatenus cum prædict.....acatholic.....matrimonium valide et legitime contrahere, in eoque postmodum libere et licite remanere possit, prolem exinde suscipiendam legitimam declarando; dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis, præsertim vero de amovendo a parte catholica perversionis periculo, de conversione partis acatholicæ pro viribus curanda, deque universa utriusque sexus prole in sanctitate catholicæ religionis omnino educanda: atque ea lege ut nec ante nec post matrimonium coram parocho catholico initum, partes adeant ministrum acatholicum, erogata in pium opus aliqua eleemosyna, iuxta vires, arbitrio dispensantis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Æd. Sacræ Congregationis de Propaganda Fide die et anno ut supra.

Gratis quocumque titulo.

III.—*Super cultus disparitate.*

BEATISSIME PATER

Orat.....catholic.....

.....

suppliciter petit a Sanctitate Vestra dispensationem super impediment.....

disparitatis cultus; quatenus matrimonium inire valeat cum.....

.....

Causæ sunt:.....

.....

Ex Audientia SSm̃i habita die.....189

SSm̃us Dominus Noster.....Divina Providentia PP.....

referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide .....facultatem tribuit R. P. D.....

.....

.....

ut, sive per se sive per alium ecclesiasticum virum ab eo specialiter deputandum, dispensare valeat cum Orat.....super enunciat.....impediment.....

.....disparitatis cultus quatenus cum prædict

.....

matrimonium valide et legitime contrahere, in eoque postmodum licite et libere remanere possit, prolem exinde suspiciendam legitimam declarando; dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis, præsertim vero de amovendo a parte catholica perversionis periculo, de conversione partis infidelis pro viribus curanda, deque universa utriusque sexus prole baptizanda et in sanctitate catholicæ religionis omnino educanda: erogata in pium opus aliqua eleemosyna, iuxta vires, arbitrio dispensantis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Æd. Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, die et anno ut supra.

(Gratis quocumque titulo.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IV.—*Super mixta religione cumulata alio impedimento dirimente.*

BEATISSIME PATER

Orat.....catholic.....

.....

humiliter petit a Sanctitate Vestra dispensationem super impedimentis.....

.....

et mixtæ religionis; quatenus matrimonium inire valeat cum acatholic.....

Causæ sunt: .....

.....

nec non cohabitatio cum copula incestuosa.

Ex Audientia SSmi habita die.....189

SSmus Dominus Noster.....Divina Providentia PP.....

referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide.....facultatem tribuit R. P. D.....

.....

ut, sive per se sive per alium ecclesiasticum virum ab eo specialiter deputandum, iniuncta, si fieri potest, separatione a cohabitatione, sin minus a thoro, per tempus sibi benevisum, quo decurrente Orat.....ad pœnitentiæ Sacramentum accedat, prævia absolutione ab incestus reatibus etiam post missas preces et ante huius rescripti executionem forsan miserabiliter iteratis, atque imposita eidem congrua salutari pœnitentia, cum ips.....dispensare valeat super enunciatis impedimentis.....

.....

et mixtæ religionis, quatenus cum prædict.....

acatholic.....matrimonium valide et legitime contrahere, in eoque postmodum libere et licite remanere possit, prolem sive susceptam sive suscipiendam legitimam declarando; dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis, præsertim vero de amovendo a parte catholica perversionis periculo, de conversione partis acatholicæ pro viribus curanda, deque universa utriusque sexus prole sive suscepta sive suscipienda in sanctitate catholicæ religionis omnino educanda; erogata in pium opus aliqua eleemosyna, iuxta vires, arbitrio dispensantis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Æd. Sacræ Congregationis de Propaganda Fide die et anno ut supra.

Gratis quocumque titulo.

V.—*Pro sanatione in radice.*

BEATISSIME PATER

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

Ex Audientia SSmi habita die.....189

SSmus Dominus Noster.....Divina Providentia PP.....

referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide.....R. P. D. .....

facultatem tribuit, ut quatenus partes ad renovandum consensum induci nullo modo possint, sive per se sive per alium ecclesiasticum virum ab eo specialiter deputandum, prævia dispensatione super impediment.....

.....

matrimonium de quo in precibus sanare valeat in radice, dummodo utraque pars in consensu de præsenti perseveret. Ipse vero dispen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sans, in hoc sibi commisso munere explendo declaret se agere nomine Sanctitatis Suæ et tamquam ab Apostolica Sede specialiter delegatum, serio moneat.....de gravissimo patrato scelere, salutares ei pœnitentias imponat, simulque ipsi declaret ob hanc dispensationem ab ea acceptam matrimonium fieri validum et legitimum, et indissolubile evadere jure divino, et prolem sive susceptam sive suscipiendam legitimam habendam esse. Cum autem de matrimonii validitate in foro externo constare debeat, R. P. D. Ordinarius nomina cum reliqua personarum consueta indicatione in regestis matrimoniorum secretorum describi iubeat, simulque autographum documentum præsentis concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationum a..... ut supra factarum servetur in Curia Episcopali, et exemplar authenticum eidem.....sedulo custodiendum tradatur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Æd. S. Congregationis de Propaganda Fide, die et anno ut supra.

Gratis quocumque titulo.

Pars Secunda.

DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS PER FORMULAS EPISCOPIS ET VICARIIS PRÆFECTISQUE APOSTOLICIS PRÆSERTIM STATUUM HORUM FŒDERATORUM CONCEDI SOLITIS IN SPECIE.

97.—Notitiæ præviæ. I. Episcopis nostris prout etiam Excellmo nostro Delegato Apostolico, facultates *ordinariæ* in Form. I., *extraordinariæ* in Form. C., D. et E. a S. Sede conceduntur. Quæ ex facultatibus et quomodo sacerdotibus communicari ac subdelegari possint, expositum est supra n. 32, 35.

II. Episcopi Canadenses præter Form. I. a S. Sede accipiunt facultates extraordinarias in Form. T. et in aliis indultis. Cfr. infra n. 249, 250.

III. Episcopi Angliæ, Scotiæ, etc. gaudent Formula secunda (F. II.),[1] quæ quoad tenorem et numerum facultatum plane concordat cum Form. I., exceptis Art. 2, 4, 5 et 12, ut suo loco notabitur.

IV. De facultatibus *ordinariis* reliquarum Formularum agetur in Appendice; apud singulos vero Articulos Formulæ I. breviter (per litteras **F** et **a**) remittitur ad æqualiter vel similiter sonantes Articulos istarum Formularum.

V. Facultates *extraordinariæ* pro locorum *indigentiis* conceduntur et maxime variant. Permulta tamen cum iis, quæ in nostris Formulis continentur, plus minusve concordant. Ideo hæ Formulæ aut omittuntur aut per transennam tantum aliquoties commemorantur. Exemplaria quædam reperiri possunt ap. *Coll. Miss.* n. 32, 33 et *Act. S. Sed.* vii. 304.

[1] Non confundenda cum Formula secunda apud Corre p. 22 etc., quæ facultates extraordinarias pro Sinis continet. (Cfr. *Coll. Miss.* n. 33.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sans, in hoc sibi commisso munere explendo declaret se agere nomine Sanctitatis Suæ et tamquam ab Apostolica Sede specialiter delegatum, serio moneat.....de gravissimo patrato scelere, salutares ei pœnitentias imponat, simulque ipsi declaret ob hanc dispensationem ab ea acceptam matrimonium fieri validum et legitimum, et indissolubile evadere jure divino, et prolem sive susceptam sive suscipiendam legitimam habendam esse. Cum autem de matrimonii validitate in foro externo constare debeat, R. P. D. Ordinarius nomina cum reliqua personarum consueta indicatione in regestis matrimoniorum secretorum describi iubeat, simulque autographum documentum præsentis concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationum a..... ut supra factarum servetur in Curia Episcopali, et exemplar authenticum eidem.....sedulo custodiendum tradatur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Æd. S. Congregationis de Propaganda Fide, die et anno ut supra.

Gratis quocumque titulo.

Pars Secunda.

DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS PER FORMULAS EPISCOPIS ET VICARIIS PRÆFECTISQUE APOSTOLICIS PRÆSERTIM STATUUM HORUM FŒDERATORUM CONCEDI SOLITIS IN SPECIE.

97.—Notitiæ præviæ. I. Episcopis nostris prout etiam Excellmo nostro Delegato Apostolico, facultates *ordinariæ* in Form. I., *extraordinariæ* in Form. C., D. et E. a S. Sede conceduntur. Quæ ex facultatibus et quomodo sacerdotibus communicari ac subdelegari possint, expositum est supra n. 32, 35.

II. Episcopi Canadenses præter Form. I. a S. Sede accipiunt facultates extraordinarias in Form. T. et in aliis indultis. Cfr. infra n. 249, 250.

III. Episcopi Angliæ, Scotiæ, etc. gaudent Formula secunda (F. II.),[1] quæ quoad tenorem et numerum facultatum plane concordat cum Form. I., exceptis Art. 2, 4, 5 et 12, ut suo loco notabitur.

IV. De facultatibus *ordinariis* reliquarum Formularum agetur in Appendice; apud singulos vero Articulos Formulæ I. breviter (per litteras **F** et **a**) remittitur ad æqualiter vel similiter sonantes Articulos istarum Formularum.

V. Facultates *extraordinariæ* pro locorum *indigentiis* conceduntur et maxime variant. Permulta tamen cum iis, quæ in nostris Formulis continentur, plus minusve concordant. Ideo hæ Formulæ aut omittuntur aut per transennam tantum aliquoties commemorantur. Exemplaria quædam reperiri possunt ap. *Coll. Miss.* n. 32, 33 et *Act. S. Sed.* vii. 304.

[1] Non confundenda cum Formula secunda apud Corre p. 22 etc., quæ facultates extraordinarias pro Sinis continet. (Cfr. *Coll. Miss.* n. 33.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

VI. Quod spectat *facultatem cumulandi* (n. 15), tantum specialia quædam mihi benigne communicata refero. Nimirum Episcopo cuidam horum Statuum anno 1878 indultum fuit, "ut facultatibus, quibus ex auctoritate Apostolica gaudet ad dispensandum super impedimentis sive dirimentibus sive impedientibus uti valeat ad triennium etiam in casibus, in quibus duo vel plura dirimentia vel unum dirimens et alterum impediens impedimenta concurrant, idque faciat justis iisque gravibus accedentibus causis." (Idem concessum est anno 1890 Episcopis Prov. Quebec. ad decenn.) Alii ex nostris Episcopis 1877 idem fuit indultum ad quinquennium, sed additum fuit: " . . . causis, quæ tempus ad S. Sedem recurrendi et dispensationis gratiam expectandi sufficiens prudenti arbitrio suo non relinquant." Alii ex Stat. Fœderat. Episcopo "SSmus Dominus Noster . . Leo PP. XIII. anno 1885 . . indulsit, "*ut facultatibus* ab Apostolica Sede ei tributis dispensandi super quibusdam impedimentis matrimonium *dirimentibus* singillatim sumptis uti etiam possit usque ad *terminum earundem facultatum*, quamvis duo vel plura simul concurrant ex prædictis impedimentis, necnon concurrente quoque impedimento mixtæ Communionis, si etiam pro hujus dispensatione concedenda facultatem jam obtinuerit; accedentibus tamen justis iisque gravibus causis et in urgentibus casibus, pro quibus tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem, eaque lege, ut si agatur de facultatibus pro certo casuum numero taxative eisdem concessis, hunc numerum non excedat."

Anno 1890 et 1891 tum hic tum alibi datum est indultum sine termino pro " casibus in quibus duo vel plura simul concurrant ex *dirimentibus* impedimentis, necnon concurrente quoque impedimento mixtæ Communionis, si etiam pro hujus dispensatione concedenda facultatem jam obtinuerit; accedentibus tamen justis iisque gravibus causis, et in urgentioribus casibus, pro quibus tempus non suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem." Idem indultum concessum est anno 1895, addita tamen post verba: *ad Sanctam Sedem* clausula: "et dummodo singulæ facultates, sive primitus ab eo obtentæ sive ei renovatæ, adhuc perdurent."

Itaque quia verba valent, quantum sonant, Episcopus dispensare nequit in impedimento dirimente concurrente ex. gr. cum voto castitatis ita perfecto, ut potestate quasi-ordinaria uti non possit (n. 107). De concursu potestatis quasi-ordinariæ cum facultatibus Apostolicis vide n. 2. I.—

Nota. **a.** Eodem prorsus nec ampliori ac Episcopi nostri indulto cumulandi gaudet noster Excellmus D. *Delegatus Apostolicus*, prout hoc mihi ejus Rmus Auditor expresse dixit.

b. Indulta præfata cumulandi juxta dicta n. 29. Sacerdotibus ab Episcopo communicari nequeunt, nisi, prout quandoque fit,[1] ad hoc a S. Sede specialem obtinuerit facultatem. Sunt enim indulta personalia Episcopi.—Objiciter vero: Accessorium naturam sequi congruit principalis. (Reg. jur. 42. in 6.) Atqui concessa subdelegabilitate facultatum pro singulis impedimentis indultum cumulationis rationem accessorii habet, ita ut et ipsum subdelegabile sit. Ergo. Resp. Regula hæc, quæ satis ambigua est, in genere significat, aliquid quod ad aliud tanquam suum fundamentum accedit ita ei inhærere, ut stante vel cadente hoc fundamento stet vel cadat. Cfr. plura ap. Ferraris v. *Accessorium* n. 21, 22, Reiffenstuel in hanc reg. jur., Bonal *Inst. can.* tr. I. n. 109. Jam autem quæritur: Estne subdelegabilitas indulti cumulationis talis consequentia subdelegabilitatis facultatum pro singulis impedimentis, ut concessa hac etiam illa concessa censeri debeat? Negandum omnino est; nam cumulandi facultas prorsus differt a facultate pro singulis impedimentis, in illa enim multo gravior difformitas existit et graviores causæ dispensandi adesse debent, quam in hac. Unde si in hac favor subdelegandi additur, nullo modo sequitur, hunc in priori etiam eo ipso esse additum, eo vel minus, cum in priori de re difficiliore agatur. Hoc in sensu dubio proposito etiam respondit die 11. Aug. 1895 Delegationis Aplæ Auditor Rmus D. Donatus Sbarretti, cui accedunt alii viri periti.—Unde sacerdotes, licet eis facultates dispensandi in impedimentis matr. communicatæ fuerint, in plurium concurrentia præciso indulto speciali semper ad Episcopum confugere debent.

c. De ampla cumulatione facultatum Pagellæ S. Pœnitentiariæ cfr. n. 15 nota. Ob hanc cumulationem necnon ob alias declarationes additas (cfr. n. 40 *quoad* et n. 82 nota), talis pagella etiam Episcopis desiderabilis esse videtur. Indulto dispensandi in cumulatis Episcopus uti nequit, cum matrimonium sanat in radice (cfr.

[1] S. C. S. Off. 2. Apr. 1892 ap. *Coll. Prop.* n. 2190 et Pius IX. 31. Jul. 1870 ap. *Coll. Miss.* n. 1012, Feije ed. 4. n. 431. e. sub 4°.

n. 15.). Antistes Americanus petivit a S. C. extensionem indulti ad casum sanationis in radice, sed eam non obtinuit, ut refert De Becker pag. 348. Nota 2.

FORMULA I.

Prænotatio. Formula inscribitur in recentissima editione de anno 1894:

F. I.

Facultates concessæ a Ss. D. N.....Div. Prov. PP..... referente infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide.....in audientia diei.....R.....(Sequuntur 29 Articuli ut infra. In fine eorum additur)**: Datum Romæ ex Ædibus dictæ S. Congnis die et anno ut supra.**

....., Archieppus. ....., Secr.

Gratis quocumque titulo.

Simili modo inscribuntur reliquæ Formulæ ordinariæ.

Sequuntur jam articuli Formulæ I. nec non Formulæ II. juxta dicta n. 97 iii., additis opportunis annotationibus.

ARTICULUS I.

"CONFERENDI ORDINES EXTRA TEMPORA, ET NON SERVATIS INTERSTITIIS USQUE AD PRESBYTERATUM INCLUSIVE, SI SACERDOTUM NECESSITAS IBI FUERIT."

(F. iii. a. 12; F. vi. a. 26.)

98.—Explicatio. I. Dicitur:

CONFERENDI ORDINES—*majores* scil. et, si agitur de Ordinatione generali,[1] *minores* **a.** EXTRA TEMPORA, nimirum tempora a jure statuta, quæ sunt "Sabbata Quattuor Temporum, Sabbatum ante Dominicam Passionis et Sabbatum Sanctum."[2]

b. NON SERVATIS INTERSTITIIS. Quæ sint interstitia de jure servanda, docet Trid. xxiii. cap. 11, 13, 14 de Ref.—In his Episcopus, non autem Vicarius Apost. (n. 25.) vi Tridentini

[1] S. Alph. vi. 794. Idem tenendum est, si agitur de defectu supplendo, qui certe aut probabiliter est de valore ordinis majoris et hic defectus certus est. S. Alph. vi. 759.

[2] Lucidi vol. i. cap. 2. n. 110 seq.

dispensare potest cum suis subditis, licet a sua Diœcesi absentibus et quidem ab interstitiis inter Subdiaconatum et Diaconatum quavis justa causa ex suo arbitrio (ib. cap. 13), ab interstitiis inter Acolythatum et Subdiaconatum, inter Diaconatum et Presbyteratum ob necessitatem aut utilitatem Ecclesiæ i. e. Diœcesis, cui Ordinandus adscriptus est. (ib. cap. 11. et 14.)—[Verba: "utilitatem *ac* necessitatem" in cap. 14. disjunctive sunt intelligenda. S. C. C. 3. maj. 1620 ap. Gasparri: *De S. Ordinatione* n. 504.] Necessitas illa hodie nullibi deest. (Gasp. l. c.) De ea agit Ben. XIV. *Inst.* 58.

c. SI SACERDOTUM NECESSITAS IBI FUERIT—denotat causam, qua existente duplex hæc facultas applicari potest. Causa hæc, ut videtur, strictior esse debet ac illa, de qua Trid. supra agit. At cum favor benignius sit interpretandus, sub necessitate etiam gravis utilitas intelligi potest, ita ut apud nos vix umquam sufficiens causa desit.

99.—II. Subintelligitur: **a.** *illis, quorum ratione ordinationis Episcopus*[1] *proprius* est et qui *tempore ordinationis in Diœcesi* sunt (n. 49.).

b. *Servatis reliquis de jure servandis*, scil. ut Ordines conferantur: 1. *diebus festis de præcepto*, saltem in favorem fidelium abrogatis,... iis nempe, quibus Missa pro populo offerenda est. Ita S. R. C. in una Marianopolitana 18 Maji 1883 et alias.[2]—In his vero Statibus Fœderatis et alibi vi consuetudinis diuturnæ in tenore hujus facultatis fundatæ,[3] Ordines conferri possunt *quolibet die pro æquo Episcopi arbitrio*, ut testantur et docent Kenrick tr. 20, n. 34, Sabetti n. 835, qu. 4, 3.—Neque hoc abrogatum esse videtur per Decr. S. Congr., quæ, quum omnia particularia sint, ad loca, in quibus existit consuetudo legitima,

[1] Lucidi ib. n. 79 seq. Konings Comp. n. 1519.—De Regularibus ib. qu. 3.—Alienum extra tempora Episcopus ordinare potest tantum, si ille habeat indultum Apost. (*Coll. Prop.* n. 1186; Pezzani ad can. 242.)

[2] *The Pastor* ii. 112. N. R. Th. xv. 494. Lucidi l. c. n. 124 seq.—Hoc tenendum etiam est de collatione ordinum minorum, saltem si generalis est. Gasparri: *De S. Ordinatione*. n. 52. Cfr. S. Alph. vi. 794.

[3] Lehmk. ii. 605.

extendi nequeunt. (Cfr. n. 3. ad ii. a. sub. 4.) Porro consuetudinem in hoc posse legitimam existere, innuit etiam S. Alph.[1]

2. *diebus festis non continuis, sed interpolatis*, nisi habeatur *privilegium* aut *specialissimum* indultum; nam ex Decreto S. C. specialiter deputatæ super moderatione indultorum *extra tempora* ab Innoc. XII. approbato die 14. Dec. 1693 hæc indulta (*extra tempora*) "numquam concedenda sunt pro festivis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio, arbitrio Episcopi definiendo."[2] Quod tamen non est intelligendum, quasi inter unum et alterum Ordinem sacrum deberent intercedere tres vel quattuor menses, prout vult Monacelli,[3] sed ita ut quis inter unum et alterum tempus Ordinationis omnibus Ordinibus sacris initiari possit, data tamen prudenti interpolatione inter unum et aliud festum, attento etiam commodo Ordinantis. Ita Giraldi.[4]—Potest etiam probabiliter unus Ordo conferri die a jure statuto v. gr. Sabbato Sancto, et alter die festo immediate insequenti, in hypothesi nostra Dom. Resurrectionis, quia tum non suscipiuntur Ordines *diebus continuis* VIRTUTE FACULTATIS.[5] Quam stricte S. Sedes huic decreto insistat, perspicitur ex eo, quod Episcopo Hiberniæ ex causa gravi petenti, ut omnes sacros Ordines possit conferre die Dominica et duobus festis duplicibus in eadem vel sequenti hebdomada occurrentibus, S. C. S. Officii die 5. Mart. 1712 respondit:[6] "Affirmative in tribus

[1] De Priv. n. 116. et lib. vi. n. 797 dub. 4.—At in Decr. Innoc. XII. 14. Dec. 1693 ap. Lucidi l. c. n. 117 monentur indultarii, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus "limites cujusvis consuetudinis aut exempli prætextu transgrediantur."

[2] La Croix lib. vi. p. ii. n. 2295 et 2301; Lucidi l. c. n. 116; Gasparri n. 71 et 78.

[3] Pars ii. tit. 13. *Form.* iv. n. 39.

[4] *Expos. juris. pont.* ii. pag. 965.

[5] S. Alph. vi. 796 initio.

[6] *Coll. Prop.* n. 1187.—Indultum de tribus diebus continuis ante Decr. de 1693 legitur concessum ab Urbano VIII. ap. De Martinis vol. i. pag. 123, 146, 155, 165 et 173, ab Innoc. X. ib. pag. 244, qua cum concessione conferatur illa Benedicti XIV. ib. vol. iii. pag. 56.—Post Decr. de 1693 Clemens XIV. ib. vol. iv. pag. 196 legitur confirmasse indultum prædictum pro Alumnis Collegii Hibernorum in Urbe.—Facultas, "conferendi omnes sacros, etiam Presbyteratus ordines diebus *ferialibus*, etiam *continuis*" continetur in Formula

festivis de præcepto non continuis sed interpolatis juxta formam Constitutionis s. m. Innocentii XII." i. e. juxta Decretum de 14. Dec. 1693.—Nihilominus "indultum super interstitiis et temporibus datur sæpius cum clausula, ut quis ordinari valeat *in tribus diebus festivis extra tempora*, quo Episcopus potest ordines conferre tribus diebus festis continuis." Ita Gasp. n. 509 cum Giraldi, Matteucci et Monacelli.

Privilegium, Ordines suscipiendi extra tempora tribus diebus *festivis continuis*, a S. Sede obtinuerunt Regulares,[1] speciatim a Greg. XIII. Jesuitæ.[2]

ADNOTATIONES.

100.—I. Religiosi.

a. "Professi tum votorum solemnium tum simplicium ab Ordinariis locorum ad Sacros Ordines non admittantur, nisi, *præter alia a jure statuta*, testimoniales litteras exhibeant, quod saltem per annum sacræ Theologiæ operam dederint, si agatur de Subdiaconatu, ad minus per biennium, si de Diaconatu, et quoad Presbyteratum, saltem per triennium, præmisso tamen regulari aliorum Studiorum curriculo." Ita S. C. Ep. & Reg. in Decr. *Auctis admodum* 4. Nov. 1892, ad vi. ap. *Act. S. Sed.* xxv. pag. 312.—Dicitur "*præter alia a jure statuta.*" Hæc sunt præsertim ea, quæ in eodem Decr. sub n. i. et ii. statuuntur nempe: ne Superiores Ordinum Regularium litteras dimissoriales concedant Novitiis aut professis votorum simplicium triennalium ad hoc, ut titulo paupertatis ad S. Ordines promoveri valeant,—et Superiores institutorum votorum simplicium ne quomodocumque ad S. Ordines alumnos promoveant titulo mensæ communis aut missionis, nisi illos, qui vota perpetua jam emiserunt et proprio instituto stabiliter aggregati sunt, aut, si agitur de congregatione in qua professio ultra triennium differtur, saltem

extraordinaria Vicariis Apost. Sinarum et regionum adjacentium concedi solita. (*Coll. Miss.* n. 33. art. 2.)—Ad quod advertit Corre pag. 286: "Vi hujus facultatis Episcopus potest, ut patet, conferre ordines quacumque die."

[1] Hoc Ferraris v. *Ordo* art. ii. n. 12. et 13. cum aliis pro certo habet.

[2] Bull. Taurin. vol. viii. pag. 397.—Privilegium hoc neque in Brevi Leonis XII. *Plura inter* nec, ut videtur, in Brevi Leonis XIII. *Dolemus* de 13. Julii 1886 (*Act. S. Sed.* xix. 49.) eis restitutum est.—Sufficit communicatio cum reliquis Regularibus.

per triennium in votis simplicibus permanserunt;—et si causa legitima pro S. Ordinibus citius recipiendis existat, ut dispensatio S. Sedis petatur, vota solemnia et resp. simplicia perpetua ante tempus expletum emittendi.

b. Casu, quo Ordo quidam privilegium, "a quocumque" Episcopo Catholico ordinationem suorum alumnorum obtinendi ex directa concessione apostolica post Conc. Trid., non ex communicatione tantum habeat, eo uti quidem potest, sed ex justa causa et debitis in circumstantiis, minime vero pro libitu et ad ostentationem, cum contemptu Episcopi Diœcesani. (Ben. XIV. const. *Impositi nobis* 27. Febr. 1747 n. 13.) Extra hunc casum Religiosorum quoad ordinationem Episcopus proprius est diœcesanus, "nempe illius monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis"—absque frande—"positus fuit." (Ben. XIV. l. c. n. 5. et *de Syn. Diœc.* ix. cap. 17. n. 2. Gasp. n. 929 et 930.) Si Diœcesanus abfuerit vel si in Diœcesi existens non est habiturus in ea ordinationem generalem proximo legitimo tempore, sed aut privatam tantum aut nullam, vel si sedes episcopalis vacat, Superior, de hoc a Vicario generali vel Cancellario vel Secretario ejusdem Episcopi testimonialibus obtentis, subditos suos cum dimissoriis, in quibus etiam causa hujus exprimitur, mittere potest ad quemcumque catholicum Episcopum dummodo ipsi regulares (i. e. Superior) non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo episcopus vel abfuturus vel nullas habiturus esset ordinationes. (Gasp. n. 922 seq.)

c. Ordinans regulares ordinandos, nisi per privilegium apostolicum eximantur, examinare potest, attamen etiam sine examine ordinare, acquiescendo testimonio eorum Superioris in dimissoriis expresso de examine facto. (S. Alph. vi. 792.)

d. Regulares etiam gaudent privilegio, suscipiendi sacros Ordines *extra tempora* (Bizzarri p. 377 in una Ord. Camald., S. Alph. vi. 797 Dub. 3. et de *Priv.* 115, Bucceroni *Cas. consc.* ii. n. 134. ad 1.); idque etiam ab Episcopo extraneo, dummodo ei exhibeant attestationem, qua declaratur, Episcopum loci, in quo degunt, proximo legitimo tempore ordinationem non esse habiturum. (S. C. C. 18 Aug. 1888, ap. Bucceroni l. c. ad 2. et *Il Mon. eccl.*, vol. v. p. ii. 169.)

e. Item dispensari possunt in *interstitiis* (Ferraris: v. *Interstitia* n. 14. et 15. et La Croix vi. part. ii. n. 2300). Notandum vero, "remissionem interstitiorum ex causis in Conc. Trid. expressis pertinere ad Episcopum ordinantem etiam quoad Regulares ab eo ordines suscipientes, non autem ad Superiores Regulares; ipsum

tamen Episcopum de causis remissionis teneri fidem habere et deferre testimonio Superioris Regularis." Ita S. C. C. 24. Aug. 1686 ap. Bucceroni l. c. ad 3. et *Coll. Prop.* n. 1168.

f. De ordinum sacr. susceptione *tribus diebus festis continuis* cfr. supra n. 99.

101.—II. Indulta EXTRA TEMPORA et INTERSTITIORUM conceduntur etiam ad instantiam petentium idque sive a S. C. de Prop. Fide (quoad subditos locorum Missionum) sive a Secretaria Brevium. De illis, ut et de causis, quibus existentibus obtineri possunt, conferatur Lucidi.[1]—Quoad prius sc. EXTRA TEMPORA juxta Pont. Rom. mandatum Apostolicum seu Breve hanc facultatem continens est legendum, antequam ad collationem Ordinum proceditur. Ita S. R. C. in Quebec.[2] Unde hoc præceptum Pontificalis non spectat ad usum præsentis facultatis.[3] In usu indulti EXTRA TEMPORA servanda sunt supra n. 99, **b.** exposita,[4] et si indultum INTERSTITIORUM *solum* est obtentum, observanda sunt *tempora*.[5]

III. Quæ TESTIMONIA requirantur pro promotione sæcularis ab Episcopo proprio facienda, vide ap. Gasparri n. 680–738, quæ (præter dimissoria) pro promotione sæcularis ab Episcopo alieno facienda, cfr. ib. n. 739–742, quæ pro promotione Regularis ib. n. 743. 744. et supra. SUSPENSIONES, quæ occasione ordinationis variis ex causis incurri possunt, cfr. infra n. 253. § v. et n. 254 ad v. FORMULÆ in materia Ordinationis inveniuntur ap. Gasparri: *de S. Ord.* tom. ii. pag. 316. seq., Monacelli: *Formular. leg.* vol. i. tit. iii. et iv. et Lucidi vol. iii. p. 141, 142.

[1] Vol. i. n. 110–121.
[2] 23 Maji 1835; Gard. n. 4751 ad 5.
[3] S. Off. 2 Jul. 1884 ad i. infra n. 248. et *Coll. Prop.* n. 1203.
[4] Lucidi n. 113.
[5] Giraldi l. c.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS 2.

"DISPENSANDI IN QUIBUSCUMQUE IRREGULARITATIBUS, EXCEPTIS ILLIS, QUÆ VEL EX BIGAMIA VERA VEL EX HOMICIDIO VOLUNTARIO PROVENIUNT; ET IN HIS ETIAM DUOBUS CASIBUS, SI PRÆCISA NECESSITAS OPERARIORUM IBI FUERIT, SI TAMEN, QUOAD HOMICIDIUM VOLUNTARIUM EX HUJUSMODI DISPENSATIONE SCANDALUM NON ORIATUR."[1]

(F. IV. a. 1. Cfr. F. III. a. 8; F. VI. a. 8; F. X. a. 8.)

102.—Explicatio. Dicitur: I. *In irregularitatibus.* Irregularitas *in sensu stricto*, prout hic intelligitur, est impedimentum *perpetuo prohibens* primario collationem susceptionemque cujuscumque gradus clericalis (etiam primæ tonsuræ) consequenter vero ordinum exercitium beneficiique collationem acceptationemque,—jure communi canonico constitutum ex aliquo defectu vel delicto propter reverentiam divini ministerii.[2] Irregularitates *late tales* sunt præsertim illa impedimenta temporanea, quæ ex sua natura aliter quam per dispensationem cessant, ut defectus scientiæ, ætatis etc.[3] Pro his in hoc Art. nulla conceditur facultas.—Porro ut *ex delicto* irregularitas oriatur, ea requiruntur, quæ pro censuræ incursu necessaria sunt.[4] Quare vide dicenda n. 145. viii. ad **a.**

Dicitur II. *Dispensandi.* Dantur enim *casus, pro quibus aut dispensatio aut facultas Apostolica non requiritur.* Nam **a.** in quibusdam defectibus animi vel corporis[5] Episcopo, imo et Superiori regulari pro suis respective subditis permittitur, non quidem dispensatio proprie dicta, sed declaratio, num et quamdiu quis ob defectum aliquem a susceptione Ordinum aut a susceptorum exercitio impediatur.—**b.** jure ordinario 1. ex cap. *Liceat* (Trid. xxiv. 6. Ref.) Episcopi (cfr. n. 25) dispensare possunt per se vel per alium, etiam generaliter ad hoc delegatum[6] certe suos ex

[1] *In Form. II. pro Anglia* etc. verba: "**et in his etiam duobus**" usque ad "**oriatur**", omissa sunt.
[2] Gasparri *de S. Ordinat.* n. 157. [3] Id. n. 184.
[4] Id. n. 185. seq.
[5] Konings *Comp.* n. 1758. 1759. Gasparri n. 254.
[6] Suarez *de irreg.* disp. 41. sect. 2. n. 8.

domicilio vero subditos, quibus[1] accensentur religiosi in Diœcesi commorantes de familia,[2] etiamsi tum illi tum hi (subditi) tempore dispensationis versentur extra Diœcesin:[3]—"ab irregularitatibus omnibus ex delicto proprio, non vero alieno[4]—occulto" (cfr. n. 23), "excepta illa ex homicidio voluntario" (cfr. n. 103. **b.**) "et exceptis deductis ad forum contentiosum"—forum scil. sive civile sive ecclesiasticum competens, non vero incompetens.[5] Quando casus ad forum contentiosum censeatur deductus, cfr. n. 17. et Gasparri n. 225.

Facultas hæc, nisi expresse nominetur in dimissoriis, quibuscum aliquis mittitur, ut ab alio Episcopo ordinetur, probabilius non censetur contenta:[6] facile vero adesse in casu potest dispensatio tacita Episcopi mittentis. (Cfr. n. 104. iii. ad **d.**) —Dispensatio, quamvis pro irregularitatibus ex delicto occulto tantum valeat, prodesse potest pro foro externo.[7]

2. Jure ordinario Episcopi dispensare possunt ex causa gravissima, si aditus ad Papam non patet, et casus urget, etiamsi agatur de irregularitate ex homicidio.[8]—Cæterum, quamvis irregularitates in genere sub gravi obligent, tanquam prohibitiones juris positivi ecclesiastici non obligant sub gravi incommodo, quamdiu, hoc perdurat et dispensatio peti non potest. Demum si irregularitas sine gravi periculo manifestari nequit, velut quandoque ea ex homicidio, dispensatione non eget.[9]

3. Demum jure ordinario (cfr. n. 24. **a** ad 3) Episcopi dispensare possunt, si debita diligentia adhibita dubium sive juris sive facti existat quoad irregularitatem aliquam ex defectu vel delicto exorientem. Imo in casu dubii irregularitas non censetur existere[10] nec dispensatione eget nisi ad cautelam, unico casu excepto homicidii (non solius mutilationis), quo *Clericus* de homicidio quidem est certus, at dubitat, an ipse sua actione,

[1] Cfr. supra n. 49. [2] Suarez l. c. n. 12. (Cfr. n. 49. **b.** ad 4.)
[3] S. Alph. vii. 81. [4] Gasparri n. 221.
[5] Id. n. 225. [6] S. Alph. vi. 789. Dub. 2.
[7] Castropalaus *de censur.* disp. 6. punct. 8. n. 8., Gasparri n. 227.
[8] S. Alph. vii. 391 (Cfr. n. 24. **a.** ad 2).
[9] Gasparri n. 168. D'Annib. i. 406 (19).
[10] S. Alph. vii. n. 344 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

de se mortifera, fuerit illius causa. Dico: *Clericus;* hoc enim clericos tantum obligat et quidem ad duos solummodo effectus, scil. abstinendi a celebratione et quærendi dispensationem.[1] Quodsi dubium facti *sine prævia dispensatione* postea disparet et irregularitas evadit certa, dispensatio est petenda, non item vero si hoc occurrit in dubio juris, in quo per principium reflexum moralis certitudo comparata est; prout hoc confirmatur ex Resp. S. C. S. Off. 11. Julii 1884, quo hæreticorum, qui in hæresi persistunt vel mortui sunt, filii (et in generatione paterna etiam nepotes) in locis quoque, ubi impune grassantur hæreses (casu pridem inter DD. disputato) declarati sunt irregulares. Nempe pro præterito i. e. quoad ordinatos sine dispensatione Episcopum interrogantem acquiescere jussit S. Congr.[2]

c. Aliæ irregularitates, præsertim late tales, sine ulla dispensatione tolluntur;[3] prout infamia ob crimen parentum per ingressum in religionem; infamia facti per publicam emendationem (Gasparri n. 310) et si est localis, per loci mutationem; infamia juris ex sententia judicis per aliam sententiam, qua fama restituitur. Delictum et infamia purgatur per Baptismum, ita ut dein irregularitas oriri nequeat; non autem defectus. Ideo bigamus est, qui duas uxores successive ante Baptismum duxit et cognovit aut unam ante, alteram post Baptismum. (Gasp. n. 377.) Quoad defectum natalium cfr. infra n. 119. 120.

d. *Confessarii Regulares* (sicut Episcopi supra ad **b.**) etiam sæculares dispensare possunt in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepto homicidio voluntario, et exceptis deductis ad forum contentiosum.[4]—Insuper *suos subditos* dispensare possunt *Superiores* per se et per alium ab omni irregularitate ex delicto etiam publico, ut publica violatione censurarum, et ex defectu, non excepta quavis bigamia,[5] illis irregularitatibus tantum exceptis, quæ nec sub facultatibus hujus Articuli comprehenduntur. (Cfr. infra n. 103. **a.**)

e. Denique pro foro sacramentali in *Pag. S. Pœn.* sub n. xiv.

[1] S. Alph. ib. n. 347. Dub. 3.—Bizzarri pag. 521.
[2] Ap. Gasparri n. 470.
[3] S. Alph. vii. 364.
[4] S. Alph. vii. 355.
[5] Id. n. 355, 358, 364, 400, 453, 469.

continetur facultas: "Dispensandi super occulta irregularitate contracta ex violatione Censurarum dumtaxat cum Sacerdotibus, vel in Sacris Ordinibus constitutis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, dummodo tamen ipsi Regulares habeant, ut supra,[1] legitimam licentiam peragendi apud te Confessionem Sacramentalem."

103.—Dicitur: III. *Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus.* Unde vi hujus Art. dispensari potest in omnibus irregularitatibus *stricte talibus* (cfr. supra n. 102. ad i.) sive oriantur ex delicto sive ex defectu, sive occultæ sint sive publicæ. Excipiuntur ab hac generali concessione: **a.** *Ex natura rei:* 1. illæ, quarum dispensatio impingeret contra jus divinum naturale vel positivum, prout e. gr. illiteratorum, perpetuo amentium, phreneticorum, abstemiorum (S. Alph. vii. 400. 409) aut tales, ex quarum dispensatione oriretur præjudicium tertii vel scandalum;—2. quæ difficilis concessionis sunt, ita ut nec S. Pontifex dispensare soleat (n. 7), aut connexæ cum alia quadam re, quæ recursum postulat ad S. Pontificem, uti est irregularitas Sacerdotis cæci vel adeo cæcutientis, ut legere nequeat. Pro tali, ut Missam votivam etiam in dupl. legere possit, speciale indultum requiritur, quod non Episcopus, sed solus Papa concedit, hodie tamen, certis sub conditionibus stricte obligantibus, frequentius quam olim. Cfr. *Coll. Prop.* n. 897. 901. Schneider-Lehmk. *Manuale Sacerdotum* pars ii. p. 68 et *Missale cæcutientium.*

NOTA. An vi Art. dispensari possit ad omnem effectum, etiam ad dignitates et ipsum Episcopatum assequendum, subdubitem juxta dicta n. 7. collatis illis, quæ habentur ap. Pyrr. Corr. lib. ii. cap. vi.

b. *Expresse:* 1. irregularitas ex BIGAMIA VERA i. e. quum quis duas vel plures uxores *valide* duxit, consummato cum singulis matrimonio per copulam perfectam. Copulam autem fuisse perfectam semper præsumitur in foro externo, et quando de opposito non constat, etiam in interno.[2] 2. *illa ex* HOMICIDIO VOLUNTARIO—Sub homicidio, ut patet, comprehendi-

[1] Pag. S. Pœn. n. viii. (vide infra n. 139 ii. ad **c.**)
[2] S. Alph. vii. 436, 442, vi. 1075.

tur etiam occisio fœtus animati. At quoad irregularitatem, licet non quoad excommunicationem propter abortum Episcopo vel Ordinario reservatam, probabiliter teneri adhuc potest saltem pro foro interno, animationem non fieri nisi post octogesimum a conceptione diem. (S. Alph. iii. 396.) Homicidium *voluntarium* in jure can. est id, quod ex deliberata voluntate ita procedit, ut simul sit imputabile tanquam culpa gravis, licet non intendatur occisio tanquam finis,[1] i. e. volitum in se aut in causa, inseparabiliter et proxime cum illo conjuncta. (S. Alph. vii. 366.) Irregularitatem contrahunt non tantum occidentes ipsi, sed etiam homicidium cum certo effectu mandantes, consulentes et ad id *positive* cooperantes. (Ib. n. 370–376.) Homicidio voluntario opponitur *casuale* i. e. neque directe neque indirecte intentum. Hoc si fiat absque culpa aut ad defensionem vitæ servato moderamine inculpatæ tutelæ aut quia est omnino involuntarium, licet commissum in re alias illicita, non causat irregularitatem, nec opus est dispensatione nisi ad cautelam. Verba enim Conc. Trid. xiv. cap. 7. de Ref. intelliguntur de occisione facta non omnino casualiter et non servato moderamine.[2] (S. Alph. ib. n. 377–389.) Si vero propter negligentiam aut excessum in moderamine graviter culpabile est, contrahit irregularitatem, a qua, si homicidium occultum est, dispensari potest ab Episcopo ex Cap. *Liceat* (ib. n. 393 seq.) et a Regularibus. (Cfr. supra n. 102. **d.**)

Dicitur IV. *et in his etiam duobus casibus . . . oriatur.* Hoc additum, quod in Form. II. deest, explicatione non indiget.

104.—Adnotationes. I.—Facultates hujus Art. non nisi subditis Episcopo (cfr. n. 49.) tempore dispensationis in ejus Diœcesi versantibus (n. 52. b.) applicari possunt, dispensante, si *vi communicationis* Episcopi procedit, in hujus Diœcesi laborante (n. 52. a.).—Quoad eas ex cap. *Liceat* cfr. supra n. 102. **b.**—

II.—In *supplicatione* pro dispensatione obtinenda servatis illis, quæ ad diversum forum pertinent (n. 63.), exprimi debet: **a.**

[1] Sanguineti: *Jur. eccl. inst.* Romæ 1890, ed. 2, n. 212–215; S. Alph. vii. 377–389, 393–395.

[2] Mühbauer: *Coll. Res. S. C. C.* tom. v. p. 844., Pezzani ad can. 208.

species infima irregularitatis contractæ et si plurium simul requiritur dispensatio, omnes in eodem libello recenseri debent. Si ex pluribus specie diversis quædam, per quam gravitas reliquarum non augetur (cfr. n. 2.), bona fide omitteretur, dispensatio quidem valeret, at omissum non comprehenderet, nisi dispensans motu proprio et dolo non inductus ab omnibus dispensaret.—Specie differt irregularitas ex violatione excommunicationis ab illa ex violatione suspensionis et ab utraque illa ex violatione interdicti.—Si irregularitas *ejusdem speciei* per repetitos actus fuerit incursa e. gr. si excommunicatus pluries celebrando censuram violasset, non est necesse, ut numerus exactus exprimatur, sed sufficit dicere, se pluries in eam incidisse, imo sufficit, si dicat, se irregularem esse ob talem culpam.[1] Excipe, si irregularitas *ex delicto*, licet ejusdem speciei, cadit in diversas personas. Tum enim declarari debet in quot diversas personas delictum fuerit commissum.[2] Præsertim juxta Castropalao l. c. n. 16., Suarez, Aeg. Koninck et D'Annib.[3] hoc valet de homicidio (procuratione abortus).—Si demum Clericus duabus censuris specie distinctis ligatus actum ordinis formaliter et solemniter exercet, id in supplica exprimendum est non quidem eo quod duplicem irregularitatem contraxit, sed quia hæc una duplici æquivalet.[4] **b.** *Causa justa et proportionata* (S. Alph. vii. 353 et supra n. 57, 75, 77.). In irregularitatibus communibus ea plerumque est: "quod devotus orator ex fervore devotionis plurimum cupiat clericali charactere insigniri." (Cfr. Pyrrh. Corr. lib. iii.) Aliquando, si agitur de majori deformitate, penuria Sacerdotum in Diœcesi aut in Ordine, magna indigentia et paupertas dispensandi etc.—Difficilius promotus rejicitur, quam admittitur promovendus.—**c.** Quem in *finem* dispensatio petatur: num ad ordines suscipiendos, ad ministrandum in Ordine suscepto, ad dignitates assequendas etc.—**d.** Variæ circumstantiæ, scil. 1. an irregularitas sit publica vel occulta (n. 23.). In publica ex delicto, ut hæresi, homicidio, etc., infamia adest, ideo *cumulatio* (n. 15.).—2. Relapsus, si contigerit in delictum, ob quod alias dispensatio ab irregularitate fuerat obtenta (n. 2. et 70.).—

[1] S. Alph. vii. 353.
[2] Marc n. 1932, Gasparri n. 197 et 213.
[3] Vol. i. n. 406 (16.)
[4] S. Alph. vii. 359.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. In procuratione abortus an fœtus fuerit genitus a supplicante. —4. In irregularitate ex delicto, an supplicans sit bene dispositus et ad pœnitentiam acceptandam, occasionem et scandalum removendum, injuriam reparandam paratus. Indispositus, quia inutilis Ecclesiæ, non est dispensandus. Ei, qui minus dispositus videbatur, S. C. C. non raro rescripsit: "majora det pœnitentiæ signa et postea iterum recurrat." (Lingen et Reuss: *Causæ selectæ.* Pustet 1871 pag. 118–123, 131–135.) Alii, ut e. gr. sacerdotes, qui ad sectam hæreticam transierunt, si tamen dispensantur ab irregularitatibus, non rehabilitantur ad ordines exercendos, præsertim ad Missam dicendam, nisi post annum, exercitiis spiritualibus per mensem habitis, iterum recurrerint.

Nota. Si apud nos pro dispensatione ab irregularitate ad S. Sedem recurrendum est, supplica, observatis iis quæ supra notata sunt, dirigitur ad Emum Præfectum S. C. de Prop. Fide (n. 94.). Alibi in casibus publicis dispensatio conceditur per Breve a Secretaria Brevium vel per Rescriptum a Secretaria Memorabilium aut S. C. Conc. aut S. C. Ep. et Reg. aut a S. Congr. Negotiorum Extraordinariorum aut a S. C. S. Off., si hæresis aliquomodo intervenit aut a S. Dataria quoad collationem beneficii.—In casibus occultis datur per S. Pœnitentiariam. (Const. *Pastor bonus* § 15.) Executor Brevis v. Rescripti in casibus publicis constituitur Ordinarius, in occultis confessarius. (Gasparri n. 212, 214.)

III.—*Executio facultatum.* **a.** In ea observandæ sunt clausulæ, quæ in litteris dispensationis apponuntur, illæ præsertim, quibus peccato et damno præcavetur. Cfr. n. 13., 75 et 77. —De pœnitentia pro delictis gravibus a S. Sede imponi solita cfr. Pyrrh. Corr. lib. v. cap. i. etc.—Quæ imponuntur ob homicidium, similia sunt iis, quæ habentur supra n. 82. de crimine cum machinatione. Nunc frequenter injunguntur exercitia spiritualia in aliqua religiosa domo (Lingen et Reuss l. c. pag. 111, 113, 117–119, 139) et additur: "excluso loco patrati criminis" (ib. pag. 123, 125.) **b.** Dispensatio est strictæ interpretationis. Ideo dispensatus ad *ordines minores*, non potest *sacris* initiari, imo dispensatus *ad ordines*, si minores nondum habet nequit promoveri ad majores, bene vero si minores habet; dispensatus *ad subdiaconatum* non potest ulterius ascendere; dispensatus *ad usum susceptorum ordinum* nequit novum ordinem suscipere; dispensatus *ad ordinem* nequit beneficium obtinere actum illius ordinis non requirens, præsertim beneficium quod prælationem vel jurisdictionem habet.[1]—**c.** Dispensatio pro foro interno non valet pro externo. Cfr. n. 19. **d.** Formula *dispensationis* nulla est præscripta. Si dispensatio in confessione fit, post absolutionem a peccatis addi poterit: *Et insuper auctoritate a Rmo Ordinario vi facultatis Apostolicæ ad hoc mihi delegatæ dispenso tecum super irregularitate, quam propter . . . incurristi, et habilem reddo et restituo te executioni Ordinum et Officiorum tuorum. In nomine P. † et F. et Sp. S. Amen. Passio etc.* Si pœnitens nullum Ordinem habeat aut ad Ordines superiores ascendere velit, confessarius facultate ex privilegiis aut ex Pag. S. Pœn. aut aliter præditus (n. 102), dicere potest: *Insuper vi privilegii a S. Sede concessi dispenso tecum etc. et habilem te reddo ad omnes Ordines recipiendos.* Pro foro externo non necessario in scriptis danda est et sufficit etiam tacite concessa, ea sc. quam Episcopus vel Superior dare censetur subdito, quem irregularem esse sciens ad ordines admittit.—Dispensatio pro foro externo facta in actis seu registro ordinandorum adnotanda est.[2] (Cfr. n. 78.)

IV.—Episcopi nostri præsentem facultatem, si sacerdotibus communicant, tripliciter restringere solent: **a.** Eam concedunt tantum quoad exercitium Ordinum jam susceptorum; **b.** absolute seu pro quacumque hypothesi excipiunt bigamiam veram et homicidium voluntarium; item **c.** excludunt casum clerici ab ipsis per sententiam particularem ab Ordine aut jurisdictione *suspensi*, qui hanc *suspensionem* per Ordinis aut jurisdictionis exercitium violavit et ideo irregularitatem contraxit. Dicitur: *suspensi* et *suspensionem;* nam Sacerdos, cui simpliciter et sine suspensione facultates episcopales fuerint subtractæ, si absque jurisdictione Sacramentum Pœnitentiæ administrat, graviter quidem peccat, at irregularis ex hoc non fit.[3] Dicitur porro: "qui hanc suspensionem per *jurisdictionis* exercitium violavit etc" . . . intellige per *jurisdictionis* exercitium, quod est simul actus Ordinis, ut confessiones audire; nam

[1] Gasparri n. 214.
[2] Id. n. 215.
[3] S. Alph. vii. 359.

per actum solius jurisdictionis, ut concionari, dispensare a votis, absolvere a censuris, assistere matrimonio etc. irregularitas ex violatione censuræ non contrahitur.[1]

ARTICULUS III.

"DISPENSANDI SUPER DEFECTU ÆTATIS UNIUS ANNI OB OPERARIORUM PENURIAM, UT PROMOVERI POSSINT AD SACERDOTIUM, SI ALIAS IDONEI FUERINT."

(F. III. a. 13; F. VI. a. 27.)

105.—Explicatio. Dicitur I. *Super defectu ætatis.*—Conceditur super hoc specialis facultas, quia defectus ætatis non est irregularitas in sensu stricto (n. 102.). II. *Dispensandi* (sc. cum suis subditis in Diœcesi commorantibus cfr. n. 49, 52) *super defectu unius anni*—ergo cum iis, qui annum vigesimum tert. compleverunt, sive in sacris constituti sint sive non. Vi Art. 3 Form. C. n. 176 dispensari potest cum iis, qui jam Diaconi sunt, et annum vigesimum secund. cum decem mensibus compleverunt, ita ut eis desit annus cum duobus mensibus. Alia differentia inter utramque facultatem est etiam quoad causam dispensationis. Dum in Art. 3 Form. C. ea relinquitur judicio dispensantis, in præsenti Art. causa, cui inniti debet dispensatio, est

III. *Operariorum penuria*—moralis utique, uti supra n. 98. **c.** de necessitate dictum est, quæ proin vix unquam non aderit in hisce regionibus. In utraque additur: *si alias idonei fuerint* i. e. si in scrutiniis[2] ex *Tridentino* Sess. 23, cap. 5 et 7 super Ordinandis instituendis nihil aliud repertum fuerit, quod susceptioni Sacerdotii obstaret. Quod tamen relate ad præsentem Art. ita intelligendum est, ut promotio idonei ad sacerdotium saltem indirecte aliquid conferat ad minuendam operariorum penuriam. Si enim nullo modo ista causa existit, hæc facultas applicari non potest.—Strictius hoc intelligit Sabetti:[3] "Vox ista *idonei*" ait, "refertur ad vocem *operariorum*, non autem ad vocem *sacerdotium;* ac proinde si quis haberet requisitas intellectus et voluntatis dotes pro sacerdotio, sed non eas, quæ requiruntur in Missionario, non posset hanc dispensationem obtinere."

[1] S. Alph. vii. 358.
[2] Reiffenst. lib. i. tit. 12. Cfr. Gasp. n. 668 seq.
[3] *Theol. mor.* ed. 7, p. 829.

IV. *Ad sacerdotium:* ergo non ad diaconatum aut subdiaconatum, licet eædem conditiones adsint. S. C. S. Off. 21. Jan. 1734 ap. *Coll. Prop.* n. 1173.

NOTA. Art. 3. Form. C., *cum Diaconis utriusque cleri*, ideo pro clero sæculari et regulari applicari potest. Præsens tamen Art. pro Regularibus adhiberi nequit, nisi ad hoc habeant Privilegium. S. C. S. Off. 9. Apr. 1727 ap. *Coll. Prop.* n. 1172.

ARTICULUS IV.

"DISPENSANDI ET COMMUTANDI VOTA SIMPLICIA IN ALIA PIA OPERA, ET DISPENSANDI EX RATIONABILI CAUSA IN VOTIS SIMPLICIBUS CASTITATIS ET RELIGIONIS."[1]

(Cfr. F. III. a. 9; F. IV. a. 2; F. VI. a. 9; F. X. a. 9.)

106.—I. Explicatio. Dicitur:

a. *Dispensandi* ET *commutandi vota* i. e. dispensandi si causa justa dispensandi adest; commutandi vero, si existunt causæ sufficientes non pro dispensatione totali, sed tantum pro danda commutatione in æquale aut paululum inferius opus;[2] et quamvis juxta S. Alph.[3] in facultate dispensandi verius facultas commutandi contineatur, additur tamen expresse etiam facultas *commutandi*, quia inter alios Sanchez[4] fuse defendit, hanc in illa non comprehendi.—Ceterum vota, nisi id sit contra jus a tertio acquisitum, ab ipso vovente commutari possunt in rem evidenter meliorem etiam propria auctoritate. Unde per professionem religiosam etiam votorum simplicium extinguuntur omnia vota, licet cum ea *composibilia, si ita velit profitens.*—

[1] In *Form. II.* pro Anglia etc. ita Art. sonat: **Dispensandi et commutandi vota simplicia etiam castitatis ex rationalibi causa in alia pia opera, non tamen religionis.**
[2] Cfr. Planchard n. 429; S. Alph. iii. 250, 252; Zit. *Disp.* p. 58.
[3] Lib. iii. 246.
[4] *De Matr.* viii. disp. 2, n. 14 et 15, et *de Præc. Decalogi* iv. c. 53, n. 3 et 4.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per actum solius jurisdictionis, ut concionari, dispensare a votis, absolvere a censuris, assistere matrimonio etc. irregularitas ex violatione censuræ non contrahitur.[1]

ARTICULUS III.

"DISPENSANDI SUPER DEFECTU ÆTATIS UNIUS ANNI OB OPERARIORUM PENURIAM, UT PROMOVERI POSSINT AD SACERDOTIUM, SI ALIAS IDONEI FUERINT."

(F. III. a. 13; F. VI. a. 27.)

105.—Explicatio. Dicitur I. *Super defectu ætatis.*—Conceditur super hoc specialis facultas, quia defectus ætatis non est irregularitas in sensu stricto (n. 102.). II. *Dispensandi* (sc. cum suis subditis in Diœcesi commorantibus cfr. n. 49, 52) *super defectu unius anni*—ergo cum iis, qui annum vigesimum tert. compleverunt, sive in sacris constituti sint sive non. Vi Art. 3 Form. C. n. 176 dispensari potest cum iis, qui jam Diaconi sunt, et annum vigesimum secund. cum decem mensibus compleverunt, ita ut eis desit annus cum duobus mensibus. Alia differentia inter utramque facultatem est etiam quoad causam dispensationis. Dum in Art. 3 Form. C. ea relinquitur judicio dispensantis, in præsenti Art. causa, cui inniti debet dispensatio, est

III. *Operariorum penuria*—moralis utique, uti supra n. 98. **c.** de necessitate dictum est, quæ proin vix unquam non aderit in hisce regionibus. In utraque additur: *si alias idonei fuerint* i. e. si in scrutiniis[2] ex *Tridentino* Sess. 23, cap. 5 et 7 super Ordinandis instituendis nihil aliud repertum fuerit, quod susceptioni Sacerdotii obstaret. Quod tamen relate ad præsentem Art. ita intelligendum est, ut promotio idonei ad sacerdotium saltem indirecte aliquid conferat ad minuendam operariorum penuriam. Si enim nullo modo ista causa existit, hæc facultas applicari non potest.—Strictius hoc intelligit Sabetti:[3] "Vox ista *idonei*" ait, "refertur ad vocem *operariorum*, non autem ad vocem *sacerdotium;* ac proinde si quis haberet requisitas intellectus et voluntatis dotes pro sacerdotio, sed non eas, quæ requiruntur in Missionario, non posset hanc dispensationem obtinere."

[1] S. Alph. vii. 358.
[2] Reiffenst. lib. i. tit. 12. Cfr. Gasp. n. 668 seq.
[3] *Theol. mor.* ed. 7, p. 829.

IV. *Ad sacerdotium:* ergo non ad diaconatum aut subdiaconatum, licet eædem conditiones adsint. S. C. S. Off. 21. Jan. 1734 ap. *Coll. Prop.* n. 1173.

NOTA. Art. 3. Form. C., *cum Diaconis utriusque cleri*, ideo pro clero sæculari et regulari applicari potest. Præsens tamen Art. pro Regularibus adhiberi nequit, nisi ad hoc habeant Privilegium. S. C. S. Off. 9. Apr. 1727 ap. *Coll. Prop.* n. 1172.

ARTICULUS IV.

"DISPENSANDI ET COMMUTANDI VOTA SIMPLICIA IN ALIA PIA OPERA, ET DISPENSANDI EX RATIONABILI CAUSA IN VOTIS SIMPLICIBUS CASTITATIS ET RELIGIONIS."[1]

(Cfr. F. III. a. 9; F. IV. a. 2; F. VI. a. 9; F. X. a. 9.)

106.—I. Explicatio. Dicitur:

a. *Dispensandi* ET *commutandi vota* i. e. dispensandi si causa justa dispensandi adest; commutandi vero, si existunt causæ sufficientes non pro dispensatione totali, sed tantum pro danda commutatione in æquale aut paululum inferius opus;[2] et quamvis juxta S. Alph.[3] in facultate dispensandi verius facultas commutandi contineatur, additur tamen expresse etiam facultas *commutandi*, quia inter alios Sanchez[4] fuse defendit, hanc in illa non comprehendi.—Ceterum vota, nisi id sit contra jus a tertio acquisitum, ab ipso vovente commutari possunt in rem evidenter meliorem etiam propria auctoritate. Unde per professionem religiosam etiam votorum simplicium extinguuntur omnia vota, licet cum ea *composibilia, si ita velit profitens.*—

[1] In *Form. II.* pro Anglia etc. ita Art. sonat: **Dispensandi et commutandi vota simplicia etiam castitatis ex rationalibi causa in alia pia opera, non tamen religionis.**
[2] Cfr. Planchard n. 429; S. Alph. iii. 250, 252; Zit. *Disp.* p. 58.
[3] Lib. iii. 246.
[4] *De Matr.* viii. disp. 2, n. 14 et 15, et *de Præc. Decalogi* iv. c. 53, n. 3 et 4.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

An absque hac intentione extinguantur, valde dubium est. Cfr. Bonal: *Inst. can.* tr. vi. n. 126, 128.—Porro vota tolli etiam possunt 1. per *irritationem directam* ab eo, qui potestatem dominativam habet in voluntatem voto obligati, ut pater (mater), maritus, Superior religiosus in filium impuberem, uxorem, subditum religiosum,—et per *indirectam* ab eo, qui aut potestatem dominativam habens in materiam voti, hanc ei subtrahit, aut jurisdictione legifera præditus in personam voventis, ei ex justa causa præceptum voto contrarium imponit. De his consule Auctores: Lehmkuhl i. 458 seq. S. Alph. iii. n. 227 seq.—Insuper 2. voti obligatio cessat per *mutationem materiæ* substantialem aut saltem talem, ut ea prævisa votum non fuisset emissum—et demum 3. per *cessationem causæ motivæ*. De quibus plura apud Auctores. Cfr. Konings n. 388.

b. *Vota simplicia* i. e. non solemnia. Solemnitas voti consistit in quadam spirituali consecratione ab Ecclesia instituta cum effectu (via ordinaria) irrevocabili. Votum solemne se habet ad simplex, sicut Ecclesiæ consecratio ad ejus simplicem benedictionem. Plura de hoc videbis ap. Lehmkuhl i. n. 498 seq., Ærtnys n. 83, Marc n. 633, 5. et præcipue *Zeitschr. f. kath. Theologie*. Innsbr. 1886 p. 245 seq. In facultate dispensandi et commutandi vota simplicia non comprehenditur 1. facultas dispensandi vota simplicia *reservata*,[1] nisi ex contextu de contrario constet. De his infra n. 107.—Nec in ea comprehenditur 2. facultas dispensandi vota principaliter in favorem tertii facta et ab eo acceptata, quæ ob contractum onerosum, quem continent, sine ejus consensu dispensari nequeunt.[2] Ex quo intellige quæ habentur infra n. 109. ad **c.** —Nec comprehenditur 3. facultas commutandi vota pœnalia præservativa a peccato, nisi commutatio fiat in aliud opus pœnale, quod æque aut melius conducit ad præservandum. Ex quo patent dicta in Pag. S. Pœn. sub n. ix. (infra n. 109 ad **c.**) et in Jubilæis.—Ex eadem ratione dispensatio et commutatio fieri nequit, si occasionem daret peccandi.

[1] Zitelli *Disp.* p. 97; S. Alph. n. 258; *Coll. Prop.* n. 2083. Rationem habes supra n. 7.
[2] S. Alph. n. 192, 255.

Nota 1. *Causæ* ad dispensandum et a fortiori ad commutandum sufficientes sunt bonum societatis, familiæ et ipsius voto obstricti e. gr. tentationes voti causa exurgentes, imperfecta libertas vel deliberatio in ejus emissione etc. S. Alph. iii. 252, 253.

Nota 2. Dispensatio in votis, ut in legibus, est actus jurisdictionis fori externi. Quare a parocho ex sua potestate ordinaria concedi nequit.[1] Facultas tamen præsentis Articuli exerceri potest etiam in foro conscientiæ (n. 22).

107.—II. De votis reservatis.

a. Vota *Summo Pontifici reservata* sunt: 1. *expresse* quinque: *Castitatis*, *Religionis*, *peregrinationis* faciendæ *Romam* ad limina Apostolorum, *Compostellam* ad S. Jacobum, *Hierosolymam* ad Sepulchrum Domini. Hæc tamen, ut sint reservata, tum quoad objectum, tum quoad modum debent esse perfecta. Ergo objectum voti debet esse *Castitas perpetua* (non tantum temporanea, virginitas sola etc.), *Religio* cum votis solemnibus (non Congregatio cum simplicibus[2]) etc. et votum debet perfecte et plena libertate esse emissum.[3] Unde votum castitatis matrimonio contracto emissum non est reservatum, quia non amplius perfectum, nisi casu, ubi uterque conjux mutuo consensu id emiserit.—In dubio, an votum non nubendi, an virginitatis, an vero castitatis emissum sit: si intentio voventis fuit, se liberum servare ab incommodis matrimonii, votum non nubendi,—si puritas ad exemplum Beatæ M. Virg. et Sanctorum intenta fuit, votum castitatis,—si demum aureola cœlestis Virginibus i. e. corpore integris promissa intendebatur, votum virginitatis præsumitur. (Schneider-Lehmk. *Manuale.*)—2. *propter impedimentum matrimonii dirimens*, quod eis inhæret, duo:—votum simplex, quod in Societate Jesu post biennium novitiatus emittitur,[4] et votum castitatis emissum ab uxore, qua consentiente vir ad Ordines sacros promotus est. (Ex Can. *Seriatim* 14, dist. 32, cfr. Bened. XIV. *Quæst. Can.* 391.[5])—

[1] S. Alph. n. 256 (Busembaum).
[2] Rescr. S. Sed. ad Ep. Cenomanen. 2 Jan. 1836.
[3] S. Alph. iii. n. 258, iii.; Zit. *Disp.* p. 58.
[4] Lehmk. i. n. 499.
[5] Zitelli *Disp.* p. 57; Feije n. 513.

3. Vota per modum contractus nuncupata, si de re agitur, quæ jurisdictioni S. Pontificis privative subjecta est, ut vota simplicia Congregationum religiosarum etiam ad tempus tantum emissa, in quibus, licet Superiores consentiant, si Congregatio quovis modo a S. Sede fuerit *approbata*, propter manus suæ appositionem, S. Pontifex tantum dispensare potest;[1] item juramentum et votum juratum, quod emittitur ab iis, qui ad titulum Missionis ordinantur. Quare, si quis, eo voto per S. Pontificem non relaxato, ingrediatur et profiteatur religionem, professio nulla est.[2] (Cfr. n. 211, ii. et iii.)

b. Jam vero quoad vota expresse S. Pontifici reservata in secunda parte Art. conceditur facultas: *dispensandi ex rationabili causa in votis simplicibus castitatis et religionis.* Quoad *tres peregrinationes* potestas dispensandi, perpenso contextu, contineri videtur in priori parte Articuli.—E clausula *ex rationabili causa* huic parti Articuli addita, ne concludas, in reliquorum votorum dispensatione nullam causam requiri; notum enim supponitur, dispensationem a quocumque voto factam sine justa causa esse nullam.[3]—Ratio autem cur *rationabilis causa* expresse dicatur requiri pro duobus votis Castitatis et Religionis, est (juxta Sabetti), quia duo hæc vota sunt ex jure reservata R. Pontifici, quare (addo) de regula servanda est praxis et stylus Curiæ Romanæ.

Etenim S. Sedes neque in Religionis neque in Castitatis voto dispensat simpliciter, sed dispensando commutat i. e. in opus inæquale inferioris oneris votum mutat, verum ita, ut inæqualitas sit moderata juxta vires et conditionem ejus, cui fit commutatio.[4]—Nimirum 1. quoad *votum Religionis: a.* si pro majore voventis quiete *dilatio* petitur e. gr. ob necessitatem parentibus subveniendi, sequentes Clausulæ adduntur: "dummodo (Orator) illis (parentibus) cum effectu prosit et interim cœlibem vitam ducat"—"et *aliqua*" (ergo saltem duo) "religionis quam ingressurus est opera quotidie faciat"—"ita quod,

[1] S. Alph. iii. 255 et const. Bened. XIV. ibi citatæ; Zit. *App.* p. 240.
[2] Alex. VII. ap. De Angelis l. iii. t. 34, 1, in fine; Konings *Comp.* n. 374, 8, et tom. i. p. 473; *C. Pl. B. III.* n. 60.
[3] S. Alph. iii. 250.
[4] Zit. *Disp.* p. 94.

cessantibus necessitatibus parentum, præfatum votum adimplere teneatur."[1]—*b.* Si *dispensatio* petitur, ut plurimum imponuntur: confessio semel singulis mensibus vel quoties executori videbitur, facienda,—insuper ab executore injungenda præter dictam confessionem alia *opera pœnitentiæ perpetua*, inter quæ sint aliqua opera religionis, quam vovit, quotidie facienda, ut meminisse semper possit obligationis, qua hujusmodi voto adstringebatur.[2] (Ergo duo saltem opera sunt imponenda—at ratione etiam habita conditionis ejus, cui fit commutatio, ne nimis gravetur.)

2. Quoad *votum Castitatis* confessio et opera sunt imponenda ut in præcedenti, at commutatio valet tantum pro petitione debiti in primo matrimonio valide et bona fide contracto et consummato, ita ut dispensatus contra votum peccet, si extra usum hujus matrimonii actum luxuriosum committat. De qua re executor eum monere debet.[3]

Quæ praxis etiam in applicanda hac facultate est servanda, sed quia potestas *dispensandi* in ea continetur, non ex necessitate omnia supra enumerata in commutationem sunt imponenda, ut declaravit S. Pœn. 1 Maji 1878,[4] sed *ex rationabili causa*, ut habetur in facultate, pura aut fere pura dispensatio concedi poterit, opere aliquo minimo tantum imposito. Votum vero *Religionis* in perpetuum dispensatur. Rosset n. 2758.

c. *Causæ* pro valore dispensationis requisitæ dignitati voti respondere,[5] et, quoad vota præfata in magna difficultate ea servandi consistere debent. Talis causa adest, si vovens gravibus stimulis carnis agitatus proximo periculo incontinentiæ est expositus; si puellam seduxerit, et ejus famæ per matrimonium debet consulere; si puella, patre orbata, sola cum matre pauperrima difficulter vivere potest; si vovens morbo laborat, cui ex judicio medicorum occurri tantum per Matr. potest etc.[6]

d. Dispensatio, ut patet, non ultra id, quod causa requirit, dari potest, estque strictæ interpretationis.

[1] Joder p. 179; Tib. Nav. p. i. cap. 1.
[2] Joder l. c.; Tib. Nav. p. i. cap. 4.
[3] Joder l. c.; Tib. Nav. p. i. cap. 4.
[4] Ap. Planch. n. 599.
[5] S. Alph. iii. n. 250 seq.
[6] Planch. n. 429.

Unde[1] 1. Dispensatio in voto religionis ingrediendæ ad finem nubendi concessa non extenditur ad casum, quo vovens vellet manere in sæculo absque conjugio et vicissim.

2. Dispensatio in voto castitatis ad effectum nubendi data limitatur ad primum tantum matrimonium. Bened. XIV. C. *Convocatis* 7 Kal. Dec. 1749. (Quare etiam ad alterum matrimonium soluto primo contrahendum dispensari nequit nisi ex facultate apostolica[2]). Ita quidem in Rescriptis S. Sedis.—At causa existente, quæ judicatur perpetua, si dispensatio absolute conceditur, hæc primo matrimonio soluto perdurat, nisi tibi concessa fuerit pro speciali casu, scilicet ad ducendam virginem a te defloratam.[3]

3. Dispensatio in voto castitatis ad unicum matrimonium, non extinguitur conjugio *bona fide* invalide inito, aut quomodolibet ante consummationem soluto.

4. Dispensatio in voto simplici castitatis ad contrahendum cum determinata persona ex causa, quæ afficit utrumque contrahentem, non extenditur ultra matrimonium inter utrumque Oratorem.

5. Dispensatio ad licite petendum debitum conjugale concessa voventi conjugato, non extenditur ad alios voti effectus.

6. Dispensatio ab impedimento orto ex voto non extenditur ad idem votum juramento firmatum.

108.—III. Aliæ facultates.

Præscindendo a facultate præsentis Articuli dispensari potest **a.** Ab *Episcopis* et omnibus jurisdictionem ordinariam in foro externo habentibus in omnibus votis simplicibus non reservatis;[4] si autem periculum est in mora, etiam in reservatis, non excepto voto castitatis a conjugibus mutuo consensu emisso.[5]—An autem in hoc voto mutuo conjugum vi præsentis Art. dispensari possit, disputatur. Negat Planchard n. 598, affirmat vero Konings[6] et rectius, si quid opinor; non

[1] Zit. *Disp.* p. 59. cfr. etiam Rosset n. 2352.
[2] Bucceroni *Cas. consc.* I. n. 116.
[3] S. Alph. i. n. 196.
[4] S. Alph. iii. 256.
[5] S. Alph n. 258; cfr. supra n. 24.
[6] *Comp.* n. 392, qu. 4.

enim agitur de cumulatione specifica, sed de numerica tantum (cfr. n. 6 et 15).

b. Ex privilegiis *Regulares* tum intra tum extra confessionem dispensare valent in omnibus votis simplicibus non reservatis,[1] unde etiam in voto castitatis post matrimonium contractum emisso (n. 107). In voto autem castitatis *ante matrimonium emisso* dispensare possunt, *matrimonio contracto*, ad debitum petendum,—manente extra usum matrimonii vel si alteri conjugi supervixerit, voti obligatione pro dispensato, qui de hoc monendus est; imo probabiliter etiam ab hoc voto dispensare possunt *ante matrimonium contractum*, si agitur de casu urgentissimo, in quo ob imminens periculum scandali nuptiæ moraliter differri nequeunt.[2]

c. In *Pagella S. Pœnitentiariæ* sequentes inveniuntur facultates, exercendæ in Confessione Sacramentali, scil.

(Sub n. IX.) "Commutandi, consideratis causis, omnia Vota simplicia in alia pœnitentiæ, seu pietatis opera: exceptis quinque Votis Sedi Apostolicæ reservatis, scilicet Castitatis, et Religionis, ac trium Peregrinationum, nempe ad Sacra SS. Apostolorum Limina, ad S. Jacobum in Compostellis, et ad Jerusalem, necnon Votis pœnalibus ad sese arcendum a peccatis; et insuper Voto non ludendi: ac votis, in quibus agitur de præjudicio, vel de jure Tertii.

(Sub n. X.)—"Dispensandi ad petendum debitum conjugale cum transgressore Voti Castitatis, qui matrimonium cum dicto Voto contraxerit, monendo hujusmodi pœnitentem, ad idem servandum teneri, tam extra licitum usum matrimonii, quam si marito, seu uxori respective supervixerit."

109.—IV. Quæstiones.

a. An vi facultatis Articuli præsentis etiam dispensari possit in *juramentis?* Resp. cum S. C. de P. F. 19. Maji 1845 ap. *Coll. Prop.* n. 2087: "Facultatem dispensandi a votis facultatem dispensandi a jurejurando *per se* non includere;" facultates enim non sunt extensive interpretandæ (cfr. n. 9). Dicitur autem *per se*. Sunt enim Theologi, qui hoc affirmant et quidem juxta S. Alph. iii. 190, 192. Lim. ii. probabiliter. Attamen

[1] S. Alph. n. 256, 257.
[2] S. Alph. *de Priv.* n. 109, iii. 258, vi. 986, 987, 1126, 1128. Rejicit hoc Rosset n. 2514 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cum hæc opinio tempore S. Alphonsi communiter tanquam probabilis non fuerit accepta, juxta S. Doctoris doctrinam principium reflexum de supplemento Ecclesiæ applicare non licuit, nisi accederet causa rationabilis et gravis. (Cfr. n. 14.) —Facilius, ut videtur, extensio Articuli fieri posset ad juramentum voto accessorium seu ad votum juratum. At neque hoc tutum reputavit S. Congr. de Prop. Fide et in dubio proposito a Vic. Ap. Tongkini Orient. 3 Maji 1828 quoad præteritas dispensationes in votis juratis vi hujus Art. concessas sanationem, quoad futuras vero facultatem a SSmo impetravit.[1]

Cæterum Episcopi et omnes jurisdictionem ordinariam pro foro externo habentes in juramentis vi potestatis quasi-ordinariæ, ergo delegabilis, eo modo dispensare possunt, quo in votis simplicibus.[2]—Idem valent *Regulares* ex privilegiis;[3] saltem juramenta *commutare* possunt ex privilegio a Greg. XIII. Jesuitis concesso, commutandi vota etiam *jurata*. Nam cum in hoc concedatur commutatio duarum obligationum, quarum *utraque* per se *sola* existere potest, scil. voti et juramenti, concessa esse censetur etiam commutatio unius tantum i. e. juramenti nudi.[4] Dico: "quarum *utraque* per se *sola* etc." Unde casus hic differt ab illo n. 123 de publica honestate contenta in affinitate.

b. An vi Articuli præsentis dispensari possit, qui votum castitatis simul cum voto religionis emisit? Videtur negandum, nisi accedat facultas cumulandi. Cfr. n. 15.

c. An Episcopus possit dispensare *religiosos et religiosas* vota simplicia tantum emittentes? Ex dictis resp.:[5]

1. *Affirm.* quoad instituta *mere diœcesana* i. e. ea, quæ unam vel plures domos in una Diœcesi habent et quorum statuta ab Ordinario tantum approbata sunt, licet regulam sequantur a S. Sede approbatam. Horum vota, si ad tempus sunt emissa, Episcopus facultate ordinaria, sin vero perpetua sunt (ratione

[1] *Coll. Miss.* n. 1183; *Coll. Prop.* n. 2085; Kon. *Comp.* i. p. 479.
[2] S. Alph. *Hom. ap.* tr. 5, n. 19. (Cfr. supra n. 108.)
[3] S. Alph. *de Priv.* n. 108.
[4] Rodericus *Quæstiones Regulares* tom. i. qu. 63. art. 5.
[5] Cum Zit. *Disp.* p. 98 et *App.* p. 240; *Conc. Plen. B. III.* n. 93; et S. C. de P. F. 24. Aug. 1885. ap. *Coll. Prop.* n. 2091.

voti perpetuæ castitatis S. Sedi reservati, quod scil. tale sit, ut non constet, illud non fuisse absolutum) facultate in præsenti Articulo sibi concessa (causa ratione voti castitatis actualiter existente) dispensare potest, si ipse graves rationes ita exigere coram Deo judicaverit, præhabita tamen petitione Oratoris vel Oratricis, audito Superiore vel Superiorissa et consentientibus ejus consiliariis, ne scil. dispensatio forte vertat in præjudicium tertii. Idem valet de institutis, quæ Episcopis inter se convenientibus absque ulla approbatione S. Sedis in diversis Diœcesibus sub Superiore vel Superiorissa generali domos habent.[1] Sacerdotes tamen, quibus hic Articulus communicatur, eo non possunt uti in hoc casu absque speciali permissione Episcopi, si id quovis modo in hujus præjudicium cedit.

NOTA. Institutis Diœcesanis accensenda sunt instituta Monialium in Gallia[2] et Belgio, in quibus olim vota solemnia, nunc autem simplicia tantum emittuntur, at nonnisi "rebus sic stantibus" seu ut tempore hujus mutationis ob Codicem civilem factæ et præsertim anno 1835[3] fuerant, scil. nulla nova approbatione S. Sedis accedente.

2. *Neg.* quoad ea instituta, quæ quamvis Episcopo subjecta, quovis modo a S. Sede approbata sunt,[4] sed (nisi forsan Superior ad hoc habeat facultatem Apostolicam) recurrendum est ad S. Sedem. Hæc, si ei preces exhibentur pro obtinenda dispensatione a votis simplicibus in Congregatione religiosa emissis, primum solet dispensare a voto paupertatis et obedientiæ, quoad votum castitatis vero injungit, ut petitio renovetur, cum Orator Matrimonium initurus est et tum concedit tantum commutationem ut supra.—In hoc voto castitatis remanente Episcopus vi præsentis facultatis dispensare nequit, cum remaneat votum

[1] C. Pl. B. III. n. 93, S. C. S. Off. 2. Aug. 1876 et S. C. de Prop. F. 24. Aug. 1885 ap. *Coll. Prop.* n. 2088, 2091.—Bucceroni *Cas. consc.* i. n. 118.
[2] Excipiuntur Moniales in provinciis nuper Galliæ adjunctis: Sabaudia. Nicensi etc., ut recte observat Allègre: *Le Code civil commenté.* Paris 1888 vol. i. 680.
[3] Cfr. Resp. S. Pœn. de 23 Dec. 1835 ad Ep. Cenomanen. ap. Bizzarri p. 505.—Cfr. etiam Brabandère: *Jur. can. comp.* ed. 4. n. 576, 577, 611.
[4] De hac approbatione cfr. quæ breviter exponit Zitelli in *Apparatu* p. 241, ubi aliqua ex 1. editione omissa sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in Congregatione religiosa emissum, sicut fuit ab initio, quamvis persona eo ligata ad illam jam non pertineat.[1] A fortiori Episcopus dispensare non potest cum persona, quæ, votis emissis in Congregatione a S. Sede approbata, translata est in Institutum Diœcesanum.

NOTA. In aliquibus Institutis vota simplicia ita emittuntur, ut obligent tantum, quamdiu professus in Instituto permanserit i. e. donec sponte discedat aut a Superiore competente legitime dimittatur.—In aliis vota ad tempus determinatum nuncupantur, quo elapso cessant, et subjectum libere potest discedere aut, causa rationabili existente, a Superiore auditis consiliariis dimitti. Si vero subjectum ante tempus determinatum discedit et simul vult a votis liberari, dispensari debet servatis iis, quæ supra de institutis diœcesanis et non-diœcesanis dicta sunt. Nam per solum discessum aut per solam dimissionem nullum votum cessat, nisi hoc in regula, secundum quam vota emittuntur, exprimitur. (Cfr. Resp. S. Congr. Ep. et Reg. 10 Jan. 1896 ap. *Annal. eccl.* v. 54.)

Vota simplicia in Ordinibus cum votis solemnibus prævie ad hæc juxta Decr. S. C. Ep. et Reg. 19. Mart. 1857 emissa cessant per *dimissionem*, quæ a Superiore absque forma judicii, sola facti veritate inspecta, ex justis rationabilibusque causis fit. Talis causa autem non est infirmitas post professionem votorum simplicium exorta, neque professi assertio pertinaciter retenta, se amisisse animum vocationis ad vitam religiosam (S. C. Ep. et Reg. 19 Nov. 1886), sed (quoad Jesuitas saltem) persuasio Superioris, subditum, de quo agitur, minime valere incœptum curriculum laudabiliter prosequi (Ben. XIV. *de Syn. diœc.* xiii. cap. 11. n. 17.) aut alia ex judicio Superioris gravis causa (cfr. S. C. Ep. et Reg. 15 Dec. 1893 ap. *Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. pag. 3. et 183.) seu ut dicit *Il Mon. eccl.* l. c. p. 183, incapacitas professi, quæ eum irregularem reddit.—Dimissi ob incorrigibilitatem per processum canonicum, licet vota simplicia tantum habeant, si in Sacris sunt, perpetuo suspensi existunt juxta Decr. S. C. Ep. et Reg. 4 Nov. 1892 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 312.—(Cfr. infra n. 211 ad ii. et iv.)

110.—V. Usus facultatis.

a. Relate ad dispensantem et dispensandum observanda sunt, quæ supra n. 104. I. habentur.—Quoad dispensationem ex potestate ordinaria cfr. n. 53.

[1] Zit. *Disp.* p. 99.

b. *Supplica.* In ea, mutatis mutandis, omnia sunt exprimenda, quæ supra n. 104. II. indicantur.

c. *Formula*, qua applicetur dispensatio et commutatio, nulla est præscripta. Sufficit, in actu dispensationis, hujus objectum et, si vi hujus fit, delegationem facultatis exprimere. Si dispensatio in confessione fit, post absolutionem a peccatis, addi poterit e. gr.:

1. In VOTO CASTITATIS: *Et insuper auctoritate mihi ad hoc a Rmo Ordinario vi facultatis Apostolicæ communicata, ego tibi* VOTUM CASTITATIS, *quod emisisti, in opera pietatis, quæ tibi præscripsi, dispensando, ad effectum licite matrimonium contrahendi, commuto. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Passio etc.*

2. Idem mutatis mutandis servari potest: in voto ORDINES SUSCIPIENDI, RELIGIONEM INGREDIENDI, in VOTO NON NUBENDI etc.—Si causa sufficiens adest ad dispensandum sine commutatione, apposita quoad opera præscripta omittuntur et dicitur: *dispenso tecum in voto . . . ad effectum matrimonii contrahendi* vel *remanendi in sæculo etc.*

3. In VOTO CASTITATIS ANTE MATRIMONIUM EMISSO: *Item non obstante voto castitatis, quod emisisti, ut in matrimonio remanere et debitum conjugale exigere possis, auctoritate Apostolica tecum dispenso. In nom. P. et F. et Sp. S. Amen.*

ARTICULUS V.

"ABSOLVENDI ET DISPENSANDI IN QUACUMQUE SIMONIA; ET IN REALI, DIMISSIS BENEFICIIS, ET SUPER FRUCTIBUS MALE PERCEPTIS, INJUNCTA ALIQUA ELEEMOSYNA VEL PŒNITENTIA SALUTARI ARBITRIO DISPENSANTIS, VEL ETIAM RETENTIS BENEFICIIS, SI FUERINT PAROCHIALIA ET NON SINT, QUI PAROCHIIS PRÆFICI POSSINT."[1]

(F. IV. a. 3; F. VI. a. 10.)

111.—Explicatio. Conceditur facultas **a.** *absolvendi* a censuris in *quacumque simonia*, ergo etiam absolvendi Sacerdotes

[1] *In Form. II.* pro Anglia etc. omissa sunt: *a.* verbum **absolvendi**, *b.* verba: **vel etiam retentis . . . præfici possint.**

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in Congregatione religiosa emissum, sicut fuit ab initio, quamvis persona eo ligata ad illam jam non pertineat.[1] A fortiori Episcopus dispensare non potest cum persona, quæ, votis emissis in Congregatione a S. Sede approbata, translata est in Institutum Diœcesanum.

NOTA. In aliquibus Institutis vota simplicia ita emittuntur, ut obligent tantum, quamdiu professus in Instituto permanserit i. e. donec sponte discedat aut a Superiore competente legitime dimittatur.—In aliis vota ad tempus determinatum nuncupantur, quo elapso cessant, et subjectum libere potest discedere aut, causa rationabili existente, a Superiore auditis consiliariis dimitti. Si vero subjectum ante tempus determinatum discedit et simul vult a votis liberari, dispensari debet servatis iis, quæ supra de institutis diœcesanis et non-diœcesanis dicta sunt. Nam per solum discessum aut per solam dimissionem nullum votum cessat, nisi hoc in regula, secundum quam vota emittuntur, exprimitur. (Cfr. Resp. S. Congr. Ep. et Reg. 10 Jan. 1896 ap. *Annal. eccl.* v. 54.)

Vota simplicia in Ordinibus cum votis solemnibus prævie ad hæc juxta Decr. S. C. Ep. et Reg. 19. Mart. 1857 emissa cessant per *dimissionem*, quæ a Superiore absque forma judicii, sola facti veritate inspecta, ex justis rationabilibusque causis fit. Talis causa autem non est infirmitas post professionem votorum simplicium exorta, neque professi assertio pertinaciter retenta, se amisisse animum vocationis ad vitam religiosam (S. C. Ep. et Reg. 19 Nov. 1886), sed (quoad Jesuitas saltem) persuasio Superioris, subditum, de quo agitur, minime valere incœptum curriculum laudabiliter prosequi (Ben. XIV. *de Syn. diœc.* xiii. cap. 11. n. 17.) aut alia ex judicio Superioris gravis causa (cfr. S. C. Ep. et Reg. 15 Dec. 1893 ap. *Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. pag. 3. et 183.) seu ut dicit *Il Mon. eccl.* l. c. p. 183, incapacitas professi, quæ eum irregularem reddit.—Dimissi ob incorrigibilitatem per processum canonicum, licet vota simplicia tantum habeant, si in Sacris sunt, perpetuo suspensi existunt juxta Decr. S. C. Ep. et Reg. 4 Nov. 1892 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 312.—(Cfr. infra n. 211 ad ii. et iv.)

110.—V. Usus facultatis.

a. Relate ad dispensantem et dispensandum observanda sunt, quæ supra n. 104. I. habentur.—Quoad dispensationem ex potestate ordinaria cfr. n. 53.

[1] Zit. *Disp.* p. 99.

b. *Supplica.* In ea, mutatis mutandis, omnia sunt exprimenda, quæ supra n. 104. II. indicantur.

c. *Formula*, qua applicetur dispensatio et commutatio, nulla est præscripta. Sufficit, in actu dispensationis, hujus objectum et, si vi hujus fit, delegationem facultatis exprimere. Si dispensatio in confessione fit, post absolutionem a peccatis, addi poterit e. gr.:

1. In VOTO CASTITATIS: *Et insuper auctoritate mihi ad hoc a Rmo Ordinario vi facultatis Apostolicæ communicata, ego tibi* VOTUM CASTITATIS, *quod emisisti, in opera pietatis, quæ tibi præscripsi, dispensando, ad effectum licite matrimonium contrahendi, commuto. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Passio etc.*

2. Idem mutatis mutandis servari potest: in voto ORDINES SUSCIPIENDI, RELIGIONEM INGREDIENDI, in VOTO NON NUBENDI etc.—Si causa sufficiens adest ad dispensandum sine commutatione, apposita quoad opera præscripta omittuntur et dicitur: *dispenso tecum in voto . . . ad effectum matrimonii contrahendi* vel *remanendi in sæculo etc.*

3. In VOTO CASTITATIS ANTE MATRIMONIUM EMISSO: *Item non obstante voto castitatis, quod emisisti, ut in matrimonio remanere et debitum conjugale exigere possis, auctoritate Apostolica tecum dispenso. In nom. P. et F. et Sp. S. Amen.*

ARTICULUS V.

"ABSOLVENDI ET DISPENSANDI IN QUACUMQUE SIMONIA; ET IN REALI, DIMISSIS BENEFICIIS, ET SUPER FRUCTIBUS MALE PERCEPTIS, INJUNCTA ALIQUA ELEEMOSYNA VEL PŒNITENTIA SALUTARI ARBITRIO DISPENSANTIS, VEL ETIAM RETENTIS BENEFICIIS, SI FUERINT PAROCHIALIA ET NON SINT, QUI PAROCHIIS PRÆFICI POSSINT."[1]

(F. IV. a. 3; F. VI. a. 10.)

111.—Explicatio. Conceditur facultas **a.** *absolvendi* a censuris in *quacumque simonia*, ergo etiam absolvendi Sacerdotes

[1] *In Form. II.* pro Anglia etc. omissa sunt: *a.* verbum **absolvendi**, *b.* verba: **vel etiam retentis . . . præfici possint.**

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

et Clericos, qui ob mercimonium missarum ex prohibitione S. C. C. 9. Sept. 1874 et 25. Maji 1893 suspensione Sedi Apostolicæ simpliciter reservata innodati sunt, modo lucrum injuste acquisitum pro posse prius celebrantibus missas restituerint aut parati sint stare mandatis S. Sedis casu, quo ad hanc pro condonatione recurrant.[1] **b.** *dispensandi* quoad reliquas pœnas simoniæ.[2] Pœnæ statutæ sunt: I. contra simoniam *realem in beneficiis* quibuscumque etiam a complicibus commissam, II. contra *confidentialem*, licet ex una tantum parte completam (e. gr. per collationem beneficii non soluta pensione promissa), et III. contra *realem ob ingressum in Religionem* (cum votis solemnibus) per professionem completum. Hæ pœnæ præter excommunicationem reservatam (et irregularitatem ex infamia juris in simonia publica) et præter alias plerumque post sententiam declaratoriam incurrendas consistunt in eo, quod provisio ad beneficium (imo ad officium stricte dictum)[3] sit ipso jure nulla, et provisus inhabilis ad idem beneficium (officium) denuo obtinendum, etiamsi simonia *inscio proviso* a tertio quodam committatur. Excipe in *hoc* ultimo casu, si provisus pro viribus contradixit aut tertius per fraudem eum inhabilem reddere vult aut provisus bona fide per præscriptionem trium annorum titulum acquisivit.[4] Examinatores vero synodales in concursu juxta præscriptum Tridentini et SS. Pontificum pro Ecclesiis *parochialibus* instituto[5] munus quantulumcumque accipientes ipso facto privati existunt omnibus beneficiis antea obtentis, ita ut absolvi nequeant nisi beneficiis dimissis.[6] Ex

[1] *Act. S. Sed.* xxvi. 56. *N. R. Th.* xxv. 354. An vi *Formulæ II.* hæc absolutio dari possit, subdubitaverim.—Porro in Decr. S. C. C. 25. Maji 1893 dicitur: "Clericus sacerdotio non initiatus (per mercimon. miss.) suspensioni quoad susceptos ordines subjaceat, et inhabilis præterea fiat ad superiores ordines recipiendos." Quæ inhabilitas ab ea distincta est, quæ suspensioni inest, et a solo Papa tolli potest. Gasp. *de S. Ord.* n. 483. Pezzani ad can. 211.

[2] Cfr. S. Alph. iii. n. 105 seq.; Lehmk. i. n. 399 seq.; Marc i. n. 591; Pyrrh. Corr. lib. v. cap. ix.–xii.

[3] S. Alph. n. 112.

[4] S. Alph. n. 111; Lehmk. n. 401.

[5] Smith: *Elements* n. 647, 648.

[6] *Trid.* Sess. xxiv. c. 18, *de Ref.*

eo, quod in casibus expositis beneficium sine titulo, ergo injuste, possidetur, sequitur, illud esse dimittendum et fructus beneficii *qua talis* juxta regulas de possessore bonæ aut malæ fidei restituendos.[1]

A prædictis jam pœnis (non vero ab obligationibus per eas contractis) facultatem hujus Art. habens suppositis conditionibus a jure requisitis (cfr. n. 104. et n. 145. vii.) absolvere et dispensare potest; dicitur enim: *in quacumque simonia.* Additur tamen quoad simoniam *realem in beneficiis:* **a.** beneficium, si non sit parochiale aut si parochiale quidem sit, at alii sint, qui absque damno fidelium ei præfici possint, omnino dimitti debere in manus Episcopi; secus vero, titulo revalidato retineri posse; **b.** quoad fructus male in his casibus perceptos et exinde restituendos *commutationem* fieri posse in aliquam eleemosynam vel pœnitentiam salutarem, prout dispensans juxta prudens arbitrium suum convenire judicaverit.

112.—NOTANDA. 1. Ad pœnas simoniæ in beneficiis incurrendas, beneficium in sensu stricto juris can. adesse debet, quod tum tantum adest, si simul conjuncta sunt hæc:[2] *a. Officium* (i. e. permanens mensura functionum ecclesiasticarum) et quidem *sacrum*, non tantum tale, quod etiam laici obire possunt, ut munus æditui, organœdi etc.;—*b. Jus percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis* seu ex dote beneficii *propter officium;*—*c. perpetuitas hujus juris tum* relate ad ipsum beneficium, quod omnes docent, *tum* etiam ex sententia communiori relate ad beneficiarium. Hoc tenet Aichner et præter alios etiam S. Alph., qui, licet libr. iii. 673 capellanias ab Episcopo erectas et ad nutum amovibiles vera beneficia dicat, easdem ib. n. 112., ubi de pœnis infligendis, ergo de stricta interpretatione agitur, excipit dicens: "Nomine beneficiorum . . . ad quæ electio simoniaca est ipso jure nulla . . . non veniunt vicariæ amovibiles ad nutum." Venit ergo nomine beneficiati ille *vicarius perpetuus*, qui parochus *actualis* est in parochia, cujus cura animarum *habitualis* est apud alium, cui canones non permittunt actuale exercitium, uti sunt personæ morales: monasteria etc. vel apud talem, qui ob aliam rationem v. gr. ob dignitatem Episcopalem vel Prælatitiam in sua persona curam exercere nequit;[3]—*d. Interventus auctoritatis*

[1] S. Alph. l. c.

[2] Aichner p. 254 seq.; Konings *Comp.* n. 628; Sanguineti n. 460.

[3] De Angelis i. tit. 28. pag. 49; Aichner p. 436.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ecclesiasticæ (Episcopi vel Papæ) redditus ex bonis fundatis officio adnectentis ac præterea in titulum beneficii erigentis per decretum, de quo constat publico instrumento. Unde legata pia qua talia tantum, absque decreto erectionis in beneficium licet ab Episcopo acceptata, et capellaniæ laicales, in quibus erectio et collatio Episcopi excluditur, non sunt beneficia.

113.—2. Quæriter: *An apud nos sint beneficia in sensu stricto?* Resp.: Affirmant aliqui, saltem quoad missiones cum Rectore inamovibili.[1] Attamen hoc prorsus denegant Auctores nostri: Sabetti,[2] Konings[3] aliique viri docti et in praxi nostra bene versati, quos consului, et demum noster Eminentissimus.[4] Excipit Kenrick[5] casum, ubi sacerdoti committuntur fructus agri presbiterio annexi, item casum, ubi sacerdoti ob curam animarum pensio ei annexa solvitur. At vero contradicunt cum solidis rationibus Konings[6] et Sabetti.[7]—Rationes autem, quibus probatur, apud nos nulla existere beneficia hæ fere sunt: *a.* nulla sufficiens adest dotatio; *b.* non adest perpetuitas pro beneficiario ex jure communi præscripta, cum quoad Rectores inamovibiles causis, ex quibus jure communi amoveri possint, plures in Conc. Pl. B alt. iii. n. 38. addantur; *c.* nullibi aliquid auditur de decreto erectionis; *d.* etiam Rectores inamovibiles jure delegato tantum suas missiones tenent et provident.[8] Ergo si hæ beneficia essent, proprius beneficiarius Episcopus delegans existeret, et cum omnia beneficia totius Diœcesis in sua persona uniret, vetitæ pluralitatis beneficiorum reus esset.—Ergo nulla apud nos beneficia.—Verum parochia existere potest, quin sit beneficium, ut docet Brabandère n. 431.—Quare 3. Quæritur: *An apud nos sint parochiæ proprie dictæ?*

Resp. Nego omnino. Nam ad essentiam parochiæ pertinet non solum ut parochus ab Episcopo deputatus sit ad procurandum bonum spirituale alicujus territorii aut nationalitatis, sed etiam ut

[1] Nilles: *Comm. in Conc. Pl. Balt.* iii. pars i. pag. 201; Péries in Am. E. Rev. xiii. 276; Smith *Comp. jur. can.* ed. 3. n. 987.

[2] *Comp.* n. 833.

[3] *Comp.* n. 629, 1519, 1725.

[4] James Card. Gibbons: *The ambassador of Christ.* Baltimore 1896.: "In the United States there are no benefices," p. 31.

[5] *Theol. mor.* tr. x. n. 36, 37.

[6] *Comp.* n. 630.

[7] *Comp.* n. 362, qu. 2. et 3.

[8] Konings *Comp.* n. 630; Sabetti n. 596 et n. 100. qu. 4; Smith: *Comp.* n. 250 seq.

id faciat ex officio et nomine proprio, ita ut ejus auctoritas sit ordinaria, non delegata tantum;[1] at vero auctoritas rectorum nostrorum, etiam inamovibilium delegata tantum est et nomine Episcopi exercetur, uti hoc liquet ex supradictis.—Porro *Conc. Plen. Balt. III.* n. 24, 32, expresse testatur, apud nos parochias canonice erectas non existere. Demum idem Concilium, dum de electione rectorum inamovibilium agit, eorum Missiones non vult haberi qua parochias, sed "parœciarum instar" tantum (l. c. n. 33).—Unde liquet, apud nos parochos proprie dictos nullos existere, sed tantum quasi-parochos.—Nec dici potest cum quibusdam, nostros quasi-parochos esse vicarios perpetuos Episcopi, hunc vero parochum habitualem. Nam vicarius perpetuus in sensu *Conc. Trid.* (Sess. vii. c. 7, *de Ref.*) nonnisi improprie et lato sensu est vicarius, quatenus scil. a parocho habituali nominatur et approbatione Episcopi adepta instituitur, proprie tamen est verus parochus exercetque curam animarum non nomine parochi habitualis, sed ex suo officio et proprio nomine.[2] At nostri Rectores missionem non tenent nomine proprio, ut supra dictum est.—Demum cum in collationibus inter Cardinales S. C. de P. F. et nostros Archiepiscopos de nostris parochiis actum esset, in sessione die 24. Nov. 1883 habita Patres Emi definierunt: Pro nunc in America esse constituendos tantum rectores inamovibiles sicut in Anglia cum sola dote inamovibilitatis, absque juribus ac privilegiis verorum Parochorum.[3]—Unde apud nos status fere idem est, ac alibi fuit pridem ante institutionem parochiarum, ubi Episcopus fuit unicus parochus Diœcesis, quæ tum etiam parochia vocari solita est, Rectores autem sunt, si ita dici fas est, quasi ejus *Cooperatores expositi*, inamovibiles quidem certo modo, at jurisdictione delegata tantum Episcopi gaudentes.[4]—Affirmant quidam, in Provincia S. Francisci esse parochias proprie dictas, idque inferunt ex Conc. Prov. S. Francisci I. n. xvi. habito anno 1874. At ex Responso Vicarii Generalis S. Francisci, qui ipse interfuit illi Concilio, ad virum doctum anno 1889 dato, mihique benigne communicato contrarium plane constat. Illud latine redditum ita sonat: "Prior Archiepiscopus (Joseph Sadoc Alemany) numquam putavit, ejusmodi parochias hic existere, nec unquam censuit Rectores in sensu stricto teneri ad Missam appli-

[1] Bonal: *Inst. can.* Tolosæ 1886, vol. ii. n. 120, 124 et alii comm.

[2] Bonal l. c. n. 121, 167; Aichner l. c.

[3] Smith: *Comp.* n. 251 seq.

[4] Aichner p. 439; De Luca *Theatrum veritatis* vol. ii. lib. xiv. decis. xiv. n. 5, xv. n. 1, xvi.-xviii.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

candam pro populo vel posse valide et licite parochianorum suorum confessionem ubique excipere. Neque ad hodiernum usque tempus quidquam in contrarium statutum aut actum est, quo consuetudo vigens mutata fuisset."

ARTICULUS VI.

"DISPENSANDI IN 3. ET 4. CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS GRADU SIMPLICI ET MIXTO TANTUM, ET IN 2., 3. ET 4. MIXTIS, NON TAMEN IN 2. SOLO QUOAD FUTURA MATRIMONIA; QUO VERO AD PRÆTERITA ETIAM IN 2. SOLO, DUMMODO NULLO MODO ATTINGAT PRIMUM GRADUM, CUM HIS QUI AB HÆRESI VEL INFIDELITATE CONVERTUNTUR AD FIDEM CATHOLICAM, ET IN PRÆFATIS CASIBUS PROLEM SUSCEPTAM DECLARANDI LEGITIMAM."

(F. IV. a. 4; cfr. F. III. a. 3; F. VI. a. 3; F. X. a. 3.)

114.—I. Explicatio.—Dicitur:

a. Dispensandi in . . . *consanguinitatis et affinitatis* gradu—i. e. sejunctim, non vero quando utrumque impedimentum in eodem casu concurrit. Ita S. Off. 2 Jul. 1884 ad ii. (infra n. 248).

b. Dispensandi in 3. et 4. gradu *simplici et mixto*. Clausula "in gradu *simplici et mixto*" in facultatibus S. Sedis triplicem sensum habet pro varia multiplicitate seu mixtione, quam gradus *simplex* excludit, *mixtus* vero in se continet.

1. Sensus magis usitatus est ille, quo per gradum simplicem e. gr. secundum, omnis inæqualis, ut tertius vel primus excluditur. Tum autem gradus mixtus ei oppositus, *eundem gradum tantum cum aliquo remotiore comprehendit*, non autem cum propinquiori, nisi id expressis verbis dicatur. Ita e. gr. facultas dispensandi in gradu tertio et mixto intelligitur tantum de tertio cum quarto, non de tertio cum secundo.[1]

2. In alio sensu per gradum simplicem excluditur multiplicitas numerica ejusdem impedimenti e. gr. consanguinitas ex pluribus stipitibus in eodem gradu.[2] Gradus mixtus oppositus tunc comprehendit hanc multiplicitatem.

[1] Ita ex multis decision. ap. Feije n. 614 (627).

[2] Cfr. Kon. *Comp.* n. 1583, qu. 2. § fin. *Consanguinitas* et n. 1588 § *Potest autem*.

3. Demum gradus simplex excludit concursum impedimentorum specie distinctorum, quæ expresse indicantur, si adjungitur mixtus.[1]

In Articulo, de quo agitur, primam significationem Clausulæ esse tenendam liquet præsertim ex Responso S. Off. de 15 Jun. 1875 ad dubia Vic. Gen. S. Ludovici.[2] Quoad secundam et tertiam significationem confer supra n. 15.

115.—II.—Art. duas partes continet.

Prima pars est: *Dispensandi in 3. et 4. . . . . gradu . . . . . et in 2., 3. et 4. mixtis,*—et se porrigit ad matrimonia omnium, qui tempore dispensationis sunt ambo catholici, sive contrahenda sive contracta (quamvis contracta sint in hæresi aut infidelitate), et quoad hanc partem declaravit S. Offic. in Responso ad Vic. Gen. S. Ludovici (ut supra): "Episcopos, qui facultate gaudent quinquennali dispensandi in 3. et 4. consanguinitatis et affinitatis gradu simplici et mixto tantum, et in 2., 3. et 4., non tamen in secundo solo quoad futura matrimonia, posse dispensare in 3. et 3., in 4. et 4.; in 3. mixto cum 4.; necnon in 3. et 4. cum 2. mixtis, sive gradus oriatur ex uno, sive ex multiplici stipite, facto verbo cum Sanctissimo."

Dicitur: **a.** *Necnon in* 3. *et* 4. *cum secundo mixtis*, quod intelligendum esse videtur non solum, si 3. *vel* 4. gradus, sed etiam uterque (3. *et* 4.) cum 2. mixtus est, prout in casu n. 93 exhibetur.

Quær. An vi hujus facultatis ita a S. Officio explicatæ dispensari possit, si gradus 2. *æqualis* mixtus sit cum 3. vel 4.? E. gr. Duo fratres ducunt duas inter se consobrinas (*first cousins*). Filii utriusque matrimonii sibi conjuncti sunt in gradu 2. æquali ex parte patrum, in gradu 3. æquali ex parte matrum. Num filius ex uno matrimonio filiam ex altero ducere intendens per *hanc* facultatem dispensari poterit? Resp. Omnino negandum esse videtur; nam revera adest gradus 2. solus, de quo in n. seq.—Si enim matres in allato

[1] Cfr. Feije n. 626, 630 (627, 631) c. d. e.; Zit. *Disp.* p. 104 (2).

[2] Feije n. 630 (631), d.; *Past. Blatt* vol. ix. (1875) p. 85; *Coll. Prop.* n. 1243; *Act. S. Sed.* xxv. p. 703; cfr. *Coll. Prop.* n. 1240, 1244.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

candam pro populo vel posse valide et licite parochianorum suorum confessionem ubique excipere. Neque ad hodiernum usque tempus quidquam in contrarium statutum aut actum est, quo consuetudo vigens mutata fuisset."

ARTICULUS VI.

"DISPENSANDI IN 3. ET 4. CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS GRADU SIMPLICI ET MIXTO TANTUM, ET IN 2., 3. ET 4. MIXTIS, NON TAMEN IN 2. SOLO QUOAD FUTURA MATRIMONIA; QUO VERO AD PRÆTERITA ETIAM IN 2. SOLO, DUMMODO NULLO MODO ATTINGAT PRIMUM GRADUM, CUM HIS QUI AB HÆRESI VEL INFIDELITATE CONVERTUNTUR AD FIDEM CATHOLICAM, ET IN PRÆFATIS CASIBUS PROLEM SUSCEPTAM DECLARANDI LEGITIMAM."

(F. IV. a. 4; cfr. F. III. a. 3; F. VI. a. 3; F. X. a. 3.)

114.—I. Explicatio.—Dicitur:

a. Dispensandi in . . . *consanguinitatis et affinitatis* gradu—i. e. sejunctim, non vero quando utrumque impedimentum in eodem casu concurrit. Ita S. Off. 2 Jul. 1884 ad ii. (infra n. 248).

b. Dispensandi in 3. et 4. gradu *simplici et mixto*. Clausula "in gradu *simplici et mixto*" in facultatibus S. Sedis triplicem sensum habet pro varia multiplicitate seu mixtione, quam gradus *simplex* excludit, *mixtus* vero in se continet.

1. Sensus magis usitatus est ille, quo per gradum simplicem e. gr. secundum, omnis inæqualis, ut tertius vel primus excluditur. Tum autem gradus mixtus ei oppositus, *eundem gradum tantum cum aliquo remotiore comprehendit*, non autem cum propinquiori, nisi id expressis verbis dicatur. Ita e. gr. facultas dispensandi in gradu tertio et mixto intelligitur tantum de tertio cum quarto, non de tertio cum secundo.[1]

2. In alio sensu per gradum simplicem excluditur multiplicitas numerica ejusdem impedimenti e. gr. consanguinitas ex pluribus stipitibus in eodem gradu.[2] Gradus mixtus oppositus tunc comprehendit hanc multiplicitatem.

[1] Ita ex multis decision. ap. Feije n. 614 (627).

[2] Cfr. Kon. *Comp.* n. 1583, qu. 2. § fin. *Consanguinitas* et n. 1588 § *Potest autem*.

3. Demum gradus simplex excludit concursum impedimentorum specie distinctorum, quæ expresse indicantur, si adjungitur mixtus.[1]

In Articulo, de quo agitur, primam significationem Clausulæ esse tenendam liquet præsertim ex Responso S. Off. de 15 Jun. 1875 ad dubia Vic. Gen. S. Ludovici.[2] Quoad secundam et tertiam significationem confer supra n. 15.

115.—II.—Art. duas partes continet.

Prima pars est: *Dispensandi in 3. et 4. . . . . gradu . . . . . et in 2., 3. et 4. mixtis,*—et se porrigit ad matrimonia omnium, qui tempore dispensationis sunt ambo catholici, sive contrahenda sive contracta (quamvis contracta sint in hæresi aut infidelitate), et quoad hanc partem declaravit S. Offic. in Responso ad Vic. Gen. S. Ludovici (ut supra): "Episcopos, qui facultate gaudent quinquennali dispensandi in 3. et 4. consanguinitatis et affinitatis gradu simplici et mixto tantum, et in 2., 3. et 4., non tamen in secundo solo quoad futura matrimonia, posse dispensare in 3. et 3., in 4. et 4.; in 3. mixto cum 4.; necnon in 3. et 4. cum 2. mixtis, sive gradus oriatur ex uno, sive ex multiplici stipite, facto verbo cum Sanctissimo."

Dicitur: **a.** *Necnon in* 3. *et* 4. *cum secundo mixtis*, quod intelligendum esse videtur non solum, si 3. *vel* 4. gradus, sed etiam uterque (3. *et* 4.) cum 2. mixtus est, prout in casu n. 93 exhibetur.

Quær. An vi hujus facultatis ita a S. Officio explicatæ dispensari possit, si gradus 2. *æqualis* mixtus sit cum 3. vel 4.? E. gr. Duo fratres ducunt duas inter se consobrinas (*first cousins*). Filii utriusque matrimonii sibi conjuncti sunt in gradu 2. æquali ex parte patrum, in gradu 3. æquali ex parte matrum. Num filius ex uno matrimonio filiam ex altero ducere intendens per *hanc* facultatem dispensari poterit? Resp. Omnino negandum esse videtur; nam revera adest gradus 2. solus, de quo in n. seq.—Si enim matres in allato

[1] Cfr. Feije n. 626, 630 (627, 631) c. d. e.; Zit. *Disp.* p. 104 (2).

[2] Feije n. 630 (631), d.; *Past. Blatt* vol. ix. (1875) p. 85; *Coll. Prop.* n. 1243; *Act. S. Sed.* xxv. p. 703; cfr. *Coll. Prop.* n. 1240, 1244.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

exemplo non fuissent consanguineæ, sola cognatio ex parte patrum adesset scil. gradus 2. solus, a quo juxta dicenda ex hac facultate cum catholicis dispensari nequit. Hic gradus autem nihil mutatur accedente alio quodam gradu, in exemplo gradu tertio.

b. *Ex multiplici stipite* (cfr. n. 6.) i. e. si duo vel plura impedimenta tertii gradus cum duobus vel pluribus impedimentis ejusdem speciei (consanguinitatis *vel* affinitatis) quarti gradus concurrunt in eodem casu; imo si ejusdem speciei duo vel plura impedimenta secundi gradus (juxta dicta sub **a.**) cum pluribus tertii et quarti gradus concurrunt.—Quomodo consanguinitas et affinitas multiplicari possit, vide in dissertatione: Müllendorf S. J. *Methode zur Auffindung der Ehehindernisse bei mehrfacher Blutsverwandtschaft.* Gratz, 1888. Feije n. 356 seq. et n. 371. Idem videre potes apud Gallo (tom. 4. pag. 132 seq.) et Corre (pag. 341 seq.), qui tamen tenent, si consanguinitas intra canonicos gradus ex duplici stipite, uno proximo, altero remoto oritur, sufficere, illam ex proximo stipite ortam in supplica exprimere: quod vero per Decr. S. C. S. Off. de 11. Mart. 1896 (*Annal. eccl.* iv. 207.) rejectum est.

Nota. 1. Pro Indis *occidentalibus* Paulus III. per Breve *Altitudo* 1. Junii 1537 sustulit impedimenta 3. et 4. gradus consanguinitatis et affinitatis, idque etiamsi unus contrahentium tantum sit indigena (juxta Bullam Bened. XIV. *Cum Venerabilis*). Vide *Conc. Prov. Antequeren.* pag. 445.—Idem Pius IX. 1. Oct. 1867 tanquam antiquum privilegium confirmavit pro Indis sive Indigenis in Provincia Quitensi—ap. De Martinis: *Juris Pontificii* vol. vi. part. i. pag. 470. ad 4.

At petitio pro generali dispensatione super iisdem impedimentis in favorem Indorum *orientalium* proposita, a S. Off. 14. Dec. 1865 negata fuit, ut refert Feije n. 365 (1) ex Gallo *Suppetiæ* iv. 41.

2. In Ecclesia græca, si excipias Maronitas et Italo-Græcos, matrimonia in gradu 4. et 4. tangente 3. consang. et affin. sine dispensatione inita, non censentur invalida. Feije n. 365.

116.—*Secunda* pars agit de *gradu 2. solo*, et statuit:

a. *in 2. solo quoad futura* seu contrahenda *matrimonia* inter *duos nunc catholicos* vi hujus Art. non posse dispensari. Unde

pro hoc casu recurri debet ad Form. E. Art. 3, et si gradus 2. mixtus sit cum 1., ad Art. 2 ejusdem Form.

b. Dispensari autem posse *etiam in 2. solo quoad matrimonia præterita* i. e. *contracta* (in sensu ut supra n. 16) *ante conversionem* ad fidem *catholicam*, inter *duos nunc catholicos*, scil.: 1. si duo hæretici[1] aut catholica pars, licet ex hæresi conversa, cum parte hæretica ante hujus conversionem in hoc gradu consanguinei vel affines nulliter matrimonium contraxerunt, et nunc uterque aut—in secundo casu hæreticus—conversi sunt ad fidem catholicam,[2] aut 2. si infidelis ante fidem catholicam per baptismum susceptam nulliter contraxit in præfato gradu vel cum parte hæretica baptizata et utraque pars nunc ad fidem catholicam conversa est, vel cum parte catholica, quæ etiamnunc est catholica.[3]—Si autem non utraque pars nunc est catholica, sed aut ex duobus hæreticis, qui in consanguinitate vel affinitate quoad catholicos dispensabili contraxerunt, unus tantum convertitur, aut ex infideli et hæretica parte, convertitur vel infidelis vel hæretica pars altera manente in hæresi vel infidelitate: in priori hypothesi recurrendum est ad Form. D. Art. 5; in posteriori vero, si pars hæretica convertitur, infideli manente in infidelitate, confugiendum est ad S. Sedem, nisi ad hoc habeatur indultum cumulandi; si e contra infidelis convertitur, ad Form. D. Art. 5.—Porro in omnibus hisce casibus supponitur, conversos aut desiderare aut, si ob adjuncta v. gr. ob prolis legitimationem et educationem ad hoc obligati sunt, serio velle in matrimonio contracto permanere, necnon servare reliqua de jure servanda v. gr. renovationem consensus.

Nota. Sub conversis ad fidem seu neophytis quoad usum hujus facultatis "non solum intelliguntur ii, qui paulo ante baptismum susceperunt, sed etiam eorum filii, quamvis in infantia baptizati

[1] Hæreticis practice æquivalent schismatici; *Coll. Prop.* n. 1231.
[2] S. Off. 2 Julii 1884 ad iii. infra n. 248; *Coll. Prop.* n. 1245.
[3] S. Off. 2 Julii 1884 ad iv. infra n. 248. Eadem S. C. S. Off. fer. v. 5 Martii 1825 ad dub. vi ab Archiep. Quebecen. die 16 Sept. 1824 propositum tum hoc tum ea, quæ habentur in præcedentibus, dilucide explicavit. Cfr. *Recueil d'Ordonnances du Diocèse de Québec*, pag. 276. *Coll. Prop.* n. 1235, 1463.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fuerint; ac insuper ii qui ex Indo neophyto et ex muliere Europæa, vel ex Europæo viro et Indica muliere sunt progeniti." Ita Ben. XIV. const. *Cum Venerabilis* 27 Jan. 1757 (*Coll. Miss.* n. 1005). Item Clemens IX. const. *Animarum saluti* 8 Jan. 1669 (ib. n. 1003) et S. C. de P. F. 17 Apr. 1828 in respons. pro Tongkin (ib. n. 1007).

c.—Additur ad illud sub **b.** *dummodo nullo modo attingat primum gradum.*—Nota illud *nullo modo;* nam secundus gradus primum attingere potest dupliciter, nempe 1. *perfecte* i. e. quando primus gradus æqualis oritur ex *uno*, et secundus similiter æqualis ex *alio* stipite: ut si Brutus ex Anna genuit Joannem, ex Annæ sorore Henricam. Joannes et Henrica consanguinei sunt in primo gradu æquali ex eodem patre i. e. sunt frater et soror. Simul vero se contingunt in secundo gradu æquali, quia sunt duarum sororum filii;—2. *minus perfecte*, ideoque minus graviter, nimirum quando unicum tantum graduum inæqualium (secundi cum primo mixti) impedimentum adest, ut si quis amitam suam duxerit.[1]—In priori casu matrimonium inter duos hæreticos contractum solvendum erit; si autem inter duos infideles fuisset contractum, utroque converso, quid sit agendum, vide infra n. 131. ad IV. a. In secundo casu, si uterque catholicus fit, adhiberi poterit facultas Form. E. Art. 2; si vero unus tantum catholicus fit, alter aut infidelis aut hæreticus manet, idem Art. 2 Form. E. secundum Form. D. Art. 5 adhiberi potest quoad matrimonium cum hæretico; quoad matrimonium cum infideli vero recurri debet ad S. Sedem.

117.—NOTA. I. Expositio præfata tum ex eo quod indulta sunt late interpretanda tum ratione habita textus recentioris hujus Art. in Formula III.[2] præferenda videbatur illi, quæ in prim. et sec. editione hujus opusculi legitur, juxta quam pro matrimoniis *contractis* in 3. et 4. gradu nulla facta fuisset facultas dispensandi, dum tamen eam Episcopi obtinuissent imo pro proximioribus gradibus in Form. E.!

II. In affinitate includitur etiam ea ex copula illicita. (Cfr. n. 6. a. et *Coll. Prop.* n. 1229.)

III. Itaque si confertur hic Art. cum Form. D. Art. 2 et Form.

[1] Planch. ap. *N. R. Th.* xv. p. 55. n. 28.

[2] Cfr. infra n. 244.

E., facile perspicitur, quam *amplæ* sint *Episcoporum nostrorum facultates dispensandi in impedimentis consanguinitatis et affinitatis.*

En serie una omnes: **a.** Pro *foro externo* in matrimoniis *contrahendis et contractis* dispensare valent cum *utroque nunc catholico:* 1. vi præsentis facultatis in gradu 3. et 4. simplici et mixto, et in 2., 3. et 4. mixtis; 2. vi Form. E. in 1. gradu affinitatis lineæ collateralis ex copula licita;—in 2. gradu consanguinitatis vel affinitatis mixto cum primo in linea transversali;—in 2. gradu *consanguinitatis* vel *affinitatis* in linea transversali æquali;—in impedimento publico 1. gradus affinitatis ex copula illicita lineæ sive collateralis sive rectæ.

b. Pro *foro interno tantum* in matrimoniis contractis et contrahendis cum utroque nunc catholico vi facultatis 2 Form. D. super 1. et 2. gradu simplici et mixto affinitatis occultæ ex copula illicita, in linea sive collaterali sive recta.

c. Pro *foro externo* in *matrimoniis contractis tantum* 1. si contracta sunt ante conversionem ad fidem catholicam et utraque pars nunc catholica est, etiam super 2. gradu solo consang. vel affin., modo non tangatur primus, vi hujus Art.; 2. vi facultatis 5 Form. D. in matrimoniis mixtis contractis super consanguinitatis et affinitatis gradibus, super quibus cum utroque catholico dispensare possunt.—Porro si indultum cumulandi habeant, pro modo hujus indulti etiam in mixtis contrahendis id valebunt, quod valent cum catholicis. (Quæstionem de usu facultatum sub **a.** et **c.** pro foro interno vide n. 22.)

IV.—Accidere potest, ut in uno vel pluribus gradibus consanguinitatis et affinitatis dispensari possit ex uno indulto, in reliquis concurrentibus adhibendum sit alterum indultum. Hoc sine speciali indulto cumulandi fieri non posse, evidens est ex n. 15.[1]

Quæritur: An Episcopus in hisce Statibus vi facultatum Formularum eum dispensare possit, qui ducere velit filiam suæ neptis (scil. sibi conjunctam in gradu 3. tangente 1)? *Resp.* Neg. quatenus agitur de facultate, ex cujus applicatione directe sequatur effectus certe validus, prout hoc patet ex Resp. S. C. de Prop. Fide 7. Jun. 1853 supra n. 9.—Attamen si Episcopus utens facultate 2. Form. E. dispensando relaxaret a gradu propiore, loco remotioris, ex communi DD. sententia valde probabile esset, dispensationem valere. Ita juxta Matharan n. 382 et mox dicenda.

[1] *N. R. Th.* xvii. 390; S. Pœn. 14 Julii 1881 ap. Planch. n. 129, nota et Feije ed. 4. n. 631. e. ad 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

118.—III. Supplica (*in genere*).

a. In supplica pro dispensatione in *consanguinitate*[1] exprimi debet: 1. *gradus* et *linea*, quæ si omittatur, intelligitur transversalis. Si propinquior gradus exprimatur loco remotioris, dispensatio non vitiatur, secus si contra. Ita quidem communis sententia Doctorum contra paucos. At refert Gasparri[2] ex Santi, etiam in priori casu apud *S. Pœnit.* dispensationem invalidam haberi. Idem docent Corrado et Riganti.[3] Excipe etiam, ut patet, si apud Episcopum, facultate in propinquiore gradu dispensandi carentem, hic gradus propinquior exprimitur;[4] 2. *modus:* an *simplex* an *multiplex* tam ex parte patris quam ex parte matris; 3. porro si Oratores in gradu inæquali a communi stipite distent, de valore exprimi debet etiam gradus propior, si primus est, simul cum ejus provenientia scil. qui sexus sit stipiti proprior,[5] si vero gradus propior est primo inferior, eo reticito valet quidem dispensatio, at sub gravi recurri debet pro "perinde valere," ut licite ad matrimonium procedi et usus ejusdem fieri possit.[6] Ratio differentiæ est, quia, si primus est propior, in Dataria ab utroque gradu dispensatur; si alius, dispensatur tantum a remotiori, et propinquior declaratur non obstare. Si vero *in foro interno* ad S. Pœn. recurritur, etiam in secundo casu expressio gradus propinquioris est de valore,[7] quia ab utroque dispensat.

b. In supplica pro dispensatione in *affinitate* quoad lineam et *gradus* exprimi debent omnia, ut sub **a.**; insuper origo ex copula illicita (scil. in 1. et 2. gradu); item multiplicitas impedimenti, et si adest primus affinitatis gradus, etiam provenientia e. gr.: "Oratores affines sunt (vel *se attinent*) in 1. gradu lineæ rectæ ex eo quod Orator matrem (*vel* filiam) Oratricis adhuc viventem[8] (*vel* defunctam) carnaliter cognoverit;

[1] Zit. *Disp.* p. 72; Feije n. 703 (704).
[2] N. 357, nota I.
[3] Planch. n. 198.
[4] Rosset n. 2531.
[5] Bened. XIV. *Etsi matrimonialis* § 6.; S. Alph. n. 1030 (juxta quem corrige textum n. 1136). Negat vero Gasparri n. 357. nota.
[6] Planch. n. 197. *Coll. Prop.* n. 1454. Rosset n. 2532.
[7] Feije n. 703 **b.** (704); Gasparri n. 324, 357.
[8] Hoc addi oportet saltem de femina superstite; at non de valore, ut putat Gasparri n. 359.

vel: quod Oratrix ab Oratoris patre (*vel* filio) adhuc superstite (*vel* defuncto) carnaliter fuit cognita (*vel* cognosci passa sit) etc."—In casu tamen duplicis affinitatis ex licita et illicita copula cum eadem persona non requiritur mentio copulæ antematrimonialis.[1]

NOTA. Si litteræ supplices ad Episcopum mittuntur pro dispensatione in his impedimentis obtinenda, in plerisque Diœcesibus præscribitur, ut etiam *arbor genealogica* seu schema consanguinitatis vel affinitatis sive in infima pagina supplicæ sive in pagina separata addatur, ex quo distantia et multiplicitas graduum perspici possit. Experientia enim docet, adhibita etiam omni diligentia in computandis gradibus errores quandoque committi, ut observat Card. Taschereau p. 103.—In litteris supplicibus, quæ Romam mittuntur, talis arbor non requiritur.—Jam vero simplex schema ad demonstrandum, quomodo nupturientes inter se sint consanguinei vel affines, supra n. 93, speciminis causa appositum, in plerisque Diœcesibus sufficere videtur.[2] In aliis tamen præscribitur, ut consanguinitatis aut affinitatis simplicis vel multiplicis existentia et non-existentia per omnes generationes demonstretur, et arbores genealogicæ completæ utriusque partis componantur quantum fieri potest, expresso in quavis generatione, non excepto stipite, nomine et cognomine utriusque conjugis; si vero ex his nominibus unum alterumve reperiri non possit aut agatur de illegitimis, id dicatur.[3] —Specimina habes ap. Planch. App. i. et Rohling: *Medulla Theol. mor.* pag. 410. Differunt tamen quoad modum.—Schema perfectum certe parocho demonstrat, partes ita et non aliter esse consanguineas aut affines.

119.—IV. Legitimatio.

Dicitur: *Et in præfatis casibus prolem susceptam declarandi legitimam* i. e. decernendi, ut proles habeatur ac si legitime fuisset nata. Susceptio enim prolis fit per nativitatem. Ut dicenda rite intelligantur, hæc quæ sequuntur, præmittimus. Prolis illegitimæ legitimatio est maximi momenti tum ob effectus *civiles:* illegitimi enim in foro civili non subsunt potestati paternæ et inhabiles sunt ad hæreditatem paternam, imo etiam

[1] Feije n. 704 (705). *Coll. Prop.* n. 1236.
[2] Vecchiotti *Inst. can.* vol. iii. App. ii.
[3] Kutschker vol. v. p. 162. Feije ed. 4. n. 704 in fine.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(in pluribus ex nostris Statibus[1]) maternam capiendam; tum ob effectus *spirituales:* illegitimi enim sunt *irregulares.*[2]—Notandum tamen, plures præsertim hodie haberi in civilibus legitimos, qui secundum Canones tales non sunt, et vice versa plures haberi civiliter illegitimos, qui juxta Ecclesiæ legislationem pro legitimis habentur.[3]—Ideo legitimatio ecclesiastica nunc sæpe non est tanti momenti.

Proles legitima est, quæ ex justis nuptiis est procreata. Nomine justarum nuptiarum veniunt: **a.** illæ, quæ in veritate sunt validæ, quales sunt etiam eæ, quæ ab infidelibus secundum jus naturæ et eorum leges civiles ineuntur; **b.** illæ, quæ *putative* tales sunt i. e. quæ *publice* habentur pro veris matrimoniis, quamvis sint invalidæ ob impedimentum, quod tamen ab uno saltem ex conjugibus bona fide ignoratum fuerit. Hæc bona fides non excluditur per errorem juris, nec per dubitationem de valore matrimonii, et in dubio præsumitur.[4]—Non autem sunt matrimonia putativa, si ambo catholici conjuges, publice ita putati, et impedimentum et matrimonii propter id invaliditatem cognoverint, vel ea de re saltem dubitantes, neglecta debita ad vincendum dubium diligentia, contraxerint. Talium ergo proles est illegitima. Unde si uterque conjux catholicus proclamationibus absque dispensatione *temere*[5] omissis cum impedimento juris ecclesiastici, licet ab eis ignorati, contraxerunt, proles eorum habetur illegitima, quia bona fides eis deesse censetur.[6] Ad quod notandum, ante festa Paschalia 1853 banna non in omnibus harum Provinciarum Diœcesibus publicanda fuisse.—Ex dictis patet, illegitimos esse omnes illos, qui nati sunt ex nuptiis quæ certe ne putative quidem validæ sunt. In dubio illegitimitas non existere censetur. S. Alph. vii. 347, 432.

Illegitimorum alii dicuntur *naturales*, alii *spurii*. Illi nati sunt ex parentibus, inter quos tempore conceptionis vel nativitatis vel

[1] Kent: *Commentaries on American Law*, Boston 1867, vol. ii. n. 209–217.
[2] S. Alph. vii. 420 seq.
[3] De Angelis lib. iv. tit. 17, 4; Kent l. c.
[4] Konings n. 1546, 3.
[5] Ibid. n. 1539, qu. 4. [6] Feije n. 264.

saltem tempore intermedio poterat esse validum matrimonium. Ita e. gr. si vir, vivente uxore sua, aliam solutam imprægnat et uxor dein moritur antequam adultera partum edat aut si consanguineam imprægnavit et ante nativitatem prolis dispensationem ad matrimonium cum ea ineundum obtinuit, proles in his duobus casibus est naturalis.—Spurii nati sunt ex parentibus, inter quos eo tempore non poterat esse matrimonium validum. Spurii, qui in jure speciale nomen habent, sunt: 1. *adulterini* seu nati ex adulterio; 2. *sacrilegi*, qui scil. ex Regulari aut Moniali (Regulari et Moniali in sensu stricto sumptis) aut Clerico in Sacris generantur; 3. *incestuosi*, geniti nempe ex parentibus affinitate vel consanguinitate in gradu laterali conjunctis, et 4. *nefarii*, geniti a parentibus inter se consanguineis vel affinibus in linea recta.—Attamen si uterque aut alteruter parentum tempore conceptionis ignoravit, inter ipsos existere impedimentum dirimens, proles non spuria, sed naturalis tantum est.[1] Excipe si existat impedimentum ligaminis et ideo proles adulterina sit.[2] Porro filius matri licet cum juramento asserenti non tenetur credere, se esse illegitimum,[3] prout etiam legitimus habetur, qui talis apparet juridice (ex libris parochialibus), licet ambo parentes aut fama publica eum illegitimum dicerent.[4]

120.—Illegitimitas tollitur: **a.** in seipsa: 1. per *subsequens matrimonium* parentum etiam irritum, modo bona fide initum,[5] si agitur de naturalibus et quidem ita, ut nulla amplius in publicis documentis et bannis nuptialibus mentio sit facienda de secuta legitimatione[6] et legitimatio valeat ad omnem effectum *ecclesiasticum* (ad nullum vero apud nos effectum *civilem*);[7] excipe ascensum ad Cardinalatum ex const. Sixti V. *Postquam verus* 3 Dec. 1586, et ad Episcopatum (cap. 7. *de elect.*) necnon admissionem in Seminarium (Trid. xxiii. cap. 18 *de Ref.*).

[1] *Act. S. Sed.* xxvi. 419, 424. Ferraris v. *Legitimatio* n. 5. *Contra* Gasparri *de S. Ordin.* n. 240.
[2] Feije ed. 4. n. 741. Gasparri l. c.
[3] S. Alph. iii. 654. [4] Gasparri l. c. n. 236.
[5] D'Annib. i. n. 50 (29). Juxta S. Alph. vii. 424. matrimonium debet esse validum.
[6] Aichner pag. 656.
[7] Kent l. c.—E contra in Canada proles (excepta incestuosa et adulterina) per subsequens matrim. civiliter legitimatur, ut refert Card. Taschereau p. 126.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Cfr. Pezzani: *Codex:* ad can. 203.—2. *per decretum legitimationis a Sumo Pontifice concessum*, prout hoc additur dispensationibus matrimonialibus per clausulam: *Prolem susceptam (et suscipiendam) legitimam nunciando* et habetur in præsenti Art., in Form. D. et E., in reliquis vero Articulis Form. I. implicite concessum supponitur (cfr. n. 10. 2.).—Per hoc decretum irregularitas quoad omnes effectus aufertur.[1]—3. *per sanationem in radice matrimonii* ipso facto fit plenissima legitimatio indirecte etiam ad effectus civiles;[2]—4. per *professionem* religiosam votorum *solemnium*, non autem simplicium (nisi in Societate Jesu),[3] et valet pro ordinibus tantum. Cfr. Pezzani ad can. 203. **b.** in *suis effectibus* per *dispensationem*, quæ "tanto difficilior est, quanto origo est turpior" (S. Thom. in 4. dist. 25. qu. 2. a. 2.), unde raro conceditur adulterino. Ea fit: 1. per *S. Pontificem* addita plerumque in rescripto clausula: *dummodo paternæ incontinentiæ imitator non sit*, qua inquisitio Episcopi in mores dispensandi sollicitatur. "In supplici libello exprimi debet species illegitimitatis, num scil. orator filius naturalis sit, an adulterinus etc., sed non sub pœna nullitatis dispensationis." Ita Gasparri n. 243;—2. per *Episcopum* ex jure ordinario pro minoribus et beneficio non curato, (n. 25.) ex jure vero delegato virtute Articuli 2. Formulæ I. (cfr. supra n. 102 et 104), prout hoc expresse decidit S. C. de Prop. Fide.[4]—Attamen juxta dicta n. 7. hæc facultas non se extendit ad adulterinos (n. 10. ad 2.), neque ad nefarios, neque ad sacrilegos; pariter non se extendere videtur ad omnem effectum uti ad dignitates obtinendas (cfr. n. 103. a.);—3. per *Prælatos Regulares* cum suis subditis.[5]

NOTA. Si facultas dispensandi in impedimento matrimonii conceditur pro casu particulari et facultas legitimandi prolem non est adjecta, hæc non censetur esse concessa.—Si utraque fuit concessa, et legitimatio (ex oblivione v. gr.) fuit omissa, postea ab eodem supplicante, imo etiam ab ejus successore potest et debet fieri.—Si

[1] S. Alph. vii. 427.
[2] Planchard n. 376.—Ben. XIV. *Quest. can.* 174 et const. *Etsi matrimonialis* 27 Sept. 1755, § 7.
[3] Gasparri n. 247. S. Alph. vii. 426.
[4] Coll. Prop. n. 1176.
[5] S. Alph. vii. 426.

fuit concessa una cum facultate dispensandi in impedimento ad finem matrimonii contrahendi, nupturientes autem *voluntarie* post executionem utriusque facultatis matrimonio renunciant, legitimatio, utpote concessa intuitu matrimonii, effectu caret; valet autem, imo potest declarari etiam sola, si unus supplicantium morte impeditur a matrimonio ineundo.[1]

121.—Ex præmissis elucet facultas. Dicitur scil. *prolem conceptam* i. e. ut explicat S. Alph.,[2] sive conceptam sive jam natam; *declarandi* i. e. decernendi ut n. 119.; *legitimam* i. e. ut omnia jura prolis legitimæ habeat: habilis fiat ad suscipiendos Ordines, beneficia et dignitates ecclesiasticas.

Hanc et similes declarationes nullo modo præsertim apud nos valere pro effectibus civilibus, jam supra dictum est. Pro illis enim requireretur declaratio potestatis civilis, quæ tamen nec pro prole naturali ullibi in nostris Statibus datur.[3] Hanc legislationem nostram, si agetur de legitimatione ad Ordines, respicere prudentia jubebit quandoque.

ARTICULUS VII.

"DISPENSANDI SUPER IMPEDIMENTO PUBLICÆ HONESTATIS JUSTIS EX SPONSALIBUS PROVENIENTE."

(F. III. a. 4; F. IV. a. 5; F. VI. a. 4; F. X. a. 4.)

122.—Explicatio.

Dicitur: *justis*, cujus loco pridem legebatur: *justitiæ*,[4] et abbreviatum: *justit.*, ex quo dein *justis* evasit;[5]—*ex sponsalibus*, validis sc., quamvis solutis, etiam occulto initis,[6] excepta Hispania, ubi nunc quoque ex consuetudine legitima requiritur ad validitatem sponsalium, ut ineantur per publicam scripturam.[7] Sponsalia, ut valida sint, debent esse *promissio* (non propositum tantum), *mutua* (non ab una

[1] Planch. n. 223; Feije n. 740 (741); Pyrrh. Corr. lib. viii. cap. l. c.
[2] Lib. vii. 422.
[3] Kent l. c. n. 210.
[4] Reiffenst. App. n. 22.
[5] Feije n. 615.
[6] S. Pœn. 10 Sept. 1834 ap. Bucceroni p. 163. Plura ap. Gasparri n. 715.
[7] S. C. C. 11 Apr. 1891 in Compostellana ap. *Il Mon. eccl.* 1891 i. p. 97 et *N. R. Th.* xxiv. p. 132.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Cfr. Pezzani: *Codex:* ad can. 203.—2. *per decretum legitimationis a Sumo Pontifice concessum*, prout hoc additur dispensationibus matrimonialibus per clausulam: *Prolem susceptam (et suscipiendam) legitimam nunciando* et habetur in præsenti Art., in Form. D. et E., in reliquis vero Articulis Form. I. implicite concessum supponitur (cfr. n. 10. 2.).—Per hoc decretum irregularitas quoad omnes effectus aufertur.[1]—3. *per sanationem in radice matrimonii* ipso facto fit plenissima legitimatio indirecte etiam ad effectus civiles;[2]—4. per *professionem* religiosam votorum *solemnium*, non autem simplicium (nisi in Societate Jesu),[3] et valet pro ordinibus tantum. Cfr. Pezzani ad can. 203. **b.** in *suis effectibus* per *dispensationem*, quæ "tanto difficilior est, quanto origo est turpior" (S. Thom. in 4. dist. 25. qu. 2. a. 2.), unde raro conceditur adulterino. Ea fit: 1. per *S. Pontificem* addita plerumque in rescripto clausula: *dummodo paternæ incontinentiæ imitator non sit*, qua inquisitio Episcopi in mores dispensandi sollicitatur. "In supplici libello exprimi debet species illegitimitatis, num scil. orator filius naturalis sit, an adulterinus etc., sed non sub pœna nullitatis dispensationis." Ita Gasparri n. 243;—2. per *Episcopum* ex jure ordinario pro minoribus et beneficio non curato, (n. 25.) ex jure vero delegato virtute Articuli 2. Formulæ I. (cfr. supra n. 102 et 104), prout hoc expresse decidit S. C. de Prop. Fide.[4]—Attamen juxta dicta n. 7. hæc facultas non se extendit ad adulterinos (n. 10. ad 2.), neque ad nefarios, neque ad sacrilegos; pariter non se extendere videtur ad omnem effectum uti ad dignitates obtinendas (cfr. n. 103. a.);—3. per *Prælatos Regulares* cum suis subditis.[5]

NOTA. Si facultas dispensandi in impedimento matrimonii conceditur pro casu particulari et facultas legitimandi prolem non est adjecta, hæc non censetur esse concessa.—Si utraque fuit concessa, et legitimatio (ex oblivione v. gr.) fuit omissa, postea ab eodem supplicante, imo etiam ab ejus successore potest et debet fieri.—Si

[1] S. Alph. vii. 427.
[2] Planchard n. 376.—Ben. XIV. *Quest. can.* 174 et const. *Etsi matrimonialis* 27 Sept. 1755, § 7.
[3] Gasparri n. 247. S. Alph. vii. 426.
[4] Coll. Prop. n. 1176.
[5] S. Alph. vii. 426.

fuit concessa una cum facultate dispensandi in impedimento ad finem matrimonii contrahendi, nupturientes autem *voluntarie* post executionem utriusque facultatis matrimonio renunciant, legitimatio, utpote concessa intuitu matrimonii, effectu caret; valet autem, imo potest declarari etiam sola, si unus supplicantium morte impeditur a matrimonio ineundo.[1]

121.—Ex præmissis elucet facultas. Dicitur scil. *prolem conceptam* i. e. ut explicat S. Alph.,[2] sive conceptam sive jam natam; *declarandi* i. e. decernendi ut n. 119.; *legitimam* i. e. ut omnia jura prolis legitimæ habeat: habilis fiat ad suscipiendos Ordines, beneficia et dignitates ecclesiasticas.

Hanc et similes declarationes nullo modo præsertim apud nos valere pro effectibus civilibus, jam supra dictum est. Pro illis enim requireretur declaratio potestatis civilis, quæ tamen nec pro prole naturali ullibi in nostris Statibus datur.[3] Hanc legislationem nostram, si agetur de legitimatione ad Ordines, respicere prudentia jubebit quandoque.

ARTICULUS VII.

"DISPENSANDI SUPER IMPEDIMENTO PUBLICÆ HONESTATIS JUSTIS EX SPONSALIBUS PROVENIENTE."

(F. III. a. 4; F. IV. a. 5; F. VI. a. 4; F. X. a. 4.)

122.—Explicatio.

Dicitur: *justis*, cujus loco pridem legebatur: *justitiæ*,[4] et abbreviatum: *justit.*, ex quo dein *justis* evasit;[5]—*ex sponsalibus*, validis sc., quamvis solutis, etiam occulto initis,[6] excepta Hispania, ubi nunc quoque ex consuetudine legitima requiritur ad validitatem sponsalium, ut ineantur per publicam scripturam.[7] Sponsalia, ut valida sint, debent esse *promissio* (non propositum tantum), *mutua* (non ab una

[1] Planch. n. 223; Feije n. 740 (741); Pyrrh. Corr. lib. viii. cap. l. c.
[2] Lib. vii. 422.
[3] Kent l. c. n. 210.
[4] Reiffenst. App. n. 22.
[5] Feije n. 615.
[6] S. Pœn. 10 Sept. 1834 ap. Bucceroni p. 163. Plura ap. Gasparri n. 715.
[7] S. C. C. 11 Apr. 1891 in Compostellana ap. *Il Mon. eccl.* 1891 i. p. 97 et *N. R. Th.* xxiv. p. 132.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

parte facta et ab altera acceptata tantum), *vera* et seria (non ficta, ex joco[1]), *deliberata* et *libera* (a metu gravi injusto et errore substantiali), *absoluta* (conditione, si qua adjecta fuit, verificata) *de futuro matrimonio* (non de præsenti, licet civili in loco ubi viget caput *Tametsi*) inter *duas determinatas personas ad matrimonium habiles* (i. e. quibus matrimonium, de quo agitur, non est illicitum ob impedimentum dirimens vel impediens aut alia de causa e. gr. damnum injustum parentibus ex eo oriturum).[2]—Dirimunt inter sponsum et sponsæ matrem, filiam, sororem atque inter sponsam et sponsi patrem, filium, fratrem.

123.—Facultas valet pro matrimoniis contrahendis et contractis;[3] at nullam confert potestatem quoad publicam honestatem, ortam ex matrimonio rato non consummato, nec in ejus gradu primo quia publica honestas orta ex matrimonio "impedimentum fortius est eo quod ex sponsalibus oritur," prout Bened. XIV. in const. *Inter Omnigenas* 2 Febr. 1744 ad Episc. et Clerum Serviæ docet. Idem l. c. § 15 etiam advertit: "eam facultatem" (scil. dispensandi in publica honestate orta ex matr. rato) "inter cæteras ipsis" (in sua Formula) "communicatas non reperiri." Reapse in nulla ex decem Formulis hæc facultas expressa est.

Nihilominus non pauci tenent, eam contineri in Form. III. Inter hos eminent Auctor *Instructionis Eystettensis* ed. 1854 p. 307; Kutschker: *Eherecht*, Wien 1857, vol. v. p. 42 et 50; *Instructio Austriaca*, § 8, ejusque commentatores.

Ratio eorum est, quia in hac Formula simpliciter dicitur: "Dispensandi in 3. et 4. gradu, verbis: "consanguinitatis et affinitatis" non additis,[4] et ideo, quoniam verba valent quantum sonant, etiam 3. et 4. gradus publicæ honestatis in ea comprehenditur. Dubitat

[1] His consideratis et præsertim agendi modo nostrorum juvenum inspecto promissiones matrimonii frequenter (non semper) proposita potius sunt quam sponsalia. Sabetti n. 838, qu. 3; Konings *Comp.* n. 1528, qu. 7.

[2] Cfr. Ærtnys vi. 426 qu. 5. et 6. Feije n. 390 seq.

[3] Pro foro conscientiæ in occultis etiam ad matr. contrahenda dispensat S. Pœnitentiaria. Ben. xiv. Inst. 87. n. 7. Feije ed. 4 n. 605.

[4] Idem observatur in Formula X. Episcoporum Galliæ.

quidem circa hanc interpretationem Feije n. 614 i. 1, cum aliis; at cum ex longa et publica consuetudine quasi vim legis obtinuisse videatur, in praxi tuto observari poterit. Ratio hæc tamen evanescit, quando verba: "consanguinitatis et affinitatis" expresse inserta inveniuntur, uti in nostra Form. I. et in Form. III. Episcopis Belgii concessa.[1]—Attamen plures sunt, qui hanc facultatem in altera dispensandi in affinitate includi putent, quia "plus" (sc. potestas dispensandi in affinitate) "semper in se continet quod est minus"[2] (scil. publicam honestatem ex matrimonio rato tantum). Qui ergo dispensare potest in affinitate *cum* publica honestate conjuncta, potest etiam in publica honestate *sola*, et hoc eo magis nunc, ubi copulæ amplius non est mentio facienda. Ita sentiunt Sanchez,[3] Mich. Perez,[4] Tract. Mechlin. *de Matr.* n. 101 pag. 540, Zitelli *Disp.* p. 52 i. **b.** et Corre p. 390. Hi supponunt, impedimentum publicæ honestatis matrimonio consummato coexistere cum illo affinitatis. Sunt tamen, qui opinantur, impedimentum publicæ honestatis post matrimonii consummationem *transire* in affinitatem, ita ut hæc sola tum adsit.[5] Allegatur pro hac sententia Bened. XIV. *de Syn. Diœc.* ix. cap. 13, n. 4; an recte, viderint alii.[6]—Quidquid vero sit de hac re, etiam in priori suppositione *Regulæ juris* citatæ frustra invocantur; nam juxta Reiffenstuel, Sanfelice aliosque commentatores istæ tantum valent, quando plus et minus sunt ejusdem speciei, aut minus habetur ut pars illius, quod est plus. Neutrum autem dici potest in hoc casu.—Hinc C. S. Off. Vicario Apost. Tunkini Occidentalis quærenti: "An facultas dispensandi in impedimentis consanguinitatis et affinitatis complectatur etiam facultatem dispensandi in impedimento publicæ honestatis ex matrimonio rato et non consummato, vel Missionarius, qui gaudet facultate dispensandi in primis duobus impedimentis, nova facultate indigeat ad dispensandum in impedimento publicæ honestatis?" respondit 4 Julii 1831: "Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam."[7]—Insuper Greg. XVI. 26 Julii 1841 eidem Vicario Apost., quamvis habuisset suam Formulam, concessit facultatem dispensandi ab impedimento publicæ honestatis

[1] Tract. Mechlin. *de Matr.* n. 101, p. 539.

[2] *Reg. juris* 35 et 53 in 6.

[3] *De Matr.* lib. viii. disp. 24, n. 42.

[4] *De Matr.* disp. 46, sect. 5, n. 14.

[5] Gasparri n. 721.

[6] Cfr. Feije n. 395. Rosset n. 2000.

[7] Ap. Gasparri n. 426. *Coll. Prop.* n. 1253.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

. . . ex matrimonio rato et non consummato.[1]—Ex quo nunc certum est, pro dispensatione in publica honestate ex matr. rato non consummato nullam hisce in Formulis contineri facultatem.

NOTA. In supplica pro dispensatione a publica honestate ex matr. rato servanda sunt, quæ n. 118 habentur de affinitate. Si tamen dispensatio a gradu remotiore, reticito propinquiore, obtenta sit, litteræ revalidatoriæ (cfr. n. 118. **a.**) non requiruntur. Rosset n. 2538. Si oritur ex sponsalibus, in supplica exprimi et in applicatione facultatis considerari debet: 1. provenientia impedimenti; nam sponsalia a sponso inita cum matre sponsæ (ergo in linea recta) plus inhonestatis et difficultatis habent, quam si inita essent cum sorore sponsæ (ergo in linea obliqua);—2. utrum impedimentum sit publicum, an occultum;—3. utrum sponsalia adhuc subsistant, an per mortem aut mutuo consensu soluta sint. Si adhuc subsistunt, altera pars monenda est, ut juri suo cedat. Si cedere renuit, dispensatio vi facultatis tum tantum dari potest, si bonum spirituale supplicantis eam prorsus requirit, isque damnum alterius, vel per sententiam judicis æstimatum vel juxta compositionem inter partes factam, reparat et pars læsa consentit. Oratori hoc in casu pœnitentia imponenda est.—Exceptis suppositionibus prædictis dispensatio petenda est a S. Pontifice, qui solus jus partis læsæ ex justa gravique causa aufferre potest. Rosset n. 2330.—Specimen huc spectans dispensationis a S. C. C. 1. Julii 1882 concessæ videsis ap. *Mon. eccl.* vol. iii. part. i. p. 67. et alterius de 15. Julii 1882 ib. part. ii. pag. 33.

ARTICULUS VIII.

"DISPENSANDI SUPER IMPEDIMENTO CRIMINIS, NEUTRO TAMEN CONJUGUM MACHINANTE, ET RESTITUENDI JUS AMISSUM PETENDI DEBITUM."

(F. III. a. 5; F. IV. a. 6; F. VI. a. 5; F. X. a. 5.)

124.—Explicatio.

Duplex facultas circa crimen adulterii quoad matrimonium in Art. conceditur:

I. Dispensandi in impedimento *dirimente ex adulterio solo.*

a. Ut hoc impedimentum adsit, requiritur: 1 *adulterium verum* (sc. ut una saltem pars matrimonio certe *valido* juncta sit), *formale* (scil. cum scientia ejusdem matrimonii commissum, ita ut quoad hoc in neutra parte nec crassa ignorantia juris vel facti existat[1]), *consummatum* (copula ex utraque parte perfecta), et *a baptizato* commissum;—2. ut tali adulterio *accedat:*

a. AUT *promissio* vera (non ficta tantum), libera (a metu gravi et errore substantiali), absoluta (conditione, si apposita fuerit, ante mortem alterius conjugis verificata[2]) *matrimonii post* (non ante) *mortem alterius conjugis ineundi* facta ab una parte adulterante et ab altera saltem aliquo signo serio acceptata, dummodo adulterium et promissio constante eodem matrimonio locum habeant, et promissio, si ante adulterium fiebat, ante hoc revocata non fuerit;

b. AUT *matrimonii attentatio durante vita alterius conjugis* per mutuum consensum de præsenti in matrimonium, etsi clandestine et civiliter tantum sive ante sive post adulterium præstetur, modo fiat cum utriusque scientia (non cum dubio solum) de vita alterius conjugis. Sufficit, si, matrimonio in ignorantia aut dubio de morte alterius conjugis inito, scientiam de ejus vita acquirentes, matrimonium non retractant, sed eo per adulterium, ut supra, utantur.[3]

NOTA. Hæc impedimenti species dicitur: "*ex adulterio solo*" seu "*neutro patrante*" vel "*machinante*" i. e. neutro conjugum in mortem alterius conjugis ita cum effectu machinante ut nova species impedimenti criminis aut ex conjugicidio solo aut ex utroque (conjugicidio et adulterio simul) oriatur. Unde impedimentum criminis *adulterii solius* adhuc existeret, etsi ab una parte machinatio in mortem alterius conjugis cum effectu facta fuisset, sed sine intentione matrimonii et probabilius etiam juxta S. Alph. 1035, 1036, *Requir.* vi., si quidem cum hac intentione facta, at hæc nullo indicio (nec familiaritatibus, epistolis amatoriis etc.) alteri manifestata fuit.

b. Facultas hujus partis Articuli valet pro matrimoniis contrahendis et contractis, item pro casibus, ubi impedimentum

[1] *Coll. Miss.* n. 876.

[1] S. Alph. vi. 1031, 1036, *Requir.* v.—Crassa ignorantia juris in his regionibus non raro invenitur, si ab acatholicis, imo etiam quandoque a catholicis rudibus post divortium civile vivente altero conjuge matrimonium contrahitur.

[2] Cfr. tamen S. Alph. vi. n. 1040, ubi contrarium probabile est. Sed cfr. Rosset n. 2032.

[3] Cfr. S. Alph. vi. 1033 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sit *numero* multiplex[1] (n. 6) aut ubi impedimentum occultum est, uti hoc patet ex responso S. Pœnit. de 14 Julii 1881.[2] Hæc enim quoad facultatem sub 5. indulti diei 15 Nov. contentam: scil. "dispensandi super impedimento criminis ex adulterio et fide data proveniente, neutro tamen in conjugis mortem cum effectu machinante," quæ ibi iisdem facultatibus ac in nostra Formula I. additur, interrogata: utrum Episcopus ea uti possit non solum in casibus publicis pro utroque foro, verum etiam in occultis pro foro conscientiæ tantum, servatis respective servandis, i. e. delegato, si agatur de occultis, confessario, qui in actu sacramentalis confessionis etc. injunctisque injungendis dispenset? resp. *affirmative.*

Nota. Clausulas de pœnitentia imponenda etc. (supra n. 78. seq. et n. 81. seq.) in usu hujus facultatis esse observandas, patet ex dictis n. 12. et 13. necnon ex *Pag. S. Pœn.* mox addenda.

c. Ab impedimento orto ex adulterio cum promissione matrimonii ex quacumque causa canonica dispensatio conceditur, sive publicum sit sive occultum.[3]—Ab impedimento orto ex adulterio cum matrimonio attentato autem dispensatur ex canonica causa, quæ inter graviores est, puta si Oratrix diffamata et innupta maneret, gravia scandala verosimiliter orirentur. . . Quoniam culpabiles sunt suspecti de hæresi, in rescripto S. Sedis injungi *solet* delegato, ut præmisso examine de fide Oratorum, facta abjuratione de vehementi hæresis suspicione ac imposita pœnitentia dispenset.[4] At hoc nec semper fit, nec si casus est occultus.[5] Unde nihil obstare videtur, quominus facultas articuli etiam pro hac specie applicari possit, prout patet ex addito, quo sola machinatio excluditur.

Nota. In *Pag. S. Pœnitentiariæ* sub n. xiii. conceditur facultas in Sacramentali confessione exercenda, scil.: "Dispensandi super impedimento occulto Criminis, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio jam contracto; *monitis putatis conjugibus* de necessaria secreta renovatione consensus; ac injuncta gravi pœnitentia salutari, et confessione sacramentali semel quolibet mense, per tempus arbitrio tuo statuendum."[1]

Ex verbis: "monitis . . . conjugibus," præsertim si conferuntur cum altera facultate sub n. xi. ejusdem Pagellæ[2] quis concludet, abstinendum esse ab usu hujus facultatis, si alter conjux sine maximo damno moneri haud possit. At, salvo meliori, etiam hanc Clausulam intelligendam esse puto in sensu exposito supra n. 13 ad **b.** et 84, 2.

II. Dispensandi in impedimento *impediente jus petendi debitum*, quod impedimentum ex adulterio ortum habet. Oritur autem dupliciter:

a. Ex jure naturali velut pœna conventionalis, vi cujus frangenti fidem pars innocens fidem merito nec amplius servare tenetur et debitum conjugale, si petitur, recusare, imo divortium facere potest, pars adultera autem, etsi adulterium suum alteri occultum prodere non teneatur, debitum tamen conjugale exigere nequit nisi tanquam benevole concedendum. Quoad hoc in facultate Articuli, quatenus restitutionem juris debitum petendi spectat, nihil continetur, cum vergeret in præjudicium partis innocentis, cui soli competit per condonationem læsionis jus amissum parti adulteræ reddere.[3] At hæc condonatio in usu hujus facultatis præsupponitur.

b. Ex jure canonico[4] adulterans cum consanguinea suæ compartis in 1. aut 2. gradu in pœnam criminis privatur ob hanc *affinitatem supervenientem* jure petendi debitum in præsenti conjugio, insuper spe caret alterius post mortem præsentis compartis ineundi matrimonii, et si postposita hac prohibitione aliud matrimonium inierit, in eo nequit petere debitum nisi dispensatione obtenta. Hæc posterior pœna communiter ignoratur et in desuetudinem abiisse videtur;[5] saltem Episcopus, si opus est, ab ea dispensare poterit etiam ante matrimonium. Pro priore, scil. quoad jus petendi debitum, si amissum est per affinitatem supervenientem aut alia de causa,

[1] De quo cfr. Feije n. 455; Gasparri n. 651.
[2] Planchard n. 453. [3] Gasparri n. 656.
[4] Id. n. 655. Insuper duas simul uxores habens infamis est ex cap. 4. *de bigamis* (i. 21).
[5] Pyrrh. Corr. lib. viii. cap. ix. ad fin.

[1] Cfr. n. 82. nota. [2] Cfr. infra n. 215, nota i.
[3] LaCroix vi. p. 3. n. 372.
[4] Cap. 1 et 4, *de eo, qui cognovit* (iv. 13).
[5] Engel: *Collegium juris* in h. t. n. 5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in Art. datur facultas, ex justa causa dispensandi, quæ exerceri etiam tum potest, si altera pars sit hæretica, modo nuptiæ sint validæ.[1]—Episcopi eam habent ex *jure proprio*.[2] Regulares idem valent, obtenta ad hoc licentia Superioris, saltem sui Monasterii.[3]

Pro foro sacramentali in *Pag. S. Pœn.* sub n. xi. sequens conceditur facultas: "Dispensandi cum incestuoso, seu incestuosa ad petendum debitum conjugale, cujus jus amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea, vel consanguineo, sive in primo, sive in secundo gradu suæ uxoris, seu respective mariti, remota occasione peccandi et injuncta gravi pœnitentia salutari, et confessione sacramentali semel quolibet mense per tempus arbitrio tuo statuendum."[4]

c. *Formula*, si restitutio juris petendi debitum in confessione post absolutionem fit: *Ego insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter communicata tibi restituo jus petendi debitum conjugale, quod amisisti per copulam a te habitam cum (e. gr. sorore uxoris tuæ). In nomine Patris etc.—Passio.*

NOTA. Dixi sub **b**: "si amissum est per affinitatem supervenientem"; nam jus hoc non amittitur, si copula cum consanguinea fit ex ignorantia facti aut cum ignorantia hujus dispositionis juris ecclesiastici, imo etiam cum ignorantia hujus pœnæ, aut ex metu gravi (S. Alph. vi. 1070 seq.). Dixi: "aut alia de causa," ut si matrimonium novum post alterum incestu ut supra fœdatum postposita prohibitione aut post raptum in priori patratum cum prohibitione (cfr. infra n. 126 ad iii.) initum est, aut si ob baptismum propriæ proli legitimæ absque necessitate collatum juxta plures theologos (S. Alph. vi. 150.) jus petendi amissum esse putaretur.—Facultatem hujus Art. etiam ad hos casus se extendere, ex ejus generali tenore deducitur.[5]—De voto castitatis a conjugibus emisso et juri petendi debitum obstante supra n. 108. actum est.

[1] *Coll. Prop.* n. 1564.
[2] S. Alph. vi. n. 1076.
[3] S. A. l. c.; Feije ed. 4. n. 640.
[4] Cfr. n. 82, nota.
[5] Ita Collet: *Traité des dispenses.* Louvain, 1760. Tome iii. Lettre 43. n. vi.

ARTICULUS IX.

"DISPENSANDI IN IMPEDIMENTO COGNATIONIS SPIRITUALIS, PRÆTERQUAM INTER LEVANTEM ET LEVATUM."

(F. III. a. 6; F. IV. a. 7; F. VI. a. 6; F. X. a. 6.)

125.—Explicatio.

I. Cognatio spiritualis oritur ex baptismo et confirmatione, dummodo hæc sacramenta certo valide conferantur; ergo non oritur, si cæremoniæ tantum supplentur. In dubio baptismo[1] practice dispensatio Episcopi est petenda (n. 24).

Existit **a.** tanquam *paternitas* et *filiatio* inter ministrum Sacramenti et filiolum (filiolam), item inter patrinum et filiolum (filiolam);—**b.** tanquam *compaternitas* et *commaternitas* inter ministrum et filioli (filiolæ) parentes naturales, item inter patrinum et filioli (filiolæ) parentes naturales. Oportet vero in singulis adsit capacitas—sc. baptizati sint, et insuper a *patrino* requisita de jure adimpleantur, nempe 1. sui compos sit (non infans, ebrius etc.); 2. pro confirmatione et ipse confirmatus; 3. a parentibus aut juste a Parocho designatus, vel si nulla designatio fit, ipse sponte patrinum agat in Sacramento;[2] 4. filiolum (filiolam) per se vel per alium physice in actu ablutionis vel chrismationis tangat,—aut baptizandum immediate ante ablutionem Sacerdoti præsentet vel baptizatum immediate post eam de ejus manibus recipiat;[3] 5. habeat animum munus patrini suscipiendi; 6. baptismus sit validus et solemnis. Quoad baptismum privatum disputant DD. Affirmant multi ob Decr. S. C. C. 5 Mart. 1678. (Gasparri n. 738, Aichner p. 598, Sabetti n. 886, Rosset n. 1864, etc.); dubitant vel negant alii (S. Alph. vi. 149; Pezzani can. 60; Lehmk. n. 758, Zitelli l. c., Ball. Palmieri *Op. mor.* VI. 1008, etc.). Unde cum prima sententia quidem probabilior sit, secunda vero non careat probabilitate, eamque toleret Ecclesia, impedimentum manet dubium, ideoque nullum, ut Matharan n. 276. dicit, aut

[1] Cf. Gasparri n. 737.
[2] S. Alph. vi. 154. Alii ut Sanchez contradicunt.—Cfr. Gasparri n. 744. Feije n. 411 seq.
[3] S. C. de Prop. Fide 21 Jan. 1856 ap. Gasparri n. 744; Zit. *App.* p. 407.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

obtineri potest dispensatio, quam Episcopus etiam dare valet ex potestate quasi-ordinaria (n. 24.).

II. Facultas Articuli **a.** *comprehendit* compaternitatem et commaternitatem, *saltem* illam, quæ existit inter patrinum (matrinam) sive baptismi sive confirmationis et baptizati (confirmati) patrem vel matrem.[1] At eum (eam) quoque, qui (quæ) suam prolem baptizavit, vi hujus facultatis posse dispensari ad matrem (patrem) ejus ducendam (ducendum), certum esse videtur; **b.** *non comprehendit* paternitatem et filiationem inter patrinum et filiolam (matrinam et filiolum) ("inter levantem et levatum"), pro qua tamen provisum est in Form. D. Art. 1 (n. 151). Verum in neutro contineri videtur facultas dispensandi a paternitate et filiatione inter baptizantem et baptizatum;[2] **c.** valet (sicut et illa in Form. D. Art. 1) pro matr. contrahendis et contractis, necnon pro impedimento *numero* multiplici (n. 6);—**d.** causam pro applicatione requirit, at quæcumque justa causa sufficit; pro illa vero ex Form. D. Art. 1 tantum gravis (n. 233) et pro ea inter baptizantem et baptizatum, si a S. Sede petitur dispensatio, urgentissima (ut periculum vitæ Oratoribus ex carnali copula imminens).[3]

III. In supplica præter causam etc. exprimi debet: **a.** species (ut sub I.); utrum autem cognatio oriatur ex baptismo an ex confirmatione, speciem non diversificat, unde nec *de valore* exprimendum est.[4] Ex quo intellige, quod in dubio:

"An n. 9 Form. I. de cognatione spirituali orta ex baptismo tantum intelligendus, an vero etiam de eadem cognatione orta ex confirmatione?" S. Off. 2 Jul. 1884 ad v. resp.: "Oriri tum ex baptismo tum ex confirmatione;"[5]—**b.** multiplicitas cognationis, quæ occurrit: 1. si quis eandem prolem tum e

[1] Ita S. Pœn. 10 Maji 1876 ap. *N. R. Th.* xiv. 529 seq.; Feije n. 615; S. Off. 2 Jul. 1884 ad v., infra n. 248.

[2] Feije n. 615; Lehmk. n. 792. In Sinis hanc facultatem habent Vicarii Apostolici. Bray p. 92.

[3] Gasparri n. 750. Bucceroni: *Cas. consc.* ii. n. 155.

[4] Sanchez lib. viii. disp. 24, n. 15; Lehmkuhl ii. n. 809; Zit. *Disp.* p. 73.; Rosset n. 2620.—Contra Gasparri n. 356, nota et Pyrrh. Corr. lib. viii. cap. viii.

[5] Infra n. 248.

sacro fonte suscepit tum e sacramento confirmationis, 2. si quis ejusdem personæ sobolem unam suscepit e baptismo, alteram e confirmatione, 3. si alter alterius liberos vicissim suscepit ex baptismo aut ex confirmatione. Multiplicitas autem non habetur, ubi quis plures ejusdem personæ filios e sacro fonte aut in confirmatione suscepit.[1]

ARTICULUS X.

"HÆ VERO DISPENSATIONES MATRIMONIALES VIDELICET 6., 7., 8. ET 9. NON CONCEDANTUR, NISI CUM CLAUSULA: DUMMODO MULIER RAPTA NON FUERIT, VEL SI RAPTA FUERIT, IN POTESTATE RAPTORIS NON EXISTAT: ET IN DISPENSATIONE TENOR HUJUSMODI FACULTATUM INSERATUR, CUM EXPRESSIONE TEMPORIS AD QUOD FUERINT CONCESSÆ."

(F. VI. a. 7; cfr. F. III. a. 7; F. IV. a. 8.; F. X. a. 7.)

126.—Explicatio. Ea, quæ in Articulo commemorantur, in Decreto dispensationis exprimenda sunt, nisi sufficiens causa excuset. Cfr. n. 13. ad b. 1.[2]—Quoad clausulam de raptu hæc breviter:

I. Raptus qua impedimentum dirimens adest, si vir per se aut per alium mulierem quamcumque (etiam corruptam vel meretricem) de loco in locum moraliter diversum sive vi sive insidiis vel dolosis sollicitationibus matrimonii causa (non ad alios fines) abducit eamque sub sua potestate ad nuptias ineundas detinet, etiamsi abducta et in potestate raptoris constituta postea in matrimonium consentiat.[3] Raptus saltem præsumitur, si puella sub potestate parentum vel tutoris constituta, his insciis aut invitis, consentiens abducatur, nisi ejus voluntarius consensus in matrimonium ex præcedentibus sponsalibus seu ex tractatu concluso de matrimonio et simul in raptum probetur.[4]—Raptores eorumque fautores ex *Trident.* xxiv. c. 6

[1] Zit. l. c.; Gasparri n. 749; Pyrrh. Corr. l. c. et S. Off. 29. Apr. 1894 ap. *N. R. Th.* xxvi. 490, ubi de hoc plura.

[2] *Coll. Miss.* n. 1018, 1021.

[3] Zit. *Disp.* p. 73; Feije n. 145 seq.; Pyrrh. Corr. lib. vii. cap. vi.

[4] Feije n. 161–185. Sed cfr. etiam Gasparri n. 556; Aichner p. 593.; Sica: *Cas. consc.* in Miss. Nankinensi p. 121 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

de Ref. Matr. incurrunt excommunicationem non reservatam et sunt perpetuo infames.—Rapta in loco tuto constituta, cessat impedimentum et matrimonium contrahi potest valide, at illicite, sicut illicite etiam Parochus ei assistit,—nisi prius per actum Ordinarii constiterit de collocatione raptæ in loco tuto deque dotatione a raptore sufficienter facta ad normam C. Trid. l. c. (Hoc saltem valet, si Episcopus sibi hanc declarationem reservavit. Cfr. De Becker, p. 72.)

II. Clausula: *si mulier rapta non fuerit* juxta plures[1] in omnibus dispensationibus matrimonialibus subintelligitur (n. 13 ad a.). Videant tamen, an hæc assertio cohæreat cum regulis interpretationis (n. 4.) et considerent sequentia: Raptus est impedimentum juris tantum ecclesiastici non ligans infideles. Unde proposita fuit quæstio: an missionarii dispensare possint in impedimento disparitatis cultus cum muliere fideli, quamvis rapta fuerit nec loco tuto reddita, dummodo ipsa libere in matrimonium consentiat? S. C. de Prop. Fide 31. Jan. 1796[2] ex eo, quod in facultate Episcopis et Vicariis Ap. concessa dispensandi super hoc impedimento *omissa* sit clausula, quæ in aliis apposita est: "*Dummodo mulier rapta non fuerit* etc.," resolvit, *eo ipso concessum videri, quod in concedentis decreto non sit restrictum* et S. Pontifex *declaravit* Episcopos etc., hac facultate uti valere etiam pro muliere rapta, ut licet non collocata in loco tuto possit per renovationem consensus certe liberi matrimonium contrahere.

III. Si raptus mulieris occurrit, id in petitione pro dispensatione ab alio impedimento matrimonii cum illa muliere ineundi aut revalidandi sub *pœna nullitatis* exprimendum est etiamsi rapta in loco tuto jam sit constituta.[3] In Dataria tum additur Clausula: de dote constituenda—de muliere in loco tuto ponenda, et ut raptor post mortem uxoris sine spe matrimonii maneat; et si raptor ante petitionem ab Episcopo vel Confessario non fuit ab excommunicatione absolutus, post petitam dispen-

[1] Planchard n. 111, 192 et 193; Feije n. 187; Pyrrh. Corr. lib. vii. cap. vi. v. *Præterea.*

[2] *Coll. Miss.* n. 891; Gasparri n. 560.; *Coll. Prop.* n. 1268.

[3] Zit. l. c.; Gasparri n. 561; Bucceroni: *Inst. th. mor. de Matr.* n. 112, 8, ex reg. 49 Canc. Apost. et De Justis i. 18, n. 30.

sationem ob manus appositionem S. Pontificis ab Episcopo vel alio Executore absolvi non debet, nisi quatenus hic in Rescripto constituitur Delegatus Sedis Apost.[1] Executor prædictam triplicem Clausulam debet observare, et raptor si post mortem mulieris raptæ sine nova dispensatione matrimonium ineat, caret jure petendi debitum.[2]—Præscripta Conc. Trid. et Praxis Datariæ servanda sunt etiam ab Episcopo vi indulti dispensantis, qui autem, cum dispensatio sit actus Episcopalis, tum absolvit jure proprio.—Sed quid, si, ut apud nos fieri solet, facultates communicantur Sacerdotibus apposita dicta Clausula? Poteritne Sacerdos, si mulier quidem rapta fuerit, at non amplius sit in potestate raptoris, supponere Episcopum sibi etiam delegasse facultatem decernendi de collocatione raptæ in loco tuto et de dotatione a raptore sufficienter facta? Resp. salvo meliori: si facultates cuidam sacerdoti verbis generalibus et pro personis indeterminatis communicatæ sunt nec ab Episcopo aliquid in contrarium statutum sit, affirmandum esse videtur,[3] præsertim si Episcopus valde distat et celebratio matrimonii urget. Si tamen fieri potest, omnino in re ita difficili et gravi recurratur ad Episcopum, prout hoc etiam fieri debet, si facultas concessa est pro personis determinatis.

ARTICULUS XI.

"DISPENSANDI CUM GENTILIBUS ET INFIDELIBUS PLURES UXORES HABENTIBUS, UT POST CONVERSIONEM ET BAPTISMUM, QUAM EX ILLIS MALUERINT, SI ETIAM IPSA FIDELIS FIAT, RETINERE POSSINT, NISI PRIMA VOLUERIT CONVERTI."

(F. IV. art. 9.)

127.—I. Explicatio. Ad quod intelligendum hæc statuuntur:

a. Facultas præsentis Art. supponit casum *peculiarem* relate ad applicationem *Privilegii Paulini* i. e. illius privilegii, quod a Christo Domino in favorem fidei concessum et per Apostolum Paulum promulgatum est, qui 1 *Cor.* vii. 15, dicit: "Quod

[1] Feije n. 186, 187. [2] Planchard n. 194.

[3] Cfr. supra n. 6. ad d. et 10. ad 1.

de Ref. Matr. incurrunt excommunicationem non reservatam et sunt perpetuo infames.—Rapta in loco tuto constituta, cessat impedimentum et matrimonium contrahi potest valide, at illicite, sicut illicite etiam Parochus ei assistit,—nisi prius per actum Ordinarii constiterit de collocatione raptæ in loco tuto deque dotatione a raptore sufficienter facta ad normam C. Trid. l. c. (Hoc saltem valet, si Episcopus sibi hanc declarationem reservavit. Cfr. De Becker, p. 72.)

II. Clausula: *si mulier rapta non fuerit* juxta plures[1] in omnibus dispensationibus matrimonialibus subintelligitur (n. 13 ad a.). Videant tamen, an hæc assertio cohæreat cum regulis interpretationis (n. 4.) et considerent sequentia: Raptus est impedimentum juris tantum ecclesiastici non ligans infideles. Unde proposita fuit quæstio: an missionarii dispensare possint in impedimento disparitatis cultus cum muliere fideli, quamvis rapta fuerit nec loco tuto reddita, dummodo ipsa libere in matrimonium consentiat? S. C. de Prop. Fide 31. Jan. 1796[2] ex eo, quod in facultate Episcopis et Vicariis Ap. concessa dispensandi super hoc impedimento *omissa* sit clausula, quæ in aliis apposita est: "*Dummodo mulier rapta non fuerit* etc.," resolvit, *eo ipso concessum videri, quod in concedentis decreto non sit restrictum* et S. Pontifex *declaravit* Episcopos etc., hac facultate uti valere etiam pro muliere rapta, ut licet non collocata in loco tuto possit per renovationem consensus certe liberi matrimonium contrahere.

III. Si raptus mulieris occurrit, id in petitione pro dispensatione ab alio impedimento matrimonii cum illa muliere ineundi aut revalidandi sub *pœna nullitatis* exprimendum est etiamsi rapta in loco tuto jam sit constituta.[3] In Dataria tum additur Clausula: de dote constituenda—de muliere in loco tuto ponenda, et ut raptor post mortem uxoris sine spe matrimonii maneat; et si raptor ante petitionem ab Episcopo vel Confessario non fuit ab excommunicatione absolutus, post petitam dispen-

[1] Planchard n. 111, 192 et 193; Feije n. 187; Pyrrh. Corr. lib. vii. cap. vi. v. *Præterea.*

[2] *Coll. Miss.* n. 891; Gasparri n. 560.; *Coll. Prop.* n. 1268.

[3] Zit. l. c.; Gasparri n. 561; Bucceroni: *Inst. th. mor. de Matr.* n. 112, 8, ex reg. 49 Canc. Apost. et De Justis i. 18, n. 30.

sationem ob manus appositionem S. Pontificis ab Episcopo vel alio Executore absolvi non debet, nisi quatenus hic in Rescripto constituitur Delegatus Sedis Apost.[1] Executor prædictam triplicem Clausulam debet observare, et raptor si post mortem mulieris raptæ sine nova dispensatione matrimonium ineat, caret jure petendi debitum.[2]—Præscripta Conc. Trid. et Praxis Datariæ servanda sunt etiam ab Episcopo vi indulti dispensantis, qui autem, cum dispensatio sit actus Episcopalis, tum absolvit jure proprio.—Sed quid, si, ut apud nos fieri solet, facultates communicantur Sacerdotibus apposita dicta Clausula? Poteritne Sacerdos, si mulier quidem rapta fuerit, at non amplius sit in potestate raptoris, supponere Episcopum sibi etiam delegasse facultatem decernendi de collocatione raptæ in loco tuto et de dotatione a raptore sufficienter facta? Resp. salvo meliori: si facultates cuidam sacerdoti verbis generalibus et pro personis indeterminatis communicatæ sunt nec ab Episcopo aliquid in contrarium statutum sit, affirmandum esse videtur,[3] præsertim si Episcopus valde distat et celebratio matrimonii urget. Si tamen fieri potest, omnino in re ita difficili et gravi recurratur ad Episcopum, prout hoc etiam fieri debet, si facultas concessa est pro personis determinatis.

ARTICULUS XI.

"DISPENSANDI CUM GENTILIBUS ET INFIDELIBUS PLURES UXORES HABENTIBUS, UT POST CONVERSIONEM ET BAPTISMUM, QUAM EX ILLIS MALUERINT, SI ETIAM IPSA FIDELIS FIAT, RETINERE POSSINT, NISI PRIMA VOLUERIT CONVERTI."

(F. IV. art. 9.)

127.—I. Explicatio. Ad quod intelligendum hæc statuuntur:

a. Facultas præsentis Art. supponit casum *peculiarem* relate ad applicationem *Privilegii Paulini* i. e. illius privilegii, quod a Christo Domino in favorem fidei concessum et per Apostolum Paulum promulgatum est, qui 1 *Cor.* vii. 15, dicit: "Quod

[1] Feije n. 186, 187. [2] Planchard n. 194.

[3] Cfr. supra n. 6. ad d. et 10. ad 1.

si infidelis discedit, discedat; non enim servituti subjectus est frater aut soror in hujusmodi."[1] Vi hujus privilegii infidelis sive vir sive mulier (i. e. quicumque certo non baptizatus, Gentilis, Judæus, Mohamedanus aut etiam Protestans etc.) cum alio infideli (i. e. certo non baptizato) legitimo matrimonio junctus, post suam conversionem ad religionem christianam et susceptum baptismum, de discessu alterius conjugis in infidelitate remanentis certior factus, libertatem adipiscitur, aliud matrimonium *cum fideli* contrahendi, quo contracto prius solutum habetur.

b. Casus ille *peculiaris*, pro usu hujus facultatis præsuppositus, adest, si sequentia simul concurrunt: requiritur scil. 1. vir certo non baptizatus; 2. ut hic vir, qua infidelis, cum pluribus (saltem duabus[2]) mulieribus item infidelibus conjunctionem inierit, quæ juxta mores illius regionis formam matrimonii habuit, sive simultanee cum illis vivat sive rescissione primi legitimi matrimonii (licet per sententiam alicujus tribunalis, at ex titulo ab Ecclesia non agnito) facta,[3] prima uxore adhuc vivente, successive cum una vel pluribus aliis mulieribus in forma matrimoniali conjunctus sit;[4]—3. requiritur, ut hic vir ad religionem catholicam conversus baptismum susceperit, et 4. ut una saltem subsequens uxor infidelis fiat fidelis i. e. convertatur ad fidem *catholicam* et baptizetur, de prima vero legitima non constet, an velit converti; 5. ut vir pro casu, quo prima, quæ sola est legitima uxor, interpellata noluerit converti, velit aliam conversam ex suis uxoribus retinere et cum ea consensum matrimonialem renovare.—Dicta patent ex verbis Articuli. Casus hic peculiaris adest etiam, si *mulier* infidelis

[1] S. Off. 11 Julii 1886 Prænot. 1 et Resp. 8, ap. *A. E. Rev.* vol. v. (1891) p. 304 et vol. vii. (1892) p. 225 bis, *Coll. Prop.* n. 1353.—Cfr. Perrone: *Prælect. de Matr.* cap. 2, prop. 2 et *de Matr. christiano*, ed. Rom. lib. iii. sect. 1. cap. 7.—*N. R. Th.* xxii. 55 seq.; Feije n. 471 seq.; Rosset n. 589 seq.

[2] Plures verificantur in duobus. Barbosa, Dictio 265; Reg. jur. 40. in 6.

[3] Cfr. Instr. S. C. de Prop. Fide 1883 § 45 ap. *C. Pl. Balt. III.* pag. 277 et *N. R. Th.* xix. pag. 118 seq.

[4] S. C. de P. F. 14 Jan. 1806 ap. Gasparri n. 1096; *Coll. Prop.* n. 1321.

ita in infidelitate cum pluribus viris infidelibus matrimonialiter juncta convertatur et baptizetur, idemque faciat maritus subsequens, de primo autem id incertum sit.[1]—S. C. S. Off. quidem 5. Sept. 1855 (*Coll. Prop.* n. 1345.) Præfecto Apost. Thibeten. *extensionem* facultatis hujus Art. ad polyandriam *supplicanti* eam concessit. Ex quo infert Bucceroni (*Cas. consc.* II. n. 148.), eis, qui facultatem hujus Art. habeant, tutius certe esse, recurrere ad S. Sedem pro ejus extensione ad polyandriam. Sed adverte, S. C. S. Off. extensionem fecisse *supplicanti*, qui eam necessariam esse putavit—ergo (ut puto, salvo meliori) ad conscientiæ quietem. (Cfr. n. 1. ad I. a.)

c. Unde facultas applicari nequit:

1. Si fidelis ex dispensatione super disparitate cultus matrimonium cum infideli contraxit, quo in casu Privilegium Paulinum omnino locum non habet;[2] neque etiam in casu, quo quis dubie baptizatus (dubio non juris, sed facti) matrimonium primum inierit cum infideli, aut cum quodam pariter dubie baptizato, licet hoc matrimonium ceu validum habeatur;[3]—2. si in infidelitate non extitit polygamia aut respective polyandria;—3. si conversus nolit cum aliqua ex suis uxoribus, licet conversa contrahere, sed cum alia, aut velit Ordinem religiosum intrare;—4. si nulla ex reliquis mulieribus velit baptismum suscipere;—5. nec demum si prima legitima uxor baptismum susciperet, at sectæ acatholicæ nomen daret.—Idem respective dicendum est etiam de muliere ad fidem conversa.

d. Id quod in facultate hujus Art. (communicabili etiam Sacerdotibus in Dicœcesi laborantibus) conceditur, consistit in hoc, ut in casu supra descripto, infidelis *post conversionem et baptismum* dispensari possit a *duplici* interpellatione (cfr. n. 128 **c.**) in tantum, ut vi hujus dispensationis teneatur primam uxorem (resp. primum maritum) in infidelitate manentem interpellare solummodo de hoc *uno*, scil. *an velit converti* ad fidem catholicam.

[1] S. Off. 14 Jan. 1793 et 12 Jun. 1850 ap. Zit. *Disp.* p. 180, viii.; *Coll. Miss.* n. 948; *Coll. Prop.* n. 1317, 1339.

[2] Ita pluries S. Off. ap. Konings *Comp.* n. 1551 3, 4; *Coll. Miss.* n. 950, contra Kenrick tr. 21, n. 110.

[3] Heiss, § 36, qu. 2.

128.—II. Interpellatio in "Casu Apostoli."

a. Ut infidelis conversus Privilegio Paulino uti possit, requiritur in eo 1. jure divino *moralis certitudo de* conjugis infidelis *discessu*. Hæc certitudo regulariter haberi potest solum ex interpellatione seu monitione, qua infidelis interrogatur, an velit converti vel saltem cohabitare sine contumelia Creatoris. Hæc monitio necessaria est, nisi aliunde sive ex verbis sive ex factis de partis infidelis obstinacia constat, ut si hæc ad aliud matrimonium transiit et unus saltem testis certus et fide dignus deponit de ejus obstinatione[1] aut si mulier infidelis et conversa maritum certiorem reddens de baptismo sibi collato ab eo unacum fide christiana maledictionibus cumulatur et post frustraneum conatum perversionis injuriis affecta dimittitur,[2] aut si pars infidelis malitiose fugerit aut latitet, ne interpelletur. Tunc enim, ait Corre p. 312 et consentit Pezzani Canon 169, omnes conveniunt, interpellationem non requiri. Et juxta Perrone (*De Matr. Christ.* pag. 321.), si infidelis interpellatus non respondet, quin legitime impeditus sit, ratione habita juris communis perinde est, ac si declaret, se nolle cohabitare. Juxta Feije n. 495 et Rosset n. 627 vero recurrendum pro dispensatione.

2. Porro cum solutio matrimonii existente discessu infidelis fiat ex Privilegio Christi, pro eo *quoad valorem* nullum requiritur ministerium judicis ecclesiastici. Unde si ea, quæ ex jure divino pro obtinendo hoc Privilegio requiruntur, fuerant observata, matrimonium postea contractum est validum, licet infidelis baptizatus fuerit in secta hæretica.[3] *Jure* tamen *ecclesiastico* præscribitur interpellatio *canonica* seu *judicialis*.[4] Quæ si absque dispensatione legitima fuerit omissa, et post-

[1] Sanchez *de Matr.* lib. vii. disp. 74, n. 11–17; Salm. tr. 9, cap. 4, punct. 3, n. 48; Kutschker *Eherecht*, tom. i. p. 390; Matharan n. 111.

[2] Ita Sica S. J. *Cas. consc.* pag. 96. Perrone, de hac solutione consultus, respondit: "Ista mulier ita dimissa, sine ulla alia interpellatione potest ad secunda vota transire." Ib. Consentit Feije ed. 4. n. 488.

[3] Cfr. casum ap. Konings *Comp.* ii. p. 394; Feije n. 502. At cfr. Rosset n. 616.

[4] Zit. *Disp.* p. 121; Bened. xiv. *de Syn. Diœc.* xiii. cap. 21. n. 4.

modum de valore secundi matrimonii quæstio fit, Ordinarius, judicio suspenso, casum cum omnibus suis circumstantiis ad S. Sedem remittere debet.[1] In foro conscientiæ autem matrimonio contracto ante sententiam judicis standum est pro ejus valore etiamsi de discessu infidelis dubitetur (Bucceroni *Cas. consc.* ii. n. 160., Corre p. 313.).

b. Obligatio interpellationis canonicæ, nisi intercedat dispensatio S. Sedis, manet, "etiamsi inutilis aut periculosa videatur,"[2] imo "etiamsi ex uxoris expulsione a marito facta, dando libellum repudii juxta leges regni, certissime constet de istius mariti voluntate."[3]

c. Ut per interpellationem de discessu infidelis in sensu Apostoli l. c. constet, ea inter nationes *non* christianas per se fieri debet *de duobus*, scil. 1. an velit se convertere ad fidem christianam, et si hoc nolit, 2. an saltem velit cum parte conversa cohabitare sine contumelia Creatoris i. e. quin partem conversam pertrahere tentet ad peccatum mortale, inferat molestias religionis catholicæ exercitio, catholicæ educationi prolis etc.[4] Hanc duplicem interpellationem etiam de jure et per se in casu, de quo agit præsens Articulus, si primum matrimonium validum est, requiri, declaravit S. C. Inquis. 8 Junii 1836.[5] Attamen sicut in conversione infidelis inter nationes christianas alter conjux infidelis probabiliter tantum an velit converti sit interpellandus,[6] ita etiam in casu hujus Articuli ob specialem favorem fidei ei insitum in locis Missionum idem S. Sedes concedit, prout id manifeste liquet ex verbis appositis: *nisi prima voluerit converti* et ex variis Responsis SS. Congregationum.[7] Nec huic obstat Responsum de 8 Junii 1836 datum Archieppo Quebec. supra cit., sed id potius in Postscripto Gre-

[1] Instr. S. C. de P. F. 1883 § 45 ap. *C. Pl. B. III.* p. 278 et *Coll. Prop.* n. 1573.

[2] Syn. Sutchuen. cap. 9, n. 8 in *Coll. Lac.* vi. p. 623; *Coll. Miss.* n. 934.

[3] *Coll. Miss.* n. 934, 935. *Coll. Prop.* n. 1328.

[4] *Coll. Miss.* n. 934 ad 2; S. Off. 11 Julii 1886 Prænot. 2 et Resp. ad i–iii.

[5] *Coll. Miss.* n. 941. *Coll. Prop.* 1332.

[6] Mansella p. 131; S. Alph. vi. 957. At cfr. Rosset n. 606.

[7] *Coll. Miss.* n. 942, 948; Feije n. 481; *Coll. Prop.* n. 2185.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gorii XVI., si integrum refertur,[1] confirmatur. Ita enim sonat: "Gregorius XVI. suffragia EE. S. R. E. Cardinalium Universalium Inquisitorum probavit, renovato tamen consensu si matrimonium in prima hypothesi" (scil. si primum matrimonium validum erat) "contrahitur cum secundo vel tertio etc. conjuge, *proptereaque primus in infidelitate permanens erit*, et addita facultate dispensandi ab interpellatione conjugis primi, quoties aut fieri reapse nequeat, aut si fieret nullius utilitatis fore reputetur, juxta ea quæ a s. m. Bened. XIV. lib. 13, cap. 21 traduntur, ubi agitur de matrimonio valido."—Itaque S. Pontifex ut procedi possit ad nuptias cum 2. vel 3. conjuge secundum *facultatem* non requirit nisi ut primus in infidelitate permaneat, dum S. Off. decisionem dat secundum *jus*, præscindendo a facultate dispensandi a S. Sede concessa.

d. Interpellatio facienda est *post conversionem et baptismum* infidelis. Hoc quoad facultatem Articuli videtur esse *de valore;* non item in aliis casibus,[2] attamen etiam in his absque indulto ante baptismum illicite fieret.[3]

129.—c. Ut interpellatio *canonica* i. e. *stricte* "juridica et formalis"[4] sit, requiritur, ut serventur ea, quæ in jure canonico quoad processum summarium statuuntur, scil. ut pars conversa (qua actor) per judicem ecclesiasticum (i. e. per Ordinarium ipsum aut ab eo delegatum Sacerdotem) partem in infidelitate manentem (qua reum) monitione scripta citet in judicium eo fine, ut hic oris sui confessione ad quæsita (supra ad **c.**) coram judice mentem suam aperiat. Unde: 1. exprimi debent in citatorio: nomina citantis, citati et judicis,—causa, de qua agitur, saltem in genere,—locus judicii, ubi reus adsit oportet,—terminus certus et justus, ultra quem præsentatio personalis non est differenda, peremptorie positus. Formula ex Clericato (*de Matrim.* decis. 11, n. 24), ab Auctoribus[5]

[1] *Coll. Miss.* n. 941; *Coll. Prop.* n. 1332; Feije n. 483.—At vero ap. *Recueil d'Ordonnances du Diocèse de Québec*, p. 269, n. 30; Perrone: *de Matr. christ.* p. 316 et Gasparri n. 1106, mutilum est hoc Postscriptum.

[2] S. Off. 21 Nov. 1883, ap. Konings *Comp.* ed. 7, vol. ii, pag. 493.

[3] *Coll. Miss.* n. 959, 960.

[4] S. Off. 11 Julii 1886, Resp. ad iv.

[5] Zit. *Disp.* p. 122; Manseila p. 430 etc.

exempli causa transcripta, habetur infra n. 132;—2. pars infidelis comparens dein a judice nomine partis conversæ coram duobus testibus juratis de sua mente interrogatur. Si renuit omnino cohabitare aut renuit cohabitare pacifice (ut supra), ille fert sententiam, qua parti conversæ jus competere declarat transeundi ad novas nuptias, intrandi in Ordinem Religiosum aut vivendi in cœlibatu.—Exceptiones infidelis contra conversum respicientes hujus vitia, ante baptismum commissa, ut adulterium etc. non audiuntur, cum per baptismum omnis macula abluitur.[1] Porro nihil refert, si infidelis non Religionis causa, sed ob alium finem discedit. Nam ad quæsitum: "An privilegium fidei solum locum habeat, quando infidelis discedit odio fidei, an etiam quando discedit ob discordias vel ob aliam causam a fide diversam?" S. C. S. Off. 1. Aug. 1759 respondit: "Cum militet ex parte conjugis favor fidei, eo uti potest quacumque ex causa, dummodo justa sit, nimirum non dederit justum ac rationabile motivum alteri conjugi discedendi." Tale motivum justum perpetuo discedendi pars conversa infideli daret per adulterium *post Baptismum* a se commissum. Cfr. Sica pag. 99 seq.—Excipe si adulterium illud jam condonaverit infidelis vel et ipse adulteratus fuerit sine causa a converso data. Feije n. 492. Item si motivum temporalem discessum tantum excusasset, pars conversa, reparata injuria, (ut puto) adhuc posset uti privilegio.

Si vero vult se convertere ad religionem catholicam, matrimonium in infidelitate contractum manet indissolubile, et collato infideli baptismo, fit ratum neque opus est novo consensu. —Quodsi demum non quidem nunc vult converti, at promittit aut spem præbet se id facturum, nunc autem sine injuria Creatoris vult cohabitare, hoc ei permitti potest a judice, nisi, dum tantum velit sine promissione conversionis pacifice cohabitare, periculum perversionis ex cohabitatione pro fideli oriatur,[2] ubi fidelis privilegio fidei uti potest. Si vero periculum nunc non adest, attamen ex assiduo convictu cum infideli timetur in futurum, infideli tempus sex mensium est concedendi

[1] S. C. de P. F. ap. *Coll. Miss.* n. 929, 933; *Coll. Prop.* n. 1322.

[2] Bened. XIV. *de Syn. Diœc.* xiii. c. 21, n. 1; Perrone: *de Matr. christ.* p. 321. Plura de hoc vide ap. Feije ed. 4. n. 490, 491.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dum, per quod frequenter monendus est ut se convertat. Hoc spatio transacto res ad Episcopum deferatur, qui propter periculum, in quo versatur, fideli permissionem novi matrimonii dare potest.[1] In casu Art. præs. quoque, si infidelis renuit converti, parti conversæ statim libertas competit, quamvis ob spem conversionis compartis infidelis pacifice cohabitantis etiam aliquamdiu apud ipsum manere possit;—3. de facta interpellatione ejusque effectu instrumentum a judice et testibus subscriptum pro futuris eventibus in Curia Episcopali accurate servandum est.[2]

f. Si conjux infidelis post factam in interpellatione parti conversæ promissionem pacifice cohabitandi, mutato consilio discedat aut nolit amplius pacifice et sine contumelia Creatoris cohabitare, pars conversa præhabito Superioris ecclesiastici judicio uti adhuc potest privilegio suo, licet falso existimans consensum esse renovandum, illum reapse renovaverit, dummodo infideli non præbuerit e. gr. per adulterium, justam causam discedendi.[3]

g. Sufficit interpellatio semel facta, etsi matrimonium a parte conversa diu differatur; ex mera charitate pluries fieri potest.[4] Si tamen conjux infidelis ante matrimonium convertitur, ad eum redire tenetur.

h. Quæri potest hic: An interpellatio juridica non possit etiam aliis modis valide fieri? Resp. Relate ad finem hujus juridicæ interpellationis, scil. ut publice et pro foro externo constet de discessu infidelis ex jure divino requisito: 1. certe sufficit, si pars conversa per se aut suum mandatarium coram duobus testibus non suspectis infidelem interrogat, prout supra **c.** et ille deliberate et serio coram eisdem mentem suam aperiat, quo facto judex (ordinarius vel delegatus) auditis parte conversa et testibus post juramentum eis impositum eorumque examinationem plenam probationem habebit ad sententiam (ut

[1] *Coll. Prop.* n. 1358 ad 3 et Rosset n. 627.
[2] *C. Pl. B. III.* p. 278, § 45; *Coll. Prop.* n. 1307.
[3] Ita pluries S. Off. ap. Zitelli p. 119, 120, et 11 Julii 1886 ad iii.
[4] Ita S. C. de P. F. 27 Junii 1820 et S. Off. 12 Junii 1850, ap. *Coll. Miss.* n. 936 et 948.

supra **c.** 2) ferendam;[1] 2. sufficit, si pars infidelis per epistolam in præsentia trium testium scriptam et ad fidelem directam suam quoad conversionem et cohabitationem voluntatem exprimat.[2]

i. Interpellatio demum,—licet judicialis sit oporteat, si Episcopus causas ad privilegium fidei pertinentes sibi reservaverit,—ex communi praxi etiam *private* fieri potest per neophytum ipsum aut per interpositam personam e. gr. per parochum aliamve fidam personam loci, ubi habitat pars infidelis interpellanda,—viva voce vel litteris ad interpellandum missis,—cum testibus vel sine teste, quamvis ad hallucinationem declinandam prudentius coram testibus fiat,[3]—dummodo non deficiat in substantialibus.

Hinc notandum, personam, quae pro interpellatione eligitur, probe instruendam esse de quæstionibus ponendis, ne e. gr. tantum moneat infidelem, ut se convertat ad fidem christianam, nihil dicendo de matrimonio et (excepto casu hujus Art.) de cohabitatione;—aut tantum interroget, num velit recipere uxorem et cum ea pacifice vivere? Talis interpellatio invalida declarata est a Gregorio XVI. 17. Jan. 1836 ap. Sica p. 93.

Dein si interpellatio per epistolam fit, assignari solet parti infideli justum tempus, intra quod respondere debeat; et si intra id tempus responsum non recipiatur, locus est dispensationi ab interpellatione.

k. Si pars infidelis interpellata inurbane responderet ad primum quæsitum ("*num velit converti?*"), se nescire quid sit converti, quid sit Deus, quid sit Religio christiana; ad secundum vero quæsitum ("*num, si nolit converti, velit tamen pacifice et sine contumelia Creatoris convivere?*"), se de uxore sua (derelicta) nihil omnino curare, nec eam velle habere: hæc verba sufficerent pro legali responsione negativa ad interpellationem, dummodo ex contextu responsionum conjugis argui posset quod non responderit *ex sola ignorantia Religionis.* Ita Bray p. 104. ad 4. et S. C. S. Off. 13. Apr. 1859 ap. Sica l. c. pag. 96.

[1] Reiffenst. lib. ii. tit. 19, n. 36–39, 59; Clericatus *de Matr.* decis. 11, n. 22, 23.
[2] Reiffenst. l. c. n. 43, 57 et tit. 22, n. 145, 163.
[3] Cfr. Gallo *Suppetiæ* vol. iv. cap. 4; Bray p. 111; Corre p. 315; *Coll. Prop.* n. 1311 ad 4.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

130.—III. Dispensatio ab interpellatione.

a. Si ob graves difficultates interpellatio fieri nequeat, Summus Pontifex ab ea potest dispensare.[1] Matrimonium, post dispensationem ita obtentam contractum, firmum manet, etsi *postea* innotescat, infidelem juste impedimento detentum, suam voluntatem declarare non potuisse vel ad fidem conversum jam fuisse tempore, quo secundum matrimonium initum est. Ita Greg. XIII. const. *Populis ac Nationibus* 25 Jan. 1585,[2] et Bened. XIV. const. *In suprema* 16 Jan. 1745 ap. *Coll. Prop.* n. 1309.

b. Causæ, quæ secundum praxin Summorum Pontificum pro tali dispensatione requiruntur, sunt præcipue: 1. impossibilitas interpellationem faciendi vel quia pars infidelis degit in hostilibus et barbaris provinciis, quo ne nuntiis quidem aditus patet, vel quia ignoratur prorsus, in quas regiones migraverit vel quia itineris longitudo magnam affert difficultatem (ita Greg. XIII. l. c.); aut quia prima uxor *nota* non sit, simulque sit *difficillimum eam reperire.* (Ita Pius V. in const. *Romani Pontificis* 2. Aug. 1571 pro Indis juxta interpretationem S. C. S. Off. 22. Nov. 1871.[3])—2. grave periculum, ne ex facta interpellatione persecutio contra christianos aut partem conversam oriatur;[4]—3. si neophytus oblitus est quam primam nupserit ex pluribus uxoribus ductis in sua patria, vigente ibi polygamia. Ita Paul. III. const. *Altitudo* 1. Jun. 1537;[5] 4. si *serio* dubitatur an neophytus in sua patria verum matrimonium contraxerit cum prima aut alia ex pluribus uxoribus vel potius omnes retinuerit tanquam contubernales. Ita S. C. S. Off. ad Archiep. Quebecen. 8 Jun. 1836.[6] Ad quod ex Resp. ejusdem S. Congr. ad Vic. Ap. Oceaniæ Centralis die 18 Dec. 1872[7] advertendum est, dubium hoc post diligentem

[1] Feije n. 489.
[2] *Coll. Miss.* n. 920. *Coll. Prop.* n. 1307.
[3] *Coll. Prop.* n. 1306 et 1356.
[4] *Coll. Miss.* n. 925 ad 4., 947, 956. Cfr. etiam casum de a. 1894 ap. *Anal. eccl.* v. pag. 12.
[5] *Coll. Miss.* n. 918. *Coll. Prop.* n. 1305.
[6] *Coll. Miss.* n. 941 (cfr. supra n. 128, c.)
[7] Zit. *Disp.* p. 124. *Coll. Prop.* n. 1300.

inquisitionem revera debere esse serium, secus standum esse pro valore matrimonii. Imo hoc in casu dispensatio absolute necessaria non est. (*Coll. Prop.* n. 2185 et Gasparri n. 218.)—Quare Pius V. in const. *Romani Pontificis* 2. Aug. 1571 declaravit, Indos Americæ eam, quæ cum ipsis baptizetur, posse habere qua legitimam uxorem, etsi prima non sit.[1] *Conc. Prov. Antequeren.* p. 445.

c. Priusquam de interpellatione dispensatur, de ejus impossibilitate constare debet juxta declarationem Greg. XIII. (supra ad **b**). Nam secundum hanc declarationem tantum a S. Sede indulta concedi solent. (*Coll. Prop.* n. 1331. et 1313.) Ideo etiam investigationes et diligentiæ extrajudiciales, si fieri potest, sunt adhibendæ per ephemerides, per edicti ad valvas affixionem etc.—Demum instrumentum in Archivio servandum confici debet, ex quo liqueat, conjugem adsentem moneri non potuisse.[2]

f. Dilato ex parte conversa per annum matrimonio post dispensationem ab interpellatione factam aut interpellatio est facienda, posito quod facta sit possibilis, aut nova requiritur dispensatio ab interpellatione. Ita S. C. de P. F. 26 Junii 1820 ap. *Coll. Prop.* n. 1326.—Bray p. 106. ad 8.—Hoc tamen non valet, si interpellatio ipsa facta et responsum negativum obtentum est, nisi infidelis interpellatus interea responsum suum retractaverit.

e. Ab interpellatione ex delegatione S. Pontificis dispensare possunt: 1. si urget necessitas nec tempus suppetit recurrendi ad S. Sedem, *omnes Episcopi et Vicarii Apostolici;*[3] 2. extra hunc casum S. Sedes pluries concessit Episcopis et Vicariis Apost. hanc facultatem aut generaliter aut ad numerum casuum.[4] "Nec Sedes Apostolica difficilem se præbet eam petentibus dispensationem, quam urgens causa suadet, concedendam," ait Bened. XIV.[5]—Cavendum tamen, ne id quod

[1] *Coll. Miss.* n. 919. *Coll. Prop.* n. 1306.
[2] Perrone ib. p. 320; Bened. XIV. l. c.; *Coll. Prop.* n. 1313, 1358.
[3] S. Off. 12 Aug. 1859 ap. *A. E. Rev.* 1891, ii. 308; Zit. p. 181; *Coll. Prop.* n. 1351.
[4] *Coll. Miss.* n. 922, 938, 940, 947, 958, 960, n. 32 ad 6, n. 33 ad 9.
[5] *De Syn. Diœc.* lib. vi. cap. 4, n. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

concessum est pro uno loco aut casu extendatur ad alias regiones aut ad alios casus;[1] 3. quoad præsentem Art. Bened. XIV.[2] opportunum judicavit, hanc facultatem pro Missionariis in remotis regionibus esse addendam. Eam concessit Gregor. XVI. Archiepiscopo Quebecen. (cfr. n. 128 **c.**) et extendit nunc S. Sedes ad omnes Episcopos Canadæ in Form. T, scil.: "Dispensandi intra fines suæ Diœcesis conjugem fidelem super interpellatione conjugis in infidelitate relicti, dummodo adhibitis antea omnibus diligentiis etiam per publicas ephemerides, ad reperiendum locum ubi infidelis habitat iisque in irritum cessis constet saltem summarie et extrajudicialiter, dictum conjugem infidelem moneri legitime non posse, aut monitum, intra tempus in monitione præfixum, suam voluntatem non significavisse."—An hac facultate etiam nostri Episcopi gaudeant, publice non constat.

131.—NOTA. I. Si interpellatio partis infidelis aut dispensatio ab interpellatione eum in finem facienda esset, ut pars conversa alium infidelem quamvis jam catechumenum[3] cum dispensatione ab impedimento cultus disparitatis in matrimonium ducere vel etiam cum hæretico data dispensatione contrahere posset, specialis facultas S. Sedis et causa gravissima requireretur. Facultas ex Form. D. ad hos casus sese non extendit.[4] Ratio est cumulatio (n. 15.). Quare si post has nuptias viduus vel vidua fit, usui facultatis Form. D. nihil obstat. (Bray pag. 108. ad 2.)

II. Occurrente apud nos et in locis, ubi eædem leges civiles existunt, casu dissolutionis matrimonii vi hujus Privilegii faciendæ prudentia exiget, ut, antequam pars libera ad alias nuptias transeat, divortium civile absolutum obtineatur.[5]

III. Cum matrimonium partis conversæ et infidelis per novum matrimonium demum solvatur, sequitur, omne matrimonium ab infideli prius initum, invalidum esse. Valet autem matrimonium postea initum. Rosset. n. 622.

IV. **a.** Conjuges infideles, consanguinei in primo gradu lineæ rectæ, si convertuntur, certo sunt separandi. Si vero sint consan-

[1] Ibid. xiii. cap. 21, n. 6. [2] L. c.
[3] S. C. de Prop. Fide ap. Perrone *de Matr. christ.* pag. 319.
[4] *Coll. Miss.* n. 944, 949, 954, 957 quæs. 2, 958.
[5] Konings *Comp.* n. 1551 ad fin.; Smith: *The Marriage Process*, Benziger 1893, n. 320 seq.

guinei in aliis, licet proximis gradibus, ut si sint avus et neptis, imo frater et soror, aut affines in primo gradu lineæ rectæ ut socer et nurus, gener et socrus, vitricus et privigna, quia hæc impedimenta, et quidem probabiliter etiam illud inter fratrem et sororem cum sint juris mere ecclesiastici, infideles non certo ligant;[1] casu, quo sint bonæ fidei et impedimentum occultum, separatio vero difficilis, turbandi non sunt, licet per legem civilem talia et similia matrimonia annullentur, eo quod quidem valde probabile, at non omnino certum est, principem civilem pro subditis suis infidelibus posse statuere impedimenta dirimentia.[2] Quodsi autem impedimentum publicum est, conjuges ob gravem talis conjunctionis indecentiam et, si adsit, ob legem civilem separandi sunt, atque si agitur de matrimonio, quod probabiliter existit, annullando, aut de novo cum probabili tantum validitate ineundo, in omni casu S. Sedes pro declaratione adeunda est. (Feije ed. 4. n. 70. et 367.) **b.** Vi legum nostrarum irrita sunt matrimonia 1. impuberum, 2. consanguineorum aut affinium in linea recta, 3. fratris et sororis, 4. in Virginia etiam cum affini in primo gradu laterali (*with the deceased wife's sister*),[3] 5. in Statu New Jersey insuper usque ad gradum secundum lateralem consanguinitatis et affinitatis, uti hoc habetur in *Rev. Stat.* p. 631, A. D. 1877.[4] Idem valet et in pluribus aliis Statibus. **c.** Cum consanguinitas et affinitas physice considerata etiam in infidelibus subsistat, post baptismum lege ecclesiastica obligantur,[5] et hoc etiamsi affinitas ex copula illicita orta sit, prout (contra Heiss pag. 156, quær. 5, resp. 3) certo constat ex Resp. S. C. de P. F. 23 Aug. 1852[6] et S. Off. de fer. v. 3. Mart. 1825 ad dub. ii. propositum ab Archiep. Quebec. fer. v. 16 Sept. 1824.[7] —Quare, si volunt matrimonialiter vivere, dispensari debent, nisi ob mala probabiliter obventura in bona fide relinquendi essent. (S. C. S. Off. 20. Sept. 1854. ap. *Act. S. Sed.* xxvi. 384.)

[1] Gasparri n. 678, 680; Heiss p. 140, 151; Konings *Comp.* ii. p. 396.
[2] Resemans: *De Competentia civili in vinculum conjugale infidelium*, Romæ, 1887; Cavagnis: *Inst. jur. publ. eccli.* Romæ 1889, pars spec. p. 239 seq.—Præ cæteris egregie Feije ed. 4. n. 67. seq.; Rosset n. 810; De Becker p. 42; Gasparri n. 281–297; Bucceroni: *Cas. conc.* ii. n. 161.
[3] Kent: *Commentaries on American Law*, vol. ii. n. 78–85.
[4] Smith l. c. n. 246.
[5] S. C. S. Off. 26. Aug. 1891 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 704; *Coll. Prop.* n. 1247.
[6] *Coll. Prop.* n. 1237.
[7] *Recueil . . . de Québec* p. 270–278; *Coll. Prop.* n. 1235; Konings *Comp.* ii. p. 394; Feije n. 380.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

132.—IV. Formula pro interpellatione.[1]

Commissione et mandato Illmi ac Revdmi DD. N. N. Episcopi etc. Tenore præsentium et ad instantiam Mariæ N. neophytæ, ante baptismum vocatæ N., requiritur, interpellatur et monetur N. Judæus, maritus ante baptismum ejusdem N., ut in termino dierum triginta ab intimatione præsenti immediate decurr. et numerandorum, quorum decem dies pro primo, alios decem pro secundo, et reliquos decem dies pro tertio et ultimo termino assignamus, debeat in actis hujus Curiæ se exprimere, ac declarare, an velit se convertere ad sanctam fidem christianam, sectam judaicam deserere ac sacrum baptisma corde sincero suscipere, prout ipsa Maria, olim uxor sua, fecit, et prout enixe eum facere rogat, pro salute animæ suæ monet, interpellat, requirit (*aut* saltem an velit cum eadem Maria pacifice cohabitare etc.). Alias dictis triginta diebus transactis, et ad fidem catholicam non se convertente et se conversurum (*vel* pacifice etc.) non declarante, ipsa Maria ad secundas nuptias cum alio fideli transibit (*vel* Religionem ingredietur, prout magis in Domino pro propria salute æterna putaverit expedire). Et citetur prædictus N. ac citatus intelligatur eodem termino triginta dierum transacto coram D. S. ad audiendum ita sententiari, et quodcumque Decretum necessarium et opportunum super præmissis pronunciari, salvo jure eidem Mariæ olim N. petendi et consequendi dotem suam et alia quæcumque bona sibi de jure debita. In quorum fidem etc.—Datum ex Cancellaria Episcopali N. die . . . anno . . .

N. N.

Si interpellandus anglice calleat. citari potest hac vel simili formula:

By the commission and command of the Right Reverend N..... N....., Bishop of N..... *or* the Most Rev. N..... N....., Archbishop of N....., and at the request of N..... N....., a convert from infidelity, called before Baptism N..... N....., I the undersigned hereby require, ask, and warn N..... N....., the consort of the above mentioned N..... N....., to express and declare by word of mouth at *or* in[2]..... within thirty days

[1] Zit. p. 122. (Agitur de Judæa conversa.)

[2] Here is to be indicated the place (city, etc., and house) where he *or* she has to declare his *or* her will.

following the date of this intimation, ten of which are assigned to the first, ten for the second, and the remaining ten for the third summons, whether or not he *or* she wishes to embrace the Holy Catholic Faith and with a sincere heart receive Holy Baptism, as his *or* her consort has already done, and as he *or* she now earnestly asks her *or* him to do for the sake of her *or* his soul (and, if she *or* he does not wish to embrace the true religion, whether she *or* he is willing peacefully to cohabit with the Catholic consort without striving to pervert him *or* her, or blaspheming the most Holy Name of Christ, or despising the Catholic religion). And if she *or* he refuses to be converted (and declares that she *or* he will not cohabit peacefully), the aforesaid consort will proceed to another matrimonial alliance with a Catholic (*or* continue single *or* take Holy Orders *or* enter religion, as he *or* she shall deem best for the salvation of his *or* her soul).

Date .....

N. N.

NOTA. Si adhibetur facultas Articuli, quæ sunt in parenthesi, omittuntur.

ARTICULUS XII.

"CONFICIENDI OLEA SACRA CUM SACERDOTIBUS, QUOS POTUERINT HABERE, ET, SI NECESSITAS URGEAT, ETIAM EXTRA DIEM CŒNÆ DOMINI."[1]

(Cfr. F. III. a. 14; F. VI. a. 28.)

133.—Explicatio.

I. *Cum sacerdotibus, quos potuerint habere* i. e. si ultra Ministros Episcopi, alii duodecim Sacerdotes haberi facile non possint, sufficient tot quot commode haberi potuerint. Idem dic de septem Diaconis et de septem Subdiaconis, qui ex Decr. S. R. C. suppleri nequeunt per clericos acolythos.

"Si," dum numerus Presbyterorum duodenario minor est, et propter defectum Ministrorum in Sacris constitutorum, "Diaconus et Subdiaconus Missæ sint Presbyteri, cum ventum fuerit ad Oleorum benedictionem, ipsi non debent deponere

[1] In *Form. II.* Art. sonat: **". . . Sacerdotibus, quos potuerit habere, dummodo ad minus sint quinque, non tamen extra diem Cœnæ Domini."**

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

132.—IV. Formula pro interpellatione.[1]

Commissione et mandato Illmi ac Revdmi DD. N. N. Episcopi etc. Tenore præsentium et ad instantiam Mariæ N. neophytæ, ante baptismum vocatæ N., requiritur, interpellatur et monetur N. Judæus, maritus ante baptismum ejusdem N., ut in termino dierum triginta ab intimatione præsenti immediate decurr. et numerandorum, quorum decem dies pro primo, alios decem pro secundo, et reliquos decem dies pro tertio et ultimo termino assignamus, debeat in actis hujus Curiæ se exprimere, ac declarare, an velit se convertere ad sanctam fidem christianam, sectam judaicam deserere ac sacrum baptisma corde sincero suscipere, prout ipsa Maria, olim uxor sua, fecit, et prout enixe eum facere rogat, pro salute animæ suæ monet, interpellat, requirit (*aut* saltem an velit cum eadem Maria pacifice cohabitare etc.). Alias dictis triginta diebus transactis, et ad fidem catholicam non se convertente et se conversurum (*vel* pacifice etc.) non declarante, ipsa Maria ad secundas nuptias cum alio fideli transibit (*vel* Religionem ingredietur, prout magis in Domino pro propria salute æterna putaverit expedire). Et citetur prædictus N. ac citatus intelligatur eodem termino triginta dierum transacto coram D. S. ad audiendum ita sententiari, et quodcumque Decretum necessarium et opportunum super præmissis pronunciari, salvo jure eidem Mariæ olim N. petendi et consequendi dotem suam et alia quæcumque bona sibi de jure debita. In quorum fidem etc.—Datum ex Cancellaria Episcopali N. die . . . anno . . .

N. N.

Si interpellandus anglice calleat. citari potest hac vel simili formula:

By the commission and command of the Right Reverend N..... N....., Bishop of N..... *or* the Most Rev. N..... N....., Archbishop of N....., and at the request of N..... N....., a convert from infidelity, called before Baptism N..... N....., I the undersigned hereby require, ask, and warn N..... N....., the consort of the above mentioned N..... N....., to express and declare by word of mouth at *or* in[2]..... within thirty days

[1] Zit. p. 122. (Agitur de Judæa conversa.)

[2] Here is to be indicated the place (city, etc., and house) where he *or* she has to declare his *or* her will.

following the date of this intimation, ten of which are assigned to the first, ten for the second, and the remaining ten for the third summons, whether or not he *or* she wishes to embrace the Holy Catholic Faith and with a sincere heart receive Holy Baptism, as his *or* her consort has already done, and as he *or* she now earnestly asks her *or* him to do for the sake of her *or* his soul (and, if she *or* he does not wish to embrace the true religion, whether she *or* he is willing peacefully to cohabit with the Catholic consort without striving to pervert him *or* her, or blaspheming the most Holy Name of Christ, or despising the Catholic religion). And if she *or* he refuses to be converted (and declares that she *or* he will not cohabit peacefully), the aforesaid consort will proceed to another matrimonial alliance with a Catholic (*or* continue single *or* take Holy Orders *or* enter religion, as he *or* she shall deem best for the salvation of his *or* her soul).

Date .....

N. N.

NOTA. Si adhibetur facultas Articuli, quæ sunt in parenthesi, omittuntur.

ARTICULUS XII.

"CONFICIENDI OLEA SACRA CUM SACERDOTIBUS, QUOS POTUERINT HABERE, ET, SI NECESSITAS URGEAT, ETIAM EXTRA DIEM CŒNÆ DOMINI."[1]

(Cfr. F. III. a. 14; F. VI. a. 28.)

133.—Explicatio.

I. *Cum sacerdotibus, quos potuerint habere* i. e. si ultra Ministros Episcopi, alii duodecim Sacerdotes haberi facile non possint, sufficient tot quot commode haberi potuerint. Idem dic de septem Diaconis et de septem Subdiaconis, qui ex Decr. S. R. C. suppleri nequeunt per clericos acolythos.

"Si," dum numerus Presbyterorum duodenario minor est, et propter defectum Ministrorum in Sacris constitutorum, "Diaconus et Subdiaconus Missæ sint Presbyteri, cum ventum fuerit ad Oleorum benedictionem, ipsi non debent deponere

[1] In *Form. II.* Art. sonat: **". . . Sacerdotibus, quos potuerit habere, dummodo ad minus sint quinque, non tamen extra diem Cœnæ Domini."**

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dalmaticam et tunicellam, et casulam assumere, ut major appareat Presbyterorum numerus; sed . . . tunc postquam ad sedem suam Episcopum comitati sunt, retentis sacris" *Ministrorum* "vestibus, quibus induti sunt, processionaliter ad sacrarium accedant ex eoque deferant Olea; inde, quoad fieri potest, Episcopo præstent singula Officia, quæ a Pontificali requiruntur et præstanda essent ab Archidiacono et Presbytero assistente expletaque sacra cæremonia ad sacristiam Sacra Olea reducant, processionaliter ad latera Episcopi revertantur, ut ei in suo quisque Officio deserviat."[1]

NOTA. "Si Presbyteri cathedralis non sufficiant, Episcopus alios sibi subditos vocare et renuentes compellere potest,[2] . . . et, ob penuriam Sacerdotum Sæcularium, supplere debet cum Sacerdotibus Regularibus."[3] Ad Olea vi hujus facultatis conficienda sufficiunt duo sacerdotes. Sine ullius sacerdotis assistentia autem feria V. in Cœna Domini Olea consecrari nequeunt. S. Off. 4 Aug. 1859 ap. *Coll. Prop.* n. 495.

II. Prosequitur facultas: *et si necessitas urgeat, etiam extra diem Cœnæ Domini.* Necessitas *urgeat* oportet, ut in terminis habet facultas, quod rarissime eveniet in his provinciis ecclesiasticis. Nam, quum Olea extra Missam, ab ipso Episcopo celebrandam, benedici nequeant,[4] unicus fere casus, qui cogitari posset, foret impossibilitas celebrandi in Cœna Domini ex parte Episcopi, sive quod ea die extra Diœcesim versatur et ad eam redire nequit, sive quod subita corripitur infirmitate: hæc autem impossibilitas celebrandi in Cœna Domini conjuncta esse debet cum impossibilitate i. e. cum gravi difficultate obtinendi Olea ab alio quodam Episcopo et cum defectu Oleorum anno præterito benedictorum. Etenim a Regulis præscriptis in Pontificali circa confectionem Sacrorum Oleorum non est

[1] DeHerdt, *Praxis Pontif.* tom. iii. n. 14. S. R. C. 2 Jun. 1853, in una Vicar. Apost. Ken-si Gard. n. 5187. et *Coll. Prop.* n. 494.

[2] S. R. C. 18 Mart. 1679; Surrentina, Gard. n. 2878.

[3] S. R. C. 11 Nov. 1641; Rithimen. Gard. n. 1354; DeHerdt l. c. Lucidi cap. iv. § 4. n. 154–159.

[4] S. R. C. 16 Jul. 1672 in Melevitana. Gard. n. 2590.

recedendum, et Oleo potius anni præcedentis utendum est, donec novum ex alia Diœcesi recipi possit.[1]

Si tamen casus urgentis illius necessitatis adsit, Olea, servato Pontificali Romano, infra Missam festi occurrentis consecranda sunt, non extra Missam. Ita S. R. C. 19 Maj. 1881 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 263. et *Coll. Prop.* n. 497.

ARTICULUS XIII.

"DELEGANDI SIMPLICIBUS SACERDOTIBUS POTESTATEM BENEDICENDI PARAMENTA ET ALIA UTENSILIA AD SACRIFICIUM MISSÆ NECESSARIA, UBI NON INTERVENIT SACRA UNCTIO; ET RECONCILIANDI ECCLESIAS POLLUTAS AQUA AB EPISCOPO BENEDICTA, ET IN CASU NECESSITATIS, ETIAM AQUA NON BENEDICTA AB EPISCOPO."

(F. III. a. 11; F. X. a. 11; cfr. F. IV. a. 12. et a. 14; F. VI. a. 25.)

134.—Explicatio.

I. *Paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missæ necessaria, ubi non intervenit sacra unctio.* Vi igitur *hujus* præcise facultatis Episcopi nostri Sacerdotibus communicare non possunt consecrationem lapidum altarium, calicum, patenarum, campanarum, cum in horum consecratione interveniat sacra unctio; sed tantum benedictiones sacerdotalium indumentorum, mapparum, corporalium et pallarum,—ac tabernaculi, cujus nomine hic venit pyxis et lunula. Sacerdos autem delegatus harum rerum benedictiones perficere potest tantum ritu Ritualis et Missalis, non Pontificalis.[2] Si unum tantum indumentum est benedicendum e. gr. cingulum, formula sumitur

[1] S. R. C. 19 Jan. 1608 Gard. n. 369.—Unde si Sacerdotes Olea nova tempestive habere nequeunt, Oleis anni præcedentis uti debent pro benedictione fontis baptismalis in Sabbato Sancto (cujus aqua servanda est usque ad benedictionem fontis baptismalis in Vigilia Pentecostes faciendam), pro ungendis infantibus in Baptismo solemni etc. (S. R. C. in Oriolen. 23 Sept. 1837 ap. *Act. S. Sed.* xxv. p. 263. Cfr. Lehmkuhl ii. n. 60.)—Alia vide apud *Coll. Prop.* n. 486 seq.

[2] S. R. C. 16 Martii 1877, *Acta S. Sed.* xiii. p. 33 et S. R. C. 4 Sept. 1880 ad iii., et 2 Dec. 1881 ib. xxi. p. 635 et 703. *Coll. Prop.* n. 1955.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in singulari.[1] Dixi: *vi hujus præcise facultatis*; nam, ut suis locis exponetur, vi facultatis 28 hujus Formulæ, ac facultatis 6 et 12 Form. C., simplici sacerdoti communicatur quandoque etiam benedictio seu consecratio lapidum altarium, calicum, patenarum, campanarum.

Facultatem paramenta et utensilia prædicta benedicendi non quidem ex jure communi, sed ex Privilegiis habent etiam Superiores Ordinum Religiosorum,[2] at pro suis Ecclesiis tantum;[3] si paramenta et utensilia alienæ Ecclesiæ benedicunt non quidem invalide, at illicite agunt et ab Episcopo censuris puniri possunt.[4] Porro sicut Episcopi absque indulto Apostolico, quod in hoc Art. eis concessum est, hanc facultatem delegare nequeunt,[5] ita a fortiori nec Superiores suis subditis.

Nota. Purificatorium, velum calicis, bursa, superpelliceum et manutergium non sunt necessario benedicenda.[6] Probabilius benedicendum est cingulum et pluviale;[7] certo autem corporale (eadem benedictione simul cum corporali benedicitur palla), amictus, alba, manipulus, stola, casula, dalmatica, tunicella, et mappæ. Pyxis et lunula non debent consecrari, sed probabilius tamen benedici; saltem hoc consulitur. An palla sola sub mortali benedici debeat, probabiliter in utramque partem disputatur.[8] Laudabiliter benedicitur ostensorium.

Paramenta et utensilia, ut possint benedici, ad normam præscriptam debent esse confecta:

a. Quoad *materiam: Paramenta* esse debent "non lacera et scissa," et, si ita evadunt, benedictionem amittunt, "sed integra, ac decenter munda et pulcra,"[9] et secundum plura Decreta S. R. C. ex serico, saltem mixta ex gossypio et serico, lino et serico, bombycio et serico. Post litteras S. R. C. ad Episcopos datas 28 Jul. 1881,[10] paramenta ex gossypio, lino aut lana confecta amplius, ut

[1] S. R. C. 4 Sept. 1880 ad ii.
[2] Ferraris v. *Benedictio* Art. i. 19, et Art. v. 7.
[3] S. R. C. 27 Sept. 1659, Gard. n. 2003 ad 18.
[4] S. R. C. 27 Aug. 1706, Gard. n. 3775 ad iii.; *Coll. Prop.* n. 845.
[5] S. Alph. vi. 378 ad iv.; S. R. C. 16 Maji 1744, Gard. n. 4159.
[6] S. R. C. 7 Sept. 1816, n. 26 de Purificatorio (Gard. n. 4526); S. Alph. vi. 389.
[7] Bened. XIV. *Inst.* 21 n. 12.
[8] S. Alph. vi. 376, 384, 385, 388 et DeHerdt tom. i. n. 173, 2.
[9] *Rubr. Miss.* tit. i. n. 2.
[10] *Act. S. Sed.* xiv. p. 144; *Eph. lit.* iv. 151.

videtur, valide benedici nequeunt, ante has litteras benedicta in pauperibus Ecclesiis permitti possunt, donec consumentur.[1]—Juxta Decr. S. R. C. 13 Martii 1882 paramenta cum fundamento in gossypio et lino, ex parte externa filo serico integre contecta, propter paupertatem Ecclesiæ tolerari possunt.[2]—*Indumenta* sacra (alba, amictus, mappulæ, corporale, purificatorium) debent esse ex lino vel cannabe. Ex generali Decr. de 18 Maji 1819[3] amictus, albæ, mappulæ ex gossypio factæ adhiberi poterant usque ad consumptionem, non renovandæ tamen, nisi ex lino vel cannabe; corporalia vero, pallæ et purificatoria post lapsum mensis erant mutanda cum aliis ex lino vel cannabe confectis.

b. *Colores* paramentorum liturgici sunto, excluso flavo et cæruleo.[4] Ex auro contexta adhiberi possunt pro albo, rubro et viridi, non pro aliis.[5]—Paramenta *varii* coloris ex floribus immixtis adhiberi possunt tantum pro uno colore, sc. pro prædominante.[6] "Attamen in locis Missionum, in quibus Sacerdotes secum deferre debent sacra indumenta, indultum est a S. Pontifice, ut pro colore albo, rubro et viridi adhiberi possit unica planeta ex iisdem constans."[7]

c. *Pyxis* et *lunula* ejusdem materiæ debent esse ac calix et patena (de quibus conf. Form. C. Art. 6. n. 179); permittuntur tamen[8] etiam ciboria, monstrantiæ et lunulæ *ex cupro deaurato*.

135.—II. *Et reconciliandi ecclesias pollutas.*

Ecclesia (Oratorium publicum, non vero privatum) polluitur:[9] **a.** injuriosa, voluntaria et graviter peccaminosa humani sanguinis effusione in ecclesia causata. **b.** voluntario et injurioso homicidio (suicidio), licet mors sequatur extra Ecclesiam, **c.** criminosa et voluntaria humani seminis effusione in illa facta, **d.** sepultura non-baptizati (nisi fuerit catechumenus), etiam

[1] *Eph. lit.* i. 24, iv. 151, 505, 631.
[2] *Am. E. Rev.* 1890 p. 281.
[3] Cfr. etiam Decr. S. R. C. 19 Dec. 1829, 12 Nov. 1831 ad liv., 23 Julii 1878 ap. *Coll. Prop.* n. 865 et 23 Junii 1892 ad 2. ap. *N. R. Th.* xxv. 61.
[4] S. R. C. 5 Dec. 1868, 13 Martii 1833, 12 Nov. 1830.
[5] S. R. C. 29 Martii 1851, 20 Nov. 1885; *Eph. lit.* iii. 612.
[6] S. R. C. 19 Dec. 1829, 22 Sept. 1837.
[7] Zit. *App.* p. 434.
[8] S. R. C. 31 Aug. 1867 ad vii.
[9] S. Alph. vi. n. 362–366.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

infantis sine baptismo mortui si extra uterum matris existit;[1] —et excommunicati vitandi. Eodem modo polluitur *cœmeterium* benedictum. (Cœmeterium non polluitur, si ob causam gravem cum licentia Episcopi e. gr. infidelis sepelitur in loculo benedicto, at per signum aliquod separato.)—Ecclesia (cœmeterium) tum demum habenda est polluta, cum hæc crimina publica evaserint, et si *in* Ecclesia ipsa, non, si in sacristia, super fornicem superiorem etc. patrata sunt. In Ecclesia polluta sub gravi Officia divina sunt omittenda. (Missa ante Canonem abrumpenda est). Attamen si omitti non possunt sine gravi incommodo, et Ecclesia tantum *benedicta* est, ea statim cum aqua benedicta a Sacerdote reconcilianda est. Nam licet ex Rit. Rom. ad hoc licentia Episcopi requiratur, in tali necessitate ea præsumi licite potest et permittitur sequi sententiam Bened. XIV. *de Syn. diœc.* lib. xiii. cap. xv. n. 2. ad fin., ex qua pro reconciliatione Ecclesiæ benedictæ nulla prærequiritur delegatio Episcopi.

Ecclesia *consecrata*, si polluta est, reconciliari absque facultate Apostolica a Sacerdote nequit, etiamsi esset delegatus ab Episcopo. Hæc facultas in Art. conceditur. Fieri debet juxta *Pont. Rom.*—Si vero officia divina sine gravi incommodo omitti nequeunt, facultas Apostolica autem statim haberi non potest, cum licentia Episcopi, si hæc haberi potest, alias ea præsumpta, in quantum necessaria sunt, celebrari possunt (saltem Missa),[2] præcedente (juxta Gury *Comp.* ii. 389 aliosque) lustratione quadam cum aqua benedicta.

Nota. 1. Benedictio et reconciliatio cœmeterii, benedictio primarii lapidis ab Episcopo jure proprio sacerdoti delegari potest. (Cfr. *Rit. Rom.*)

Nota. 2. *Superiores Regulares* ex privilegiis possunt benedicere suas Ecclesias, oratoria et cœmeteria, eaque, (etiam Ecclesias consecratas) si fuerint polluta, reconciliare aqua, per seipsos benedicta, mixta (juxta *Pont. Rom.*) sale, cinere et vino, modo ab Episcopo distent duabus dietis aut Sedes Episcopalis vacans sit; secusa aqua

[1] Ita S. C. Immun. ap. Craisson *Man.* n. 4800. Attamen de infantibus hisce et catechumenis magna est inter DD. dissensio. Cfr. Brabandère *Jur. can. comp.* vol. ii. n. 718.

[2] S. Alph. vi. 361.

per Episcopum benedicta.—Et hoc in casu consultum est, ut reconciliationem Episcopo cedant, si ipse eam velit perficere.[1]—*Dieta* (i. e. iter unius diei) continet viginti milliaria italica. *Milliarium italicum*, seu (quia in Italia variis in locis milliaria differunt, cfr. *Century Dictionary* v. *Mile*) accuratius *romanum* recentioris ætatis, habet 1628 ulnas nostras (yards: a yard=3 feet) [=1489 metres], nostrum et anglicum (statute mile) 1760 continet (American Cyclopædia). Unde duæ dietæ (40 mill. ital.) 37 milliaria nostra sunt.

ARTICULUS XIV.

"LARGIENDI TER IN ANNO INDULGENTIAM PLENARIAM CONTRITIS, CONFESSIS AC SACRA COMMUNIONE REFECTIS."

136.—Explicatio.

Ad hujus facultatis significationem pertinet sequens Responsum S. C. de Prop. Fide de 31 Jan. 1796 ad Vic. Ap. Sutchuensem quærentem, "Utrum concessio Indulgentiæ ter in anno," de qua in facultate, "intelligi debeat distributive per annum fidelibus singulatim ad opportunitatem impertienda: an tribus per annum præscriptis diebus communiter elargienda ad normam consuetæ praxis in Ecclesia?" Responsum fuit: "Negative ad primam partem, affirmative ad secundam."[2] Poterit igitur Episcopus indulgentiam istam ita largiri, ut æque ac indulgentia Quadraginta Horarum, diversis temporibus in diversis civitatibus et locis, non vero diversis ecclesiis ejusdem loci eodem tempore,[3] lucrifieri possit, dummodo in eadem civitate et loco non pluries[4] quam ter publicetur. Poterit præterea Episcopus unaquaque vice determinare non tantum tres, sed etiam plures dies, intra quarum spatium fideles istam

[1] Reiffenst. *Decretal.* iii. tit. 40. n. 27.—Ferraris v. *Benedictio.* Art. i. n. 20. et v. n. 7–10.—Gardellini ap. Mühlbauer: *Decr. auth. S. R. C.* tom. iii. pars i. p. 10.—*Zeitschr. f. k. Theol.* 1894, p. 692.—Marc. n. 2191.

[2] *Coll. Miss.* n. 634; cfr. n. 636–638. *Coll. Prop.* n. 1016.

[3] *Coll. Prop.* n. 1015 ad 2.

[4] S. C. S. Off. 16 Jan. 1728; ex Responso dato a Secretario S. C. de P. Fide 26 Jan. 1877 ad Rmum Elder, tunc Episcopum Natchetens. *Coll. Prop.* n. 1025.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

indulgentiam lucrari possint.[1] Ad lucrandas tamen has indulgentias præter conditiones in facultate præscriptas, requiritur etiam visitatio Ecclesiæ ab Episcopo designatæ, vel, si Episcopo placuerit diversas ad hunc effectum designare Ecclesias, unius ex designatis.[2]

Indulgentia hæc defunctis applicari nequit, cum hoc non sit concessum. Demum facultas Articuli ex Responso S. Off. de 2 Julii 1884 ad iv.[3] ad amussim fac. 28 hujus Formulæ absque dubio ab Episcopo communicari potest Sacerdotibus idoneis, qui in ejus Diœcesi laborant, ita ut Parochi ipsi, determinare possint dies pro indulgentia lucranda juxta modum alias ab Episcopo observandum.

ARTICULUS XV.

"ABSOLVENDI AB HÆRESI ET APOSTASIA A FIDE ET A SCHISMATE QUOSCUMQUE ETIAM ECCLESIASTICOS TAM SÆCULARES QUAM REGULARES; NON TAMEN EOS QUI EX LOCIS FUERINT UBI SANCTUM OFFICIUM EXERCETUR, NISI IN LOCIS MISSIONUM, IN QUIBUS IMPUNE GRASSANTUR HÆRESES, DELIQUERINT, NEC ILLOS QUI JUDICIALITER ABJURAVERINT, NISI ISTI NATI SINT UBI IMPUNE GRASSANTUR HÆRESES, ET POST JUDICIALEM ABJURATIONEM ILLUC REVERSI IN HÆRESIM FUERINT RELAPSI, ET HOS IN FORO CONSCIENTIÆ TANTUM."

(F. III. a. 1.; F. IV. a. 10.; F. VI. a. 1.; F. X. a. 1.)

137.—Explicatio.

I. Agitur in hoc Art. de excommunicatione imposita duobus criminibus, Ecclesiæ fundamenta, scil. fidem et charitatem directe aggredientibus, et *ex natura sua* ab unitate sive fidei sive communionis separantibus, quorum primum est *hæresis*, ad quam apostasia a fide refertur sicut plus ad minus, alterum *schisma*.—**a.** Ad excommunicationem per *hæresin* incurrendam præter scientiam censuræ requiritur, ut homo baptizatus:

[1] S. C. S. de Prop. Fide 22 Jan. 1759 ex eodem Responso. *Coll. Prop.* n. 1015.

[2] S. C. S. Off. 16 Jan. 1728 ex eodem Responso.

[3] Cfr. infra n. 248 et *Coll. Prop.* n. 1027.

1. sciens et deliberato animo neget aut in dubium vocet articulum fidei ab Ecclesia propositum ad credendum, et 2. hunc animum hæreticalem externe, licet occulte et nemine advertente, prodat sive verbis sive signis hæresis manifestativis.[1] Hæreticis et apostatis in S. Canonibus et in const. *Apostolicæ Sedis* accensentur: "eis credentes, eorumque receptores, fautores, ac generatim quilibet illorum defensores."—Hi specialem classem hæreticorum et apostatarum constituere videntur. Dum enim hæretici et apostatæ in genere eos comprehendunt, qui sectam constituunt aut incipiunt licet forsan adhuc non sint denunciati; *eis credentes* formaliter ad sectam non pertinent, quatenus scilicet nomen non dederunt sectæ nec gubernantur per sectæ leges et externas formas, sed per aliquod factum externum hæreticis aut apostatis adhærent, ut sunt e. gr. illi, qui putant et dicunt, Protestantes qua tales habere veram fidem, aut illi, qui morbo jacentes spiritualem hæreticorum assistentiam postulant vel ministrum hæreticum adeunt pro exercitio actus religionis, puta celebratione matrimonii per ritum religiosum, aut qui licet nondum assentiant hæreticorum erroribus, eo tamen animo externe manifestato ad illos audiendos accedunt aut qui licet animo hæresi nondum adhæreant, tamen nominetenus sese adscribunt sectæ hæreticæ etc.[2] Hi omnes actione implicita sunt in hæresi et hæretici. *Receptores, fautores* et *defensores* sunt causa moralis hæresis eorundem hæreticorum eo quod hos qua hæreticos (non qua consanguineos vel amicos tantum) tuentur, ut liberi in suo errore persistant eumque doceant, aut eos facto vel verbo adjuvant, ut errorem suum in actum deducere possint, aut eis in hæresi ipsa patrocinantur. Hi quidem hæreticis communicant in crimine criminoso, attamen, licet a Papa denunciati, hanc unam tantum excommunicationem incurrunt, non etiam eam ex const. *Apost. Sedis* § 2. n. 14; verum si ipsi etiam suam hæresin externant, juxta Lugo *de virt. fidei* disp. 25. n. 1. alia insuper excommunicatione qua hæretici innodantur.

[1] S. Alph. vii. 300 seq.

[2] Bonal: *Inst. can.* Tr. ix. n. 40; Suarez *de Censur.* dist. 21, sect. 2, n. 5 seq.; Reiffenst. lib. v. tit. 7. n. 248.

indulgentiam lucrari possint.[1] Ad lucrandas tamen has indulgentias præter conditiones in facultate præscriptas, requiritur etiam visitatio Ecclesiæ ab Episcopo designatæ, vel, si Episcopo placuerit diversas ad hunc effectum designare Ecclesias, unius ex designatis.[2]

Indulgentia hæc defunctis applicari nequit, cum hoc non sit concessum. Demum facultas Articuli ex Responso S. Off. de 2 Julii 1884 ad iv.[3] ad amussim fac. 28 hujus Formulæ absque dubio ab Episcopo communicari potest Sacerdotibus idoneis, qui in ejus Diœcesi laborant, ita ut Parochi ipsi, determinare possint dies pro indulgentia lucranda juxta modum alias ab Episcopo observandum.

ARTICULUS XV.

"ABSOLVENDI AB HÆRESI ET APOSTASIA A FIDE ET A SCHISMATE QUOSCUMQUE ETIAM ECCLESIASTICOS TAM SÆCULARES QUAM REGULARES; NON TAMEN EOS QUI EX LOCIS FUERINT UBI SANCTUM OFFICIUM EXERCETUR, NISI IN LOCIS MISSIONUM, IN QUIBUS IMPUNE GRASSANTUR HÆRESES, DELIQUERINT, NEC ILLOS QUI JUDICIALITER ABJURAVERINT, NISI ISTI NATI SINT UBI IMPUNE GRASSANTUR HÆRESES, ET POST JUDICIALEM ABJURATIONEM ILLUC REVERSI IN HÆRESIM FUERINT RELAPSI, ET HOS IN FORO CONSCIENTIÆ TANTUM."

(F. III. a. 1.; F. IV. a. 10.; F. VI. a. 1.; F. X. a. 1.)

137.—Explicatio.

I. Agitur in hoc Art. de excommunicatione imposita duobus criminibus, Ecclesiæ fundamenta, scil. fidem et charitatem directe aggredientibus, et *ex natura sua* ab unitate sive fidei sive communionis separantibus, quorum primum est *hæresis*, ad quam apostasia a fide refertur sicut plus ad minus, alterum *schisma*.—**a.** Ad excommunicationem per *hæresin* incurrendam præter scientiam censuræ requiritur, ut homo baptizatus:

[1] S. C. S. de Prop. Fide 22 Jan. 1759 ex eodem Responso. *Coll. Prop.* n. 1015.

[2] S. C. S. Off. 16 Jan. 1728 ex eodem Responso.

[3] Cfr. infra n. 248 et *Coll. Prop.* n. 1027.

1. sciens et deliberato animo neget aut in dubium vocet articulum fidei ab Ecclesia propositum ad credendum, et 2. hunc animum hæreticalem externe, licet occulte et nemine advertente, prodat sive verbis sive signis hæresis manifestativis.[1] Hæreticis et apostatis in S. Canonibus et in const. *Apostolicæ Sedis* accensentur: "eis credentes, eorumque receptores, fautores, ac generatim quilibet illorum defensores."—Hi specialem classem hæreticorum et apostatarum constituere videntur. Dum enim hæretici et apostatæ in genere eos comprehendunt, qui sectam constituunt aut incipiunt licet forsan adhuc non sint denunciati; *eis credentes* formaliter ad sectam non pertinent, quatenus scilicet nomen non dederunt sectæ nec gubernantur per sectæ leges et externas formas, sed per aliquod factum externum hæreticis aut apostatis adhærent, ut sunt e. gr. illi, qui putant et dicunt, Protestantes qua tales habere veram fidem, aut illi, qui morbo jacentes spiritualem hæreticorum assistentiam postulant vel ministrum hæreticum adeunt pro exercitio actus religionis, puta celebratione matrimonii per ritum religiosum, aut qui licet nondum assentiant hæreticorum erroribus, eo tamen animo externe manifestato ad illos audiendos accedunt aut qui licet animo hæresi nondum adhæreant, tamen nominetenus sese adscribunt sectæ hæreticæ etc.[2] Hi omnes actione implicita sunt in hæresi et hæretici. *Receptores, fautores* et *defensores* sunt causa moralis hæresis eorundem hæreticorum eo quod hos qua hæreticos (non qua consanguineos vel amicos tantum) tuentur, ut liberi in suo errore persistant eumque doceant, aut eos facto vel verbo adjuvant, ut errorem suum in actum deducere possint, aut eis in hæresi ipsa patrocinantur. Hi quidem hæreticis communicant in crimine criminoso, attamen, licet a Papa denunciati, hanc unam tantum excommunicationem incurrunt, non etiam eam ex const. *Apost. Sedis* § 2. n. 14; verum si ipsi etiam suam hæresin externant, juxta Lugo *de virt. fidei* disp. 25. n. 1. alia insuper excommunicatione qua hæretici innodantur.

[1] S. Alph. vii. 300 seq.

[2] Bonal: *Inst. can.* Tr. ix. n. 40; Suarez *de Censur.* dist. 21, sect. 2, n. 5 seq.; Reiffenst. lib. v. tit. 7. n. 248.

b. *Schisma* committitur non tantum, quando præter verum et indubitatum Papam alius erigitur, eique obeditur ut Papæ; sed etiam, quoties ab obedientia Summi Pontificis pertinaciter receditur, ut si quis Papam simpliciter non recognoscit ut superiorem, atque ita se gerit ac si non esset illi subordinatus, neque unitus ut capiti,[1] quemadmodum quidam liberales catholici hoc faciunt, aut si quis alios avocat a subjectione Papæ qua talis aut sine auctoritate Papæ concilium generale convocat aut a mandato Papæ qua talis ad futurum concilium generale provocat etc.; at schismaticus non est, qui simpliciter licet cum pertinacia non obtemperat mandatis Papæ vel ob incommodum, quod sentit, vel ob pravum animum, quo affectus est ergo *personam* Papæ etc.

Schisma, quamvis absolute sine hæresi possit existere, cum hac tamen regulariter conjunctum, et schismaticus de hæresi vehementer suspectus est. Ideo Pœnitentiarii minores qui non possunt absolvere ab hæresi, nec etiam a schismate absolvere possunt et quoad utrumque idem procedendi modus observatur.

II. Quoad prædictorum *absolutionem* nota:

a. In *foro externo* (præter Inquisitores Romanos) Episcopus loci potestate ordinaria (si de Regularibus exemptis agitur, potestate delegata) procedit contra apostatas, hæreticos, et schismaticos, resipiscentes, si aut sponte coram se comparent ac proprii oris confessione crimen suum manifestant aut ad forum suum quoquo modo deducuntur, eosque aut per se aut per Clericum ad hoc delegatum publice coram notario et testibus ad hunc actum specialiter requisitis[2] prævia abjuratione hæresis vel schismatis, item prævia professione fidei, Ecclesiæ conciliat et pro utroque foro a censura absolvit,[3] idque vel servato modo pro Neo-Conversis ab hæresi a S. Off. 20. Julii 1859 præscripto (*Rit. Rom.* App., *Excerpta Rit. Rom.* ed. 8. p. 270, *Conc. Plen. Balt.* II. p. 291, *Coll. Prop.* n. 1688), adhibita (juxta Decr. S. C. de Prop. F. 16. Julii 1878 ap. *Coll. Prop.* n. 1671 coll. n. 1691.) pro Græcis formula a Gregor. XIII., pro Orientalibus illa ab Urbano VIII. præscripta aut breviori a

[1] Suarez l. c. n. 13. [2] *Coll. Prop.* n. 1687.
[3] Ben. XIV. *de Syn. Diœc.* lib. ix. c. 4. n. 8.

S. C. S. Off. an. 1890 approbata (quæ formulæ dicto nro 1671 adnexæ sunt)—vel, si ipse Episcopus reconciliationem perficit, pro lubitu servato ordine solemni reconciliandi hæretic. in *Pontificali Rom.* Part. III.—Censura ita sublata, absolutio a peccato hæresis dein dari potest a quolibet confessario (n. 19. **b.** et 20.).

b. In *foro interno* Episcopus *neque occultos* hæreticos potest *jure proprio* absolvere, cum potestas a *Trident.* xxiv. cap. 6 concessa, postea per Bullam *Cœnæ* fuerit adempta.[1] Unde præsertim in locis Missionum, in quibus judicialis processus contra hæreticos impeditus est et hæreses ideo *impune grassari* dicuntur, ex pluribus sæculis facultas præsentis Articuli Episcopis aliisque a S. Sede conceditur, vi cujus in foro *conscientiæ tantum* (cfr. n. 18 et 19.) omnes apostatæ, hæretici et schismatici, *etiam publici* absolvi possunt, quamvis fuerint dogmatizantes. (De obligatione denunciandi cfr. n. 138.) Conversi vero a secta hæretica vel schismatica, cui sive a nativitate sive propria culpa adscripti fuerunt, necnon ii, qui personaliter a judice ecclesiastico damnati sunt de hæresi, apostasia vel schismate[2]—semper pro foro externo,[3] ergo non vi hujus Articuli, sed vi potestatis ordinariæ Episcopi vel S. Congr. S. Off. (cfr. infra n. 138.) absolvuntur servato modo approbato, ut supra. Pro absolutione conversorum a sectis apud nos, quin in singulis casibus, ut alibi, recursus ad Episcopum requiratur, ex more locorum Missionum omnes Sacerdotes in sacro ministerio labo-

[1] Ben. XIV. l. c. n. 5; S. Alph. vii. n. 83.—Per const. *Apostolicæ Sedis* § *Firmam* Episcopis plenam potestatem dicti capitis restitutam esse, docet Pennacchi Comment. ii. pag. 557.

[2] Hi ad sectam pertinentes et personaliter damnati soli ex hæreticis et schismaticis sunt irregulares (Gasparri *de S. Ordinat.* n. 461 seq.); item horum filii (resp. nepotes). Gasp. n. 471. Pezzani ad can. 209.

[3] S. C. S. Off. 25 Julii 1815 ap. *Coll. Prop.* n. 1687 (cfr. n. 1681). Idem præcepit S. C. S. Off. 1. Maji 1779 ib. n. 1685, 1690, quoad Neophytas, qui post publicam apostasiam a fide ad Ecclesiæ gremium redeunt, quia juxta S. Thom. 2. 2. qu. 11. a. 4 ad 1. eorum conversio ficta fuisse præsumitur. *A minoribus quatuordecim annis* non exigitur sectæ abjuratio, sed sola fidei professio. Ita S. C. S. Off. 8 Mart. 1882 ap. *Coll. Prop.* n. 1680.—Unde in formula verba abjurationem exprimentia pro his omitti debent.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rantes facultatibus requisitis prædíti sunt. (Konings n. 1701. nota 3.)

NOTA 1. De MODO TRACTANDI EOS, QUI CONVERTI VOLUNT ad Ecclesiam cath., cfr. Stang: *Pastoral Theology*. Benziger 1897, § 18.—Quoad MODUM VERO RECIPIENDI NEO-CONVERSOS plura habes ap. Konings *Comp.* n. 1264., quibus adde ex Decr. S. C. S. Off. 20 Nov. 1878, (*Act. S. Sed.* xvi. 415.) Baptismum *conditionatum* esse *secreto* conferendum et ex Decr. ejusd. S. C. 1 Nov. 1875 ap. Marc n. 1833, quod sub conditione baptizandi "*poterunt*, ad majorem functionis ecclesiasticæ facilitatem, prius audiri sacramentaliter quoad eorum culparum accusationem. Deinde post collationem baptismatis sub conditione, confessarius, iterum reassumptis per summa capita cum pœnitente iis, de quibus jam accusationem fecerat, absolvat sacramentaliter pariter sub conditione."—De *moribundo acatholico* ad fidem catholicam converti volente cfr. Konings l. c. ad vi.

NOTA 2. Quod attinet MODUM RECONCILIANDI APOSTATAM (hæreticum, schismaticum) PRO FORO CONSCIENTIÆ observandum est:

1. Si apostata in periculo mortis constitutus est, sacerdos, abjurata prius verbo apostasia, eum absolvit. Si per aliquod temporis spatium supervixerit et ejus apostasia nota sit, abjurabit, si fieri potest, iterum coram fidelibus; si fieri non potest, relinquet chirographum suæ abjurationis a se (saltem per signum crucis suppleto nomine) subscriptum; quodsi nec hoc fieri potest, committet confessario ut suam abjurationem fidelibus manifestet.

2. Si apostata sanus et qua talis notus est, tenetur etiam casu quo fidem in corde retinuit, apostasiam et hæresin *coram fidelibus* (saltem pluribus) abjurare et abstinere ab omnibus actibus infidelitatis et hæresis coram infidelibus et hæreticis. Abjuratione facta potest ad sacramentalem confessionem admitti, in qua confessarius secundum suum arbitrium ei injunget pœnitentias salutares, eumque absolvet juxta formulam ordinariam, quæ in usu est pro foro interno, non juxta eam, quæ in foro externo adhibetur. Ita Bray pag. 20, ad 1 et 2; item Corre p. 174 ex variis instructionibus S. Sedis ap. *Coll. Miss.* n. 482, 486, 487 et 1064.

NOTA 3. ABJURATIO APOSTASIÆ, HÆRESIS, et SCHISMATIS in foro interno, quæ, ut advertit Renzi (pars. ii. cap. iv. n. 66.) cum aliis, etiam iis utiliter injungitur, qui post errorem intellectus cum pertinacia voluntatis in hæresin inciderunt licet mentaliter tantum,

ideoque absque excommunicatione, secundum hanc FORMULAM fieri potest:

"Ego N. N. personaliter genuflexus coram Te N. N. (sacrosancta Evangelia coram me posita manibus corporaliter tangens), sciens, neminem salvum fieri posse extra illam fidem, quam tenet et credit, prædicat, profitetur et docet S. Catholica, Apostolica, Romana Ecclesia, cujus caput est ad præsens D. N. N., contra quam fateor et doleo, me graviter errasse, quia tenui et credidi usque ad præsentem diem, quod hæretici tenent et credunt, videlicet (*hic ponuntur errores pœnitentis*); ideo nunc de veritate catholicæ fidei et de hæreticorum sectæ falsitate certus abjuro, maledico et detestor omnes supradictas hæreses et errores unacum quibuscumque aliis hæresibus et erroribus contra dictam S. Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam sese quomodolibet extollentes et juro me nunc toto corde credere et in futurum, Deo adjuvante, firmiter creditурum, quidquid tenet, credit, prædicat, confitetur et docet prædicta S. Mater Ecclesia Cath. et Apostol. Romana; et juro et promitto, me numquam hæreses prædictas neque alias creditурum, nec minus familiaritatem aut conversationem cum hæreticis aut de hæresi suspectis, quoad potero, habiturum. Sic me Deus adjuvet et (hæc) sancta illius Evangelia, (quæ propriis manibus tango)."

In confessionali verba in parenthesi, quæ tactum Evangeliorum spectant, ut patet, sunt omittenda. Formula prædicta parum differt ab illa in *Excerpt. Rit. Rom.* p. 272. Quoad reliquas conditiones ante absolutionem adimplendas et quomodo absolutio in foro conscientiæ concessa etiam valeat pro foro externo, vide infra n. 145. ad vii.

138.—III. Facultas præsentis Art. absolvendi in foro conscientiæ tantum non se extendit ad duplicis generis hæreticos ac schismaticos, scil. **a.** ad eos, qui peccatum hæresis aut schismatis commiserunt in locis, in quibus S. Officium exercetur per Officiales S. Congr. Rom. et Univ. Inquisitionis e. gr. Romæ.

Ratio, quia cum hoc crimine conjuncta est obligatio denunciationis apud Inquisitores. Unde si delinquens in illis locis, ubi Inquisitores ex suo Officio procedunt, complices habuit, judicium eorum perturbaretur et impediretur per absolutionem

ei impertitam, antequam socios criminis denunciaverit aut ipse denunciatus coram illo tribunali hæresin ejuraverit; si vero e. gr. in periculo mortis in foro conscientiæ tantum absolvitur, pro foro externo non est tutus, sed sponte debet comparere coram Inquisitore aut Ordinario et denuo abjurare. (*Coll. Prop.* n. 1645, 1688.) Attamen hæreticus occultus, qui non habet obligationem denunciationis apud Inquisitores faciendæ, eo quod hæresis externatio per verba, scripturam etc. a nemine fuit cognita aut complices vel mortui sunt vel in regionibus palam infestis existunt, in quibus Inquisitionis auctoritas non viget,—absolvi potest ab habente facultatem pro foro conscientiæ, scil. a S. Pœnitentiaria aut ejus Pagellam habente, (cfr. infra in Nota et Ben. XIV. c. *Pastor bonus* § 9 et 10.) imo etiam (ut puto) vi facultatis hujus Articuli. Cessante enim ratione exceptionis, exceptio quoque cessare videtur.[1]

Præterea facultas non se extendit **b.** ad eos, qui nati sunt in loco, ubi hæresis non impune grassari potest, et post abjurationem in foro externo seu judiciali (puta sub eorum conversione ad fidem catholicam) iterum ibidem in hæresin relapsi sunt, si tamen, ut declaravit S. Off. 30 Jan. 1627, de hæresi vel relapsu judicialiter fuerint accusati,[2] et ita eorum casus ad forum externum sit delatus.

Hisce in casibus ergo pro facultate recurrendum est, et quidem quoad *priorem* (apud nos per S. Congr. de Prop. Fide) ad S. Congr. Inquis., cui (sc. Beatissimo Patri, qui est ejus Præfectus) confessarius ficto nomine pœnitentis exponere debet factum ipsum cum numero (non nominibus) sociorum, simul cum ejus promptitudine judicialem denunciationem eorum coram delegato peragendi, in fine addens inscriptionem, sub qua responsum sit dirigendum. Interim, casu id requirente, absolutio *indirecta* tantum dari potest; *excepto* mortis articulo et casu quodam urgentiore, in quo censura citra infamiam aut scandalum servari nequit, ubi (juxta dicenda in Art. seq. n. 144) dari potest absolutio directa, at in utroque casu excepto

[1] Giordanini: *Instruzione per i novelli Confessori*, Venezia, 1757, parte ii. cap. 15, § 1, n. 304; S. Alph.: *Epitome Doctrinæ Ben. XIV.* v. *Hæresis;* Pignatelli tom. vii. cons. 52 ad 2.

[2] *Coll. Miss.* n. 510. *Coll. Prop.* n. 993.

sub reincidentia, si pro mandato ex gravi culpa infra mensem non recurrit.—Litteræ acceptæ, quæ inscriptionem habent: "Discreto Confessario ex approbatis ab Ordinario," aut similem, pœnitenti in confessione sunt tradendæ, aut etiam extra confessionem, si pœnitens vel licentiam dedit vel extra confessionem de suo casu in foro conscientiæ tractavit. Confessarius dein a pœnitente electus litteris acceptis et perpensis, aget secundum Clausulas in eis contentas.—In *posteriori* casu absolutio pro foro externo requiritur, quæ dari nequit nisi ab eo, ad cujus forum casus delatus est aut a tali, qui ab hoc facultatem absolvendi in foro externo obtinuit (n. 50). Si autem ad eum recurri nequit, in periculo mortis et casu urgente ob scandalum absolutio directa (juxta dicenda n. 144, ad **a.**) dari potest pro foro conscientiæ; quandoque vero indirecta (ib. ad **b**).

NOTA. Facultas in confessione absolvendi ab hæresi habetur etiam in *Pag. S. Pœn.* sub n. iii. his verbis: "Absolvendi quoscumque Pœnitentes, sive viros, sive mulieres (exceptis hæreticis publicis sive publice dogmatizantibus[1]) a quibusvis Sententiis, Censuris et Pœnis Ecclesiasticis ob hæreses tam nemine audiente, vel advertente, quam coram aliis externatas, ob infidelitatem, et Catholicæ Fidei abjurationem private admissas, sortilegia, ac maleficia hæreticalia etiam cum sociis patrata, necnon ob Dæmonis invocationem cum pacto donandi animam, eique præstitam idololatriam, ac superstitiones hæreticales exercitas, ac demum ob quæcumque insinuata falsa dogmata incursis, postquam tamen Pœnitens complices, si quos in præmissis habeat, Ordinario loci, vel Sacræ Inquisitioni prout de jure denuciaverit;[2] et postquam in singulis casibus

[1] Excipiuntur (juxta Resp. S. Pœn. 3 Mart. 1880 ap. *Mon. eccl.* vol. ii. part. ii. p. 20) non quidem omnes hæretici publici, sed tantum publice dogmatizantes i. e. falsa dogmata spargentes, sive eorum dogmatizatio sit ex se publica sive, licet occulte (modo uno, modo altero, modo aliis paucis audientibus) facta, ex divulgatione notoria evaserit. Idem habetur in Resp. S. Pœn. 26 Mart. 1894 ad Ep. Corduben. (ap. *Am. Eccl. Rev.* vol. xii. p. 498) scil. "Per iii. facultatem folii quinquennalis Sacræ Pœn. concedi potestatem absolvendi hæreticos etiam publicos, dummodo non sint dogmatizantes."

[2] Ita in ed. recent. Cum vero ob libertatem omnibus cultibus assertam hæreticorum errores impune apud nos grassentur, denunciatio hæreticorum, lege *ecclesiastica* imposita, hisce in regionibus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hæreses coram Te secrete abjuraverit; et pactum cum maledicto Dæmone initum expresse revocaverit; tradita Tibi syngrapha, forsan exarata, aliisque mediis superstitiosis, ad omnia comburenda; injuncta pro modo excessuum gravi pœnitentia salutari cum frequentia Sacramentorum, et obligatione se prudenti judicio Tuo retractandi apud personas, coram quibus hæreses manifestavit, et reparandi illata scandala."

ARTICULUS XVI.

"ABSOLVENDI AB OMNIBUS CENSURIS ETIAM SPECIALI MODO IN BULLA 'APOSTOLICÆ SEDIS MODERATIONI' DIEI 12 OCTOBRIS 1869 ROMANO PONTIFICI RESERVATIS, EXCEPTA ABSOLUTIONE COMPLICIS IN PECCATO TURPI."

(F. III. a. 10; F. IV. a. 11; F. VI. a. 11; F. X. a. 10.)

139.—Explicatio. I. Dicitur: *a censuris.* Ergo vi Art. absolvi nequit a *peccatis sine censura* Papæ reservatis, quorum sunt duo: **a.** falsa denunciatio (per se vel per alium facta) Sacerdotis de sollicitatione in confessionali[1] (scilicet *juridica*—non privata tantum—seu talis, quæ prævio juramento veritatis dicendæ fit coram Ordinario vel Inquisitore aut ejus delegato juxta instructionem S. Off. de 20 Julii 1890 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 451. *Coll. Prop.* n. 950);—**b.** retentio munerum illicite a Religiosis stricte dictis datorum, si realis restitutio statim fieri potest.

Si donum infra valorem decem scutorum ($10) fuerit acceptum, ex *Pag. S. Pœn.* n. vi. conceditur facultas his verbis: "Absolvendi a casu Sedi Apostolicæ reservato ob accepta munera a Regularibus utriusque sexus: injuncta pœnitentia salutari, et, quando agitur de muneribus, quæ non excedunt valorem decem scutatorum, imposita aliqua eleemosyna judicio tuo taxanda, et caute eroganda, cum primum poterit, in bene-

non obligat. Cfr. Ferraris v. *Denunciatio* n. 18; Scavini tom. iv. n. 921. Dico: *lege ecclesiastica;* nam ex lege naturali hæretici, imprimis dogmatizantes, præsertim si sunt clerici, etiam apud nos sunt denunciandi, quoties agitur de damno animarum, cui Episcopus mederi potest. Marc n. 442; Lehmk. ii. 952.

[1] S. Alph. vi. n. 693; *Coll. Miss.* n. 522.

ficium Religionis, cui facienda esset restitutio; dummodo tamen non constet, quod illa fuerint de bonis propriis Religionis; quatenus vero accepta munera, vel fuerint ultra valorem scutorum decem, vel constet fuisse de bonis propriis Religionis, facta prius restitutione, quam si de præsenti adimplere nequeant, emissa seria promissione restituendi infra terminum tuo arbitrio præfiniendum, alias sub reincidentia."

NOTA. Agitur de donis Religiosorum (etiam Monialium) vota solemnia habentium et in communitate viventium (ergo non de donis sæcularizatorum) et quidem de donis ab eis *certe* invalide datis, ideo a donatario restituendis (ergo non de illis, quæ ex causa gratitudinis, conciliandæ benevolentiæ ergo Religionem etc. discrete cum licentia Superioris saltem præsumpta facta sunt), *quorum restitutio tempore absolutionis petitæ fieri potest.* Talis jam donatarius ex const. Clem. VIII. et Urb. VIII. (Ferraris v. *Regulares* Art. I. n. 67. S. Alph. *Hom. ap.* xiii. 8. 9.) absolvi nequit, nisi restitutione realiter facta conventui, ad quem res donatæ de jure pertinent, si id commode fieri potest, alias ejusdem Ordinis conventui viciniori loco, ubi petitur absolutio. Promissio, utut serio facta, quam primum restituendi, non sufficit. Attamen in donis valorem 10 scutorum non excedentibus Pœnitentiarius Major ante restitutionem realiter factam vi facultatis ex const. *Pastor bonus* § 26. absolvere eaque in eleemosynam in beneficium conventus, cui restitutio facienda est, caute erogandam commutare potest. Ex hac sua facultate in Pagella (ut supra) communicat facultatem pro casu, quo dona non sunt certo desumpta ex bonis propriis Religionis (i. e. bonis communitati incorporatis), sed ex peculio Religiosi etc.—Casus hic dicitur Sedi Apostolicæ reservatus et pro tali habetur a S. Alph. vi. 580 et *Hom. ap.* xiii. 8. 9. aliisque. Alii ut Bucceroni, Berardi, D'Annibale, Ballerini-Palmieri, Lehmkuhl reservationem proprie dictam (quæ est casus alicujus ad judicium Superioris avocatio) non agnoscunt, utpote nullibi expressam et id, quod in Pagella habetur, ad cautelam concessum esse putant (cfr. n. 14.). Concedunt tamen, casu, quo restitutio statim fieri potest, a Papa prohibitum esse dare absolutionem ante restitutionem reapse factam, et D'Annib. (i. 338. 15), in casu adesse jurisdictionis ademptionem. Unde in praxi hæc sententia a priori vix differt.[1]

II. Dicitur: ". . *Romano Pontifici* reservatis." Unde non datur facultas absolvendi a casibus

[1] Cfr. *Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. pag. 10 seq. et pag. 90.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hæreses coram Te secrete abjuraverit; et pactum cum maledicto Dæmone initum expresse revocaverit; tradita Tibi syngrapha, forsan exarata, aliisque mediis superstitiosis, ad omnia comburenda; injuncta pro modo excessuum gravi pœnitentia salutari cum frequentia Sacramentorum, et obligatione se prudenti judicio Tuo retractandi apud personas, coram quibus hæreses manifestavit, et reparandi illata scandala."

ARTICULUS XVI.

"ABSOLVENDI AB OMNIBUS CENSURIS ETIAM SPECIALI MODO IN BULLA 'APOSTOLICÆ SEDIS MODERATIONI' DIEI 12 OCTOBRIS 1869 ROMANO PONTIFICI RESERVATIS, EXCEPTA ABSOLUTIONE COMPLICIS IN PECCATO TURPI."

(F. III. a. 10; F. IV. a. 11; F. VI. a. 11; F. X. a. 10.)

139.—Explicatio. I. Dicitur: *a censuris.* Ergo vi Art. absolvi nequit a *peccatis sine censura* Papæ reservatis, quorum sunt duo: **a.** falsa denunciatio (per se vel per alium facta) Sacerdotis de sollicitatione in confessionali[1] (scilicet *juridica*—non privata tantum—seu talis, quæ prævio juramento veritatis dicendæ fit coram Ordinario vel Inquisitore aut ejus delegato juxta instructionem S. Off. de 20 Julii 1890 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 451. *Coll. Prop.* n. 950);—**b.** retentio munerum illicite a Religiosis stricte dictis datorum, si realis restitutio statim fieri potest.

Si donum infra valorem decem scutorum ($10) fuerit acceptum, ex *Pag. S. Pœn.* n. vi. conceditur facultas his verbis: "Absolvendi a casu Sedi Apostolicæ reservato ob accepta munera a Regularibus utriusque sexus: injuncta pœnitentia salutari, et, quando agitur de muneribus, quæ non excedunt valorem decem scutatorum, imposita aliqua eleemosyna judicio tuo taxanda, et caute eroganda, cum primum poterit, in bene-

non obligat. Cfr. Ferraris v. *Denunciatio* n. 18; Scavini tom. iv. n. 921. Dico: *lege ecclesiastica;* nam ex lege naturali hæretici, imprimis dogmatizantes, præsertim si sunt clerici, etiam apud nos sunt denunciandi, quoties agitur de damno animarum, cui Episcopus mederi potest. Marc n. 442; Lehmk. ii. 952.

[1] S. Alph. vi. n. 693; *Coll. Miss.* n. 522.

ficium Religionis, cui facienda esset restitutio; dummodo tamen non constet, quod illa fuerint de bonis propriis Religionis; quatenus vero accepta munera, vel fuerint ultra valorem scutorum decem, vel constet fuisse de bonis propriis Religionis, facta prius restitutione, quam si de præsenti adimplere nequeant, emissa seria promissione restituendi infra terminum tuo arbitrio præfiniendum, alias sub reincidentia."

NOTA. Agitur de donis Religiosorum (etiam Monialium) vota solemnia habentium et in communitate viventium (ergo non de donis sæcularizatorum) et quidem de donis ab eis *certe* invalide datis, ideo a donatario restituendis (ergo non de illis, quæ ex causa gratitudinis, conciliandæ benevolentiæ ergo Religionem etc. discrete cum licentia Superioris saltem præsumpta facta sunt), *quorum restitutio tempore absolutionis petitæ fieri potest.* Talis jam donatarius ex const. Clem. VIII. et Urb. VIII. (Ferraris v. *Regulares* Art. I. n. 67. S. Alph. *Hom. ap.* xiii. 8. 9.) absolvi nequit, nisi restitutione realiter facta conventui, ad quem res donatæ de jure pertinent, si id commode fieri potest, alias ejusdem Ordinis conventui viciniori loco, ubi petitur absolutio. Promissio, utut serio facta, quam primum restituendi, non sufficit. Attamen in donis valorem 10 scutorum non excedentibus Pœnitentiarius Major ante restitutionem realiter factam vi facultatis ex const. *Pastor bonus* § 26. absolvere eaque in eleemosynam in beneficium conventus, cui restitutio facienda est, caute erogandam commutare potest. Ex hac sua facultate in Pagella (ut supra) communicat facultatem pro casu, quo dona non sunt certo desumpta ex bonis propriis Religionis (i. e. bonis communitati incorporatis), sed ex peculio Religiosi etc.—Casus hic dicitur Sedi Apostolicæ reservatus et pro tali habetur a S. Alph. vi. 580 et *Hom. ap.* xiii. 8. 9. aliisque. Alii ut Bucceroni, Berardi, D'Annibale, Ballerini-Palmieri, Lehmkuhl reservationem proprie dictam (quæ est casus alicujus ad judicium Superioris avocatio) non agnoscunt, utpote nullibi expressam et id, quod in Pagella habetur, ad cautelam concessum esse putant (cfr. n. 14.). Concedunt tamen, casu, quo restitutio statim fieri potest, a Papa prohibitum esse dare absolutionem ante restitutionem reapse factam, et D'Annib. (i. 338. 15), in casu adesse jurisdictionis ademptionem. Unde in praxi hæc sententia a priori vix differt.[1]

II. Dicitur: ". . *Romano Pontifici* reservatis." Unde non datur facultas absolvendi a casibus

[1] Cfr. *Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. pag. 10 seq. et pag. 90.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

a. ab Episcopo sibi ("Nobis et a Nobis") reservatis seu *diœcesanis;*

b. jure particulari Episcopo reservatis.

Casus cum excommunicatione Episcopis reservati ex Conc. Pl. Balt. iii. n. 124 et 127 in Stat. Fœderat. Diœcesibus sunt: 1. Matrimonium post divortium civile temere attentatum, et 2. matrimonium coram ministro cujuscumque sectæ acatholicæ contractum vel attentatum.[1] Hic posterior casus, si in propria Diœcesi committitur, proprio delinquentis Ordinario reservatur, nisi absque ulla fraude legis alium Episcopum Stat. Fœderat. adeat.

c. a *Superiore Religioso* sibi reservatis.

Religiosi enim exempti, licet vota simplicia tantum habeant,[2] valide absolvi nequeunt nisi a Sacerdote, qui vel ab eorum Superiore vel a S. Sede pro iis jurisdictionem accepit. Copiam confessarii sui Ordinis non habentes (Capucini unius tantum copiam habentes) ex implicita delegatione Superiorum absolvi possunt a confessario approbato ab Episcopo loci aut (si Regularis est) a Prælato regulari, et si sunt in itinere, exceptis Capucinis, probabiliter etiam a quovis Sacerdote idoneo i. e. non excommunicato vel suspenso vitando aut complice in peccato turpi. Attamen vi hujus implicitæ delegationis (exceptis Capucinis) a casibus in Ordine reservatis absolvi nequeunt, nisi indirecte.[3]—A S. Sede Religiosi facultatem, absolutionem accipiendi obtinent præsertim in Jubilæis, ad modum, quo in *Pag. S. Pœn.* sub n. viii. habetur facultas in Sacramento Pœnitentiæ tantum applicabilis: "*Absolvendi Religiosos cujuscumque Ordinis, dummodo apud te legitimam habuerint licentiam peragendi confessionem sacramentalem necnon Moniales, dummodo tamen pro ipsis fueris ab Ordinario approbatus vel*

[1] Casus hic *episcopalis* differt a *papali* (supra n. 47.). In priori de ministro *acatholico*, in posteriori de *hæretico* agitur. Hic est de jure communi, ille de jure particulari Statuum nostrorum Fœderat., quod nobis loco juris communis valet.

[2] S. C. Ep. et Reg. 23 Sept. 1881 ap. *Act. S. Sed.* xiv. 273.

[3] Cfr. Resp. S. C. Ep. et Reg. 3 Junii 1861 ap. *Act. S. Sed.* i. 677. S. Alph. vi. 575.—Marc. n. 1763.

deputatus, non solum a præmissis,[1] *sed etiam a Casibus et Censuris in sua Religione reservatis.*" (Ita in ed. rec.)

Moniales, legitime extra monasterium versantes, absolvi possunt a quovis Sacerdote pro Diœcesi, licet non pro monialibus approbato. (S. C. Ep. et Reg. ap. Konings n. 1399. qu. 4 et Zitelli *App.* p. 330.)

140.—III. Dicitur: "censuris etiam speciali modo in Bulla *Apostolicæ Sedis* Romano Pontifici reservatis."

Ergo a fortiori a censuris *simpliciter* Romano Pontifici reservatis, imo a censuris quoque *ex jure* Ordinario vel Episcopo reservatis, quia hæ potius Papales sunt, a quibus absolvendi facultatem Papa concedit Episcopis. (S. Alph. vii. 99. Lehmkuhl ii. 968. Aichner p. xxxii.)

Vi hujus Art. ergo a. absolvi potest:—1. ab omnibus excommunicationibus, suspensionibus et interdictis, quæ in dicta Bulla expresse sive Summo Pontifici sive Episcopo reservantur; 2. ab omnibus prædictis censuris, quæ a Conc. Trid. *directe* inflictæ et a Bulla *Apost. Sed.* tanquam propriæ arrogatæ sunt; et 3. ab omnibus illis censuris, quæ, licet post hanc Bullam latæ, sub aliquo ejus capite continentur, prout *excommunicatio* ex Decr. S. C. C. 23 Maji 1874 lata in eos, qui, suffragante populo, ad Parochi vel Vicarii officium electi audent sive Ecclesiæ sive jurium ac bonorum prætensam possessionem arripere atque obire munia ecclesiastici ministerii (*Act. S. Sed.* vii. 702), et, ut videtur, etiam excommunicatio (non vero suspensio et interdictum) per const. *Romanus Pont.* 5 Sept. 1873 (ib. p. 401.) in intrusionem in Sedes Episcopales ope nominationis et præsentationis supremæ civilis potestatis peractam lata comprehenduntur sub § i. n. xi. (de usurpatione jurisdictionis ecclesiasticæ)[2]—E contra:

b. absolvi nequit vi hujus Art.

1. ab illis censuris, quæ in dicta Bulla: *Apostolicæ Sedis* remissive tantum tanquam adhuc existentes allegantur, ut sunt[3]

[1] Scil. ab hæresi (n. 138, nota), a retentione munerum a religiosis acceptorum (n. 139, i.) et a censuris infra n. 142, iii. enumeratis.—Hi enim casus in Pag. S. Poen. *ante* n. viii. sunt positi. (Cfr. n. 252.)

[2] Haringer: *Comment. in Const. Ap. Sedis:* App. ad th. mor. S. Alph. ed. 2, vol. vii. p. 371 et 389. Cfr. infra n. 254 i.

[3] Conf. Const. *Ap. Sedis* ad finem v. *Quæ vero.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

a. latæ pro *Romani Pontificis electione*, de quibus agit const. Bened. XIV. *Pastor bonus*, ad quas ea quoque pertinet, quæ lata est in societatem de eligendo S. Pontifice per populum romanum erectam;[1] *β.* latæ pro *regimine interno* Ordinum religiosorum cœtuumque piorum, quas vide ap. Pennacchi *Comment.* ii. pag. 543, Lehmkuhl ii. n. 986, 987, Marc n. 1312. 4.—Quod tamen censuras ad regimen internum pertinentes et in const. *Apostolicæ Sedis* non contentas attinet, juxta declarationem S. C. S. Off. 22. Mart. 1881 (ap. *N. R. Th.* xxvi. 318) nihil quoad Prælatorum facultatem, subditos suos ab eis absolvendi, per hanc constitutionem innovatum est.—Ad censuras pro cœtibus piis latas etiam pertinere videtur excommunicatio in mercaturam Missionariorum Indiæ orientalis et Americæ lata et ante restitutionem lucri simpliciter reservata,[2] quæ tamen in locis ubi Diœceses cum clero indigeno et stabiliter incardinato erectæ sunt, ut apud nos, probabiliter cessavit.[3]

2. ab illis, quæ post const. *Apostolicæ Sedis* latæ sunt, et sub nullo ejusdem capite subsumi possunt, prout est suspensio ob mercimonium Missarum, de quo supra n. 111. sermo est.

3. ab illis, pro quarum absolutione facultas conceditur in Art. 15. (n. 137 seq.) neque a proxime sequenti, expresse excepta.

Nota. Quædam suspensiones et interdicta ob delictum præteritum absque tractu successivo, aut ad certum tempus aut ad arbitrium absolventis aut in perpetuum incurruntur, ideoque potius pœnæ aut privationes, quam censuræ, aut censuræ in sensu latiori sunt. Nihilominus valde probabile est, in facultate *absolvendi ab omnibus censuris*, prout in præsenti Art., comprehendi facultatem etiam ab his suspensionibus et interdictis absolvendi; imo D'Annibale hoc pro certo habet quoad contenta in Const. *Apostolicæ Sedis*.[4]

IV. Dicitur: *excepta absolutione complicis etc.* Hic casus una cum illo de falsa denunciatione (n. 139) ex Const. Bened. XIV. *Sacramentum Pœnitentiæ* est specialissime S. Pontifici

[1] S. Pœn. 4 Aug. 1876; Konings *Comp.* ii. p. 399.
[2] Cfr. infra n. 254. ii. b.
[3] *Irish Record* 1887, p. 1129; *N. R. Th.* xvii. 56.
[4] D'Annib. i. 358 (18); Marc n. 1300.

reservatus, ideoque in nulla generali concessione continetur.[1] —De hoc casu excepto plura infra n. 146 seq.

Nota. Absolutio a censuris "pertinet ad forum cumprimis externum: sed propter salutem animarum etiam in foro interno exerceri permittitur."[2] Unde facultas præsentis Articuli *principaliter* spectat ad forum externum; adhiberi tamen potest etiam in foro conscientiæ. Ex quo explica in Pagella S. Pœnitentiariæ dictum: "non obstante Constitutione *Apostolicæ Sedis*" infra n. 251. et 252.

Addenda quoad Absolutionem a Reservatis.

Aliqua imprimis notatu digna quoad absolutionem a casibus reservatis hic adjecta vix non probabuntur. Unde

§ 1. De Absolutione a Casibus Reservatis in genere.

141.—I. Vi cap. *Liceat* (*Trid.* xxiv. 6, *de Ref.*)[3] absolvere possunt per se et per sacerdotem *ad hoc* etiam generaliter deputatum ab omnibus censuris Papæ non specialiter reservatis *occultis*, in Diœcesi sua in foro sacramentali tantum[4] omnes, qui jure proprio habent Diœcesin: ergo Episcopi, Vicarii Capitulares, Administratores Diœcesium, Abbates cum proprio territorio; non autem Vicarii Generales ex se, nec Vicarii Apostolici nec Prælati Regulares suos subditos.[5]

142.—II. Olim *Regulares* ex privilegiis absolvere potuerunt ab omnibus casibus *de jure* Summo Pontifici aut Episcopo reservatis.[6] Per const. *Apostolicæ Sedis* § "Cæterum" privilegia quoad absolutionem *a Papæ reservatis tantum* revocata sunt; non vero illa quoad casus Episcopo aut Ordinario *ex jure* reservatos. Ab his ergo adhuc absolvi possunt subditi per Superi-

[1] S. C. S. Off. 27. Jun. 1866 ap. *Coll. Prop.* n. 947. et 4 Apr. 1871.
[2] D'Annib. i. 336 (11).
[3] S. Alph. *de Priv.* n. 29 seq., lib. vi. n. 593 seq., vii. n. 75 seq.; D'Annib. i. n. 346. Const. *Apostolicæ Sedis* §. Firmam.
[4] *In foro sacramentali.* Hoc quidem tenendum est quoad peregrinos (cfr. infra n. 145). Attamen cum per const. *Apostolicæ Sedis* Episcopis cap. *Liceat* in pleno vigore restitutum sit, subditos suos in foro etiam extrasacramentali absolvere possunt. Ita Pennacchi *Comm.* ii. p. 569. Cfr. Marc. n. 1280. 2.
[5] S. Pœn. 5 Dec. 1873. *Coll. Prop.* n. 1007.
[6] S. Alph. vii. 99.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ores suos,[1] qua suos Ordinarios et a confessariis regularibus sæculares, modo casus quidam non sit constitutus diœcesanus. Hi casus præcipue sunt **a.** excommunicationes latæ 1. in matrimonium attentatum Clericorum in Sacris et Regularium cum votis solemnibus, 2. in procurationem abortus effectu secuto, 3. in utentes litteris falsis Apostolicis (infra n. 254. § III.); **b.** excommunicatio in laicos mercimonium missarum contra prohibitionem S. C. C. 25 Majî 1893 exercentes lata et *Episcopis* reservata. (Cfr. n. 111. a.)—**c.** excommunicatio lata in percussionem Clericorum in casibus, "de quibus jure vel privilegio permittitur, ut Episcopus vel alius absolvat."[2]—Scil. 1. Episcopi *ex jure* absolvere possunt mulieres et impuberes, etsi percussio fuerit publica et enormis,—Clericos in communi viventes, qui contubernalem non enormiter percusserunt,—Officiales gubernii, qui ratione officii turbæ arcendæ Clericum mediocriter percusserunt,—Regulares mediocriter percutientes Sæcularem Clericum, de consensu tamen eorum Prælati, si exempti fuerint;—omnes in percussione levi, licet publica.[3]—Ab his casibus Regulares possunt absolvere etiam nunc ubique, si excipias Italiam extra Romam;[4]—2. Prælati Regulares *ex jure* absolvere possunt suos subditos, etiam novitios, nisi percussio sit enormis aut injecta manus fuerit in Episcopum vel Abbatem aliosve in n. v. §. i. Bullæ *Apost. Sedis* contentos;—et dummodo in percussione Religiosi alterius Ordinis adhibeatur etiam sententia Prælati, cui percussus subjicitur. Eos vero absolvere non possunt, si percusserint Clericum Sæcularem, sed absolvendi sunt a Sede Apostolica, nisi percussio fuerit levis, a qua absolvit Episcopus. *Prædicta tamen procedunt juxta jus commune*; nam spectatis *privilegiis* in hoc adhuc valentibus Religiosi a suis Prælatis possunt absolvi etiamsi percussio fuerit enormis et publica, et percussus fuerit alterius Ordinis aut Sæcularis.[5]

[1] S. Alph. *de Priv.* p. 100; Marc n. 1280, 3; Lehmkuhl ii. 968.
[2] Const. *Ap. Sedis*, cfr. infra n. 254. § ii. n. 2.
[3] S. Alph. vii. 276, 279; Sabetti n. 990. [4] S. Alph. vii. 95, 99.
[5] Bucceroni *Inst. th. mor.* de Const. *Apost. Sedis* n. 21; Konings *Comp.* n. 1753, qu. 2, 2; S. Alph. vii. 107, *de Priv.* n. 97.—Cfr. Lucidi Cap. iv. § 4. n. 97., ubi in casu particulari, ad Episcopum delato, absolutio, quam ante punitionis certiorationem eidem Episcopo factam, Superior dedit, a S. C. C. 2 Dec. 1719 declaratur illicita.

NOTA. Probe dispiciendum est, quomodo sonet folium facultates continens Sacerdotibus in singulis Diœcesibus dari solitum. Alicubi e. gr. "*non conceditur facultas* absolvendi procurantes abortum, effectu secuto, quatenus incurrerint excommunicationem in Const. *Ap. Sedis* Episcopis reservatam." Juxta hæc verba Regulares a prædictis adhuc possunt absolvere, non vero Sæculares. Aliter esset, si diceretur: "absolutio procurationis abortus, effectu secuto, est Nobis et a Nobis reservata," ubi casus Diœcesanus constitueretur, pro quo in Diœcesi quilibet debet impetrare facultatem Episcopi.—Si demum in folio Sacerdotibus tradito diceretur: "absolvendi a censuris . . . *etiam* Romano Pontifici reservatis" . . . ipsi absolvere quoque possent a censuris *ex jure* Ordinario vel Episcopo reservatis.[1]

III. Dantur etiam privilegia personalia absolvendi a Papæ reservatis; præsertim pro foro sacramentali in *Pag. S. Pœn.* (præter eas sub n. 138 quoad hæresin et n. 139 ii. *c.* quoad Religiosos) sub numeris sequentibus conceduntur facultates:

(I.) "Absolvendi ab Excommunicatione ob manus violentas injectas in Clericos, aut Presbyteros, sive Sæculares, sive Regulares, in casibus tamen non deductis nec de facili ad forum Ordinarii deducendis; dummodo non sit sequuta mors, vel mutilatio, seu lethale vulnus aut ossium fractio, et injuncta congrua pœnitentia salutari cum obligatione caute et competenter satisfaciendi parti læsæ."

(II.) "Absolvendi a Censuris contra Duellantes[2] inflictis, dummodo casus ad forum Ordinarii non fuerint deducti; injuncta gravi pœnitentia salutari, et aliis injunctis, quæ fuerint de jure injungenda."

(IV.) "Absolvendi a Censuris incursis ob violationem clausuræ Regularium utriusque sexus, dummodo non fuerit cum intentione ad malum finem, etiam effectu non sequuto, et dummodo casus non fuerint ad forum Ordinarii deducti, cum congrua pœnitentia salutari. Et insuper absolvendi Mulieres

[1] Cfr. n. 140.
[2] Duellantes eorumque patrini sunt perpetuo infames (Trid. xxv. c. 19 Ref.), etiamsi agatur de mensuris Studentium more Universitatum Germaniæ (S. C. C. 9 Aug. 1890 ap. *Act. S. Sed.* xxiii. 284.). Accedit irregularitas ex homicidio vel mutilatione, si occurrit alterutrum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tantum a Censuris, et Pœnis Ecclesiasticis, ob violationem ad malum finem clausuræ Virorum Religiosorum incursis, dummodo tamen casus occulti remaneant; injuncta gravi pœnitentia salutari, cum prohibitione accedendi ad Ecclesiam, et Conventum, seu Cœnobium dictorum Religiosorum, durante occasione peccandi."

(V.) "Absolvendi a Censuris ob retentionem, et lectionem librorum prohibitorum incursis, injuncta congrua pœnitentia salutari, necnon firma obligatione tradendi Ordinario loci, aut cui de jure, sive per se, sive per alium absque ulla mora, et, quantum fieri potest, ante absolutionem, libros prohibitos, si quos pœnitens in sua potestate retineat."

(VII.) "Absolvendi a Censuris, et Pœnis Ecclesiasticis eos, qui Sectis vetitis Massonicis, aut Carbonariis, aliisque similibus nomen dederunt, aut favorem præstiterunt, ita tamen, ut a respectiva Secta omnino se separent, eamque abjurent, libros, manuscripta, ac signa Sectam respicientia, si quæ retineant, in tuas manus tradant ad Ordinarium quamprimum caute transmittenda, aut saltem, si justæ gravesque causæ id postulent, comburenda; injuncta pro modo culparum gravi pœnitentia salutari, cum frequentia sacramentalis confessionis, aliisque injunctis de jure injungendis: necnon absolvendi eos, qui ejusmodi Sectarum duces et magistros occultos denunciare culpabiliter neglexerint, injuncta pariter salutari pœnitentia, et firma obligatione sub reincidentia eosdem Ordinario Loci vel aliis ad quos spectat, prout de jure, denunciandi."

Quoad massones nota :

a. Denunciatio, cum eo modo interpretanda sit ac illa hæreticorum (S. Pœn. 8 Nov. 1821 et supra n. 138, nota) quoad simplices massones, licet adhuc in vigore sit, apud nos non obligat, at vero "quoad coryphæos et duces occultos—etiam eos, qui qua liberi muratores quidem publici, sed qua duces occulti sunt, obligatio non cessat apud regiones, in quibus liberi muratores et ideo ipsorum coryphæi a gubernio civili tolerantur et ab ecclesiastica potestate nec puniri nec ullo modo cohiberi possunt." (S. C. S. Off. 19 Apr. 1893 ap. *A. E. Rev.* vol. viii. 377.) Facienda est Episcopo vel Inquisitoribus, in Missionibus Vicario vel Præfecto Apostolico (S. Pœn. 10 Febr. 1871) ab omnibus certam eorum notitiam aliter quam ex secreto consilii capiendi causa commisso adeptis, quatenus ob probabile mortis, infamiæ aut gravis damni periculum aut ob denunciationem ab aliis jam factam vel certo faciendam non sunt excusati.—Absque causa post acquisitam cognitionem legis et pœnæ denunciationem per mensem omittentes excommunicationem incurrunt, a qua, post denunciationem, quilibet confessarius, ante eam hac facultate præditus absolvere potest, ut supra.

b. Quoad societatem: "The Independent Order of Good Templars" S. C. S. Off. 9 Aug. 1893 decidit, sub gravi prohibitum esse ei nomen dare; ad quæstionem vero, an hæc subjaceat excommunicationi latæ contra societates secretas in const. *Apost. Sedis?* respondit: Dilata. (Cfr. *A. E. Rev.* ix. pag. 384.)—Item tres societates: "The Odd Fellows," "The Sons of Temperance" et "The Knights of Pythias" tanquam sub gravi prohibitæ declaratæ sunt ab ead. S. C. S. Off. 20 Aug. 1894.—Quoad censuram quidem nihil dictum est, at habito respectu ad ea, quæ ex *Conc. Pl. Balt.* ii. n. 514, et pag. 335, 336, de eis nota sunt, censuris subjectæ esse videntur.—Cum in eis a sociis, soluta statis temporibus modica taxa, jus ad magnum subsidium in casu infirmitatis vel mortis acquiratur, aut si de debito societati solvendo agitur, solutio, eadem sub conditione, notabili commodo fruatur; nuncio vero hisce societatibus misso et taxa amplius non soluta, hoc subsidium et commodum membro pereat cum magno lucro societatum; quæsitum est, an, remota quavis alia earundem sectarum participatione, ad hæc incommoda vitanda saltem licitum sit, nomen proprium in sociorum catalogis retinere, necnon in præfatæ taxæ vel æris alieni solutione stato tempore perseverare?—S. C. S. Off. 19 Jan. 1896 Emo Card. Satolli, Prodelegato Aplo respondit: *Generatim loquendo non licere et ad mentem.* Mens est, quod hoc tolerari possit sequentibus conditionibus et adjunctis simul in casu concurrentibus, scil. —1. Si *bona fide* sectæ primitus nomen dederint, antequam sibi innotuisset societatem esse damnatam;—2. Si absit *scandalum* vel opportuna removeatur declaratione, id a se fieri, ne jus ad emolumenta vel beneficium temporis in ære alieno solvendo amittat, a quavis interim sectæ communione et *quovis interventu etiam materiali*, ut præmittitur, abstinendo;—3. Si *grave* damnum sibi aut familiæ in renunciatione obveniat;—4. tandem ut non adsit vel homini illi vel familiæ ejus *periculum perversionis* ex parte sectariorum spectato præcipue casu vel infirmitatis vel mortis, neve similiter adsit periculum funeris peragendi, a ritibus catholicis alieni;—5. demum SSmus D. Leo XIII., hæc approbans jussit, ut, uniformis regulæ servandæ causa, in casibus particularibus (i. e. in *singulis casibus*—cfr. *A. E. Rev.* xv. 638, 640) pro tempore Dele-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gatus Apost. Washingtonopoli provideat. (*Act. S. Sed.* xxviii. 699. *A. E. Rev.* xiv. 470.)

Similiter ead. S. C. S. Off. 7 Mart. 1883 Eppo S. Hyacynthi (Canada) quærenti: An admitti possint ad Sacramentorum participationem illi, qui eum in finem tantum societatibus secretis nomen dederunt, ut damna temporalia evitarent, revera autem intendunt remanere catholici? resp. Juxta exposita catholicos, de quibus agitur, admitti posse ad Sacramenta. . . . . dummodo 1. reipsa sese omnino separaverint a societatibus prædictis;—2. promittant, numquam amplius fore, ut sese immisceant alicui actui societatum ipsarum tum secreto tum publico, et præsertim numquam amplius se soluturos requisitam contributionem;—3. removeatur scandalum eo meliori modo quo fieri potest;—4. animo sint dispositi ad suum nomen revocandum, si et quando id facere absque gravi damno poterunt. SSmus approbavit. *Coll. Prop.* n. 1864.

143.—IV. Nulla est reservatio in MORTIS ARTICULO vel periculo, ut in morbo periculoso, instante prælio vel longa navigatione, in difficili partu, in longa detentione in loco, ubi Sacerdos haberi nequit[1] etc., et dari potest absolutio a sacerdote non approbato etiam quando facile advocari seu adesse possit sacerdos approbatus; imo sacerdos non habens jurisdictionem in reservata a peccatis etiam cum censura reservatis absolvere potest licet advocari vel adesse facile potuisset sacerdos habens hanc jurisdictionem.[2]—Si tamen confessarius, qui non habuit specialem ad hoc facultatem, tum absolutionem dederit a *censura speciali modo S. Pontifici reservata*, pœnitens, cum convaluerit, tenetur "stare mandatis Ecclesiæ"[3] i. e. habet "obligationem sive per se sive per confessarium recurrendi ad S. Pontificem" (scil. ad S. Pœnitentiariam aut directe aut etiam apud nos per Card. Præfectum S. C. de P. F.) "ejusque mandatis obediendi, vel novam absolutionem petendi ab habente facultatem absolvendi a censuris S. Pontifici speciali modo

[1] S. Alph. vi. 561, 563.

[2] S. C. S. Off. 29 Julii 1891 ap. *N. R. Th.* xxvi. 309. *Coll. Prop.* n. 2169.

[3] Const. *Ap. Sedis*, § i. ad fin.

reservatis."[1] Et de hoc confessarius eum monere tenetur.—Si dein pœnitens adepta valetudine hoc ex gravi negligentia per mensem omiserit, in eandem censuram reincidit.[2]

Recursus ad Episcopum ex sententia quorumdam[3] ob jus antiquum (cap. *Eos qui* 22 de sent. excomm. in 6.) adhuc vigens fieri debet in *censuris* ab Episcopo sibi reservatis quod tamen alii[4] restringunt ad percussionem Clericorum et ad casus, qui ad forum externum deducti aut mox deducendi sunt.

Dixi: *a censura speciali modo S. Pont. reservata.* Nam pro eo, qui a reliquis censuris Papæ reservatis[5] aut a censuris ex jure Episcopo reservatis in mortis articulo absolutus est, recursus non requiritur, nisi ipse Episcopus has sub ista conditione reservaverit.[6]

144.—V. EXTRA ARTICULUM MORTIS: **a.** *censura Papali* innodati, si Romam adire impediti erant, prius secundum doctrinam S. Alph.,[7] quam etiam S. Pœn. et S. Off. anno 1860 commendaverunt,[8] potuerunt absolvi ab Episcopo aut simplici confessario. Nunc autem cum propter facilitatem itinerandi et epistolas transmittendi de impedimento adeundi Romam vix amplius sermo esse possit, primum S. Pœnitentiaria, præsertim post Const. *Apost. Sedis* 1869 praxin suam mutavit et Episcopis facultates absolvendi communicavit. S. Cong. S. Off. vero die 23 Junii 1886[9] de hoc interrogata, respondit, priorem doctrinam non amplius posse servari, sed pro omnibus casibus Papæ reservatis ad obtinendam absolutionem saltem per litteras recurrendum esse ad Emum Card. Pœnitentiarium majorem directe (aut apud nos etiam per Card. Præfectum S. C. de P. F.) "etiam pro casu, quando pœnitens fuerit *perpetuo impeditus*,

[1] S. C. S. Off. 19 Aug. 1891 ad ii. ap. *Acta S. Sed.* xxiv. p. 747.

[2] Ib. ad i.

[3] Lehmkuhl ii. n. 875. D'Annib. i. n. 350 (52) et alior.

[4] Bucceroni *Cas. Consc.* ii. n. 110, plures ap. Gury-Palmieri: *Comp. Theol. mor.* ii. n. 388. Zit. *App.* p. 324.

[5] S. Off. 17 Junii 1891 ad iii. ap. *Act. S. Sed.* xxiv. 744 et *A. E. Rev.* vol. vii. 70.

[6] Marc n. 1285.

[7] Lib. vii. 84-92.

[8] Konings *Comp.* p. lxxxi. 5, 6.

[9] Ap. Bucceroni: *Enchir.* p. 131, 224; *N. R. Th.* xviii. 378, 582; *Acta S. Sed.* xix. 47.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

personaliter Romam proficisci,"[1] nisi Episcopus indultum habens aut alius indultarius adiri possit et adeatur.—"At vero in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandali vel infamiæ, super quo confessariorum conscientia oneratur" i. e. in quibus censura observari nequit absque periculo gravis scandali vel infamiæ, prout etiam, si pœnitens ob dilationem absolutionis probabiliter a Sacramentis diu abstinere timeretur aut apud alios in suspicionem veniret etc. "dari potest absolutio directa," injunctis de jure injungendis, a censuris sive simpliciter, sive "etiam speciali modo S. Pontifici reservatis;"[2] confessarius vero sub mortali eum monere tenetur de gravi obligatione, infra mensem saltem per epistolam et per medium confessarii (qui eum absolvit vel alterius) vel, si causa rationabilis intercedit, per seipsum,[3] ficto nomine, recurrendi ad S. Sedem (ut supra) ejusque mandatis obediendi, aut saltem novam absolutionem petendi ab habente facultatem absolvendi a censuris S. Pontifici reservatis (supra n. 143) et quod, si alterutrum facere ex gravi culpa (per mensem) negligit, reincidat in eandem censuram, quamvis ea simpliciter tantum fuerit reservata.[4]

NOTA.—In hisce Statibus Articulus prout jacet omnibus confessariis communicari solet. Unde recursus ad S. Sedem faciendus est tantum in casu Sacerdotis, qui complicem in peccato turpi absolvit. (De quo infra.) Quod inter communicatos etiam comprehendantur casus jure Episcopis vel Ordinariis reservati, liquet ex dictis n. 142. II. Nota. In Diœcesi Quebecen. Articulus communicatur Vicariis generalibus et foraneis ac Archipresbyteris tantum. Card. Taschereau pag. 24.

b. Ex sententia hodie satis probabili præter mortis articulum a censuris *Episcopo* reservatis simplex confessarius absolvere potest impeditos adire Episcopum et quidem absolute, si perpetuo i. e. ultra quinquennium perdurat impedimentum, sub

[1] S. Off. 17 Junii 1891 ad i. *Coll. Prop.* n. 2171.
[2] S. Off. 19 Aug. 1891 ad iii. Hucusque dicta confirmantur per Resp. S. Off. 30 Mart. 1892 ap. *N. R. Th.* xxiv. 391.
[3] S. Pœn. 7 Nov. 1888 ad vi. ap. *A. E. Rev.* vol. vii. (1892) p. 227.
[4] S. C. S. Off. 17 Junii 1891 ad ii.

onere vero, sublato impedimento se sistendi Episcopo, si illud ultra sex menses sed minus quinquennio permanet.[1]—Præscindendo ab hoc casu *simplex confessarius* extra articulum mortis neque a casibus jure communi[2] vel particulari[3] Episcopis aut Superioribus Religiosis[4] neque a casibus sine censura Papæ reservatis[5] neque JUXTA S. ALPH. vi. 581 a casibus *Diœcesanis* umquam *directe* absolvere potest.—Attamen tum ab his tum a casibus cum censura S. Pontifici reservatis, in quibus nullum periculum infamiæ vel scandali absolutionem urget, *indirecte* absolvere potest, quando *ex una parte* pro pœnitente necessitas existit absolutionem accipiendi aut ob necessitatem legendi Missam vel suscipiendi Communionem propter tempus Paschale mox elapsurum vel jam elapsum, urgente præcepto eam quamprimum suscipiendi, aut propter infamiam secus incurrendam aut quod secus diu, imo per diem tantum, deberet manere in mortali etc., ex *altera* vero *parte* pœnitens reservantem (e. gr. Episcopum) aut ejus Delegatum ex præcepto adeundum pro confessione apud eum peragenda *non potest* ADIRE sine scandalo aut nota infamiæ aut magna difficultate, puta quia longe distat.[6] Tum autem ita ab aliis peccatis directe et per connexionem eorum cum peccato reservato ab hoc, quod per se in illa confessione nec confiteri tenetur,[7] indirecte absolutus, censura, si qua cum peccato reservato conjuncta fuit, ligatus manet censuræque leges observare tenetur.[8]—Dixi: *non potest* ADIRE; nam *ordinarie* non est consultum,[9] ut confessarius tecto nomine scribat ad Episcopum pro facultate, quia hoc est contra finem reservationis (cfr. *Trid.* xiv. c. 7) et non raro cum periculo sigilli conjunctum, nec ulla lege præscribitur. Unde plures horum Statuum Episcopi sapiens statutum Diœcesanum condiderunt hujus fere tenoris: "Qui in casus reservatos inciderint, ad Nos aut ad Sacerdotem ad hoc delegatum absolvendi mittantur, nisi gravi de causa excusandi judicentur.

[1] Marc n. 1285.
[2] Cfr. supra n. 142.
[3] Cfr. n. 139. ii. b. Casus *Conc. Pl. Balt.* iii.
[4] Cfr. ib. ad c.
[5] Cfr. n. 139. i.
[6] S. Alph. vi. 487. 585. *Ho. ap.* xvi. n. 39.
[7] S. Alph. vi. 285 ad ii. 585, Dub. 3.
[8] S. Alph. vii. 169–171.
[9] Idem vi. 584.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quodsi confessarii facultatem absolvendi petant, rationes proferant, cur ipsi pœnitentes Ordinarium non adeant."—In Diœcesi *Quebec.* a casibus vi Conc. Prov. et per Const. *Apost. Sedis* Episcopo reservatis absolvere possunt Vicarii generales (cum facultate subdelegandi), foranei et Archipresbyteri; reliqui confessarii autem *certis in adjunctis tantum*, ut si quis præcepto paschali satisfacit, confessionem generalem necessarium perficit, si mulier superiorem sine scandalo adire nequit, si quis sacramentum administrare aut recipere debet, ut matr. contrahere, nec recurrere potest,—*aut certas personas tantum* ut confirmandos, neo-communicantes, senes Ecclesiam visitandi incapaces, diu vel periculose itinerantes, omnes tempore missionis. Casus vi Conc. Prov. Episcopo reservati ibi sunt: concubinatus publicus,—locatio domus scienter facta meretricibus publice notis,—et perjurium.[1]

Nota. I. Dixi supra: "*juxta S. Alphonsum* vi. 581." Attamen Sabetti[2] aliique probabile esse docent, eos, qui casus Diœcesani *reservationem* ignorant, si agitur de peccato tantum, cui censura aut nulla fuit adnexa aut, si adnexa, non fuit incursa, reservatione non teneri, ita ut absque ulteriori facultate a quolibet confessario absolvi possint—datis, ut per se intelligitur, opportunis monitionibus.—Doctrina hæc, si sciente et non reclamante Episcopo a Sacerdotibus observatur aut in Diœcesi docetur, tuto etiam ab illis, qui alias subscribunt S. Alphonso, in praxin deduci potest; adest enim consensus tacitus Episcopi, a cujus voluntate tota reservatio pendet.[3]

II. Nihil obstat, quominus etiam in casu Diœcesano, cum vel sine censura Episcopo reservato, rationibus, ex quibus Ordinarius non aditur, expositis S. Sedes (S. Pœnit. vel Emus Præfectus S. C. de P. F.) aut Delegatus Apostolicus tecto nomine pœnitentis adeatur pro facultate concedenda aut simplici confessario, ut possit absolvere aut pœnitenti, ut possit eligere simplicem confessarium pro absolutione obtinenda. Imo si Episcopus in casu Diœcesano non posset adiri, quin sigillum periculo exponatur, hoc aliquando unicum effugium erit. (Rescriptum *eligendi* confessarium, sigillatum et inscriptum: "Discreto confessario etc." in involucro ad supplicantem, regulariter confessarium advenit, qui illud caute

[1] Card. Taschereau: *Discipline de Québec* 1879 pag. 22.
[2] *Theol. mor.* n. 781, qu. 4 et ap. *A. E. Rev.* vol. iii. pag. 128.
[3] Lehmkuhl ii. 407 ad 5.

juxta conventionem præcedenter cum pœnitente factam ei tradere aut transmittere debet.)—Cæterum Pœnitentiarius Major ab omnibus peccatis quantumvis enormibus et publicis, atque ab omnibus censuris cuicumque reservatis absolvere et *absolvi mandare* potest. Attamen si quis *ab homine nominatim* censuratus est, id tum tantum potest, si judicis, a quo censuræ latæ sunt, jurisdictio expiravit, aut si per eundem judicem absolutio ad S. Sedem remissa fuit, aut si censuratus legitime impeditur, quominus præsentiam ejus, qui eum censuravit, vel aliorum, quos de jure deberet, adire possit.—Præterea nominatim ab homine censurati et in præfatis casibus absoluti necnon illi, qui censuram a jure latam incurrisse nominatim declarati sunt, absolutione accepta remittuntur judici, coram quo censurarum causa pendet, ut judicato pareant, et parti satisfaciant, et reincidunt in censuram, si hoc quam primum facere detrectant. (Ben. XIV. const. *Pastor bonus* § 6. et 7.)

145.—VI. *Peregrini*, a fortiori vagi, ex consuetudine universali, in Sacramento Pœnitentiæ evadunt subditi Episcopi loci.[1] —Unde,—attamen sedulo attentis iis, quæ supra n. 50. de casibus ad forum externum deductis et facile deducendis et n. 139, ii. *c.* de Religiosis dicta sunt,—sequentia valere videntur: **a.** A censuris non reservatis, item a casibus vi *legis* particularis (n. 140. ii.) vel præcepti generalis suo Episcopo reservatis, demum vi facultatum Apostolicarum a casibus papalibus absolvi possunt etiam peregrini, et quidem etiam tum, quum eorum casus in loco confessionis sint publice noti. Hoc fieri quoque potest, si a patria exierunt ad se eximendum a lege

[1] "Quæ nunc extra controversiam et omnino tenenda sententia est." D'Annib. i. 336 (11). Hoc "jure in præsenti vigenti omnino tenendum est." Bucceroni *Cas. conse.* ii. n. 103. Cfr. ejusd. vol. i. n. 41.—S. Alph. vi. 548, 569, 588.—*The Month* 1893 p. 346.—*N. R. Th.* xx. 519.—Sabetti n. 773. qu. 10 et n. 780 qu. 7.—Nec obstat c. *Si Episcopus* de Pœn. et Remiss. in 6.; stante enim hac consuetudine universali peregrini per consensum Papæ ex non-subditis fiunt subditi. Cfr. *Coll. Prop.* n. 930, 932, et n. 986 ad 7. Profecto, si peregrinus per accessum etiam unius diei fit subditus Episcopi loci, ita ut ab hoc *dispensari* possit in legibus et votis (S. Alph. i. 158.) ac, si delinquit, censurari (id. vii. 26.), a fortiori subditus fiet ad absolutionem accipiendam. Ecclesia multo pronior est ad absolvendum, quam ad dispensandum et puniendum.—Cæterum qui hanc doctrinam nec probabilem esse admittit, plura in hoc opere rejicere debet.

reservationis (S. Alph. i. 157.), dummodo in hac lege nihil in contrarium statutum sit (cfr. n. 139. ii. *b.* ad 2.) aut casus aliquis non simul in sua patria constitutus fuerit diœcesanus, prout hoc apud nos regulariter fit cum casibus a Conc. Plen. Balt. III. Episcopis reservatis (cfr. l. c.).—**b.** Quoad *casus diœcesanos* distinguendum est:

1. Si agitur *de peccato* sine censura reservato aut cum censura quidem, quæ autem non fuit incursa, peregrinus tractandus est ut Diœcesanus. Unde confitens *peccatum*, in loco confessionis reservatum, a simplici confessario absolvi nequit, nisi indirecte ut supra;[1] e contra confitens peccatum, in sua patria aut in loco commissionis reservatum, absque licentia sui Episcopi a simplici confessario absolvi potest, nisi id etiam in loco confessionis sit reservatum aut ille accesserit in fraudem legis reservationis i. e. cum *directa* et principali intentione, per absolutionem hic obtentam evitandi judicium proprii pastoris[2]—*aliis verbis*: nisi accesserit cum contemptu saltem implicito proprii pastoris, ita ut etiam non interrogatus a confessario sese hujus fraudis reum confiteri teneretur.—Dixi: *directa*. Ideo qui accessit ut saltem quasi-domicilii acquisitione evadat subditus Episcopi loci et sic effugiat judicium reservantis, absolvi potest: non enim est amplius peregrinus nec agit in fraudem, sed utitur jure suo. Demum in casibus, in quibus absolvi potest, nihil refert, si in loco confessionis sunt publici.

2. Si confitetur peccatum in sua patria (seu territorio) cum censura, quam reapse incurrit, ab Episcopo sibi reservatum, excepto mortis articulo, extra ligantis Diœcesin (seu territorium) directe absolvi *per se* nequit, nisi obtenta ad hoc facultate ejus, qui censuram tulit.[3] Quare cum *Conc. Pl. Balt.* III. concesserit, ut in propria Diœcesi coram præcone acatholico copulatos ab excommunicatione Ordinario hujus Diœcesis reservata quicumque Episcopus horum Statuum absolvere

[1] S. Alph. vi. 588; S. Pœn. 21 Nov. 1873 ap. *N. R. Th.* vi. 566, vii, 72, 243.

[2] S. Alph. vi. 589.

[3] S. Alph. vi. 590; Marc n. 1771, qu. 3, ad 3; Ærtnys vii. 26; D'Annib. l. c.

possit, modo eum sine fraude adeant, absolutio eis dari potest ab alio Episcopo, licet in loco absolutionis qua censurati publice noti sint. Indistincte enim Concilium in casu loquitur. Dico *per se*. Nam cum peregrini in Sacramento Pœnitentiæ subditi Episcopi loci fiant, hic vi cap. *Liceat* (cfr. n. 141) eos potest absolvere a censuris *occultis* (cfr. supra n. 23) et quidem non solum a jure Episcopo reservatis, sed etiam a diœcesanis modo *in his* non in fraudem legis reservationis eum adierint. Nam etsi verba Concilii: *etiam Sedi Apostolicæ reservatis*, in concessionibus et indultis non comprehendant casus et censuras Episcopis reservatas,[1] tamen ea in prædicto capite ita recepta sunt usu et consuetudine, quæ conferre solet jurisdictionem, prout hoc testatur præsertim Bonacina[2] et docet S. Alph. *de Priv.* n. 35, ubi, teste Marc l. c., habetur doctrina, a S. Doctore ultimo, scil. in ed. 8, emendata.[3]—Excipit tamen Bonacina censuratos per sententiam particularem, quia tum crimen non amplius occultum est.—*Addit autem Barbosa*:[4] "Si contingat delictum in una civitate esse publicum vel per facti notitiam vel quia in judicio confessum vel quia *per judicis sententiam probatum*, in alia vero civitate, in qua petitur absolutio vel dispensatio ab irregularitate, esset occultum, tunc licebit Episcopo absolvere vel dispensare, modo notitia talis delicti non sit illuc facillime perventura, quia in tali loco delictum vere dicitur occultum."

NOTA. Simplex confessarius censuras *occultas ab* Episcopo peregrini reservatas absolvere nequit, nisi vi facultatis ex cap. *Liceat* sibi communicatæ. Attamen quia hæc facultas etiam generaliter delegari potest, ille Sacerdos, cui Episcopus concessit, ut exceptis casibus diœcesanis ab *omnibus peccatis* absolvere possit, etiam implicite obtinuisse censetur facultatem absolvendi a censuris occultis, *hisce peccatis* adnexis. Peccatum enim de jure absolvi nequit, nisi sublata censura. Ita S. Alph. in Opere: *Istruzione e*

[1] S. Alph. vi. 594, Dub. 8 ex Decis. S. C. C. 24 Jan. 1712 et (rectius) 29 Nov. 1710 ac Bened. XIV.

[2] *De Cens.* disp. 1, qu. 3, punct. 2, n. 5 et 6, *de Sacr. Pœn.* disp. 5, qu. 7, punct. 5, § 2, n. 13.

[3] Consentit Bucceroni: *Inst. th. mor.* vol. i. n. 115, 6.

[4] *De Off. et pot. Episc.* pars ii. Alleg. 39, n. 27.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pratica cap. xvi. n. 135, (*Avvertenza*) quæ adnotatio in ejusdem Operis versione latina i. e. *Hom. Apost.* quidem omissa est, at ex hoc solo non potest considerari tanquam a S. Doctore rejecta.[1]

VII. Quod *usum* facultatum absolvendi attinet, nota: **a.** *Supplica*, servatis illis quæ pro diversitate fori requiruntur (n. 17. et 18.) continere debet: 1. quot specie diversas censuras aliquis incurrerit, et quoties eandem;—2. causam. Hæc præsertim consistit in emendatione censurati, in qua implicite continetur petitio absolutionis (S. Alph. vii. 130.). De absolutione non emendatorum et invitorum vide S. Alph. l. c.;—3. Varias circumstantias, ut relapsum in censuram post absolutionem ab ea obtentam, an censura sit publica vel occulta etc. **b.** In *executione* facultatum: 1. observandæ sunt clausulæ (cfr. n. 13.). In specie reus ante absolutionem debet *α. parti læsæ satisfacere* et si tunc nequeat, de hoc cautionem præstare; quodsi nec hoc facere possit, jurare se quam primum satisfacturum, nisi ob impotentiam perpetuam sit excusatus;[2]—*β. scandalum* meliori quo potest modo juxta prudens Ordinarii vel confessarii arbitrium reparare[3] et *occasionem* peccati removere;—*γ.* jurare de *crimine non amplius perpetrando*, si illud sit valde enorme, ut notoria percussio Episcopi, gravis percussio clerici, scandalosa Ecclesiæ violatio etc.;[4]—*δ.* si in foro conscientiæ absolvitur a censura, quam incurrisse declaratus est in foro Episcopi, promittere se quam primum hunc aditurum ejusque mandatis obediturum esse;[5]—*ε.* acceptare *salutarem pœnitentiam*, ratione censuræ ab executore impositam, quæ delicto congrua sit oportet juxta pœnitentis conditionem, ætatem, infirmitatem, officium, sexum etc. (Cfr. dicta n. 82);—*ζ.* moneri de *reincidentia*, si hæc a jure post const. *Apostolicæ Sedis* (n. 143.) aut ab homine (scil. a legislatore) sub quibusdam adjunctis imposita est. (Sacerdos, censurandi facultate non præditus, *ex se* ad reincidentiam absolvere nequit.)

2. *Formula*, qua absolutio pronunciatur, nulla quidem quoad valorem est præscripta. Sufficit, si persona absolvenda, crimen

[1] Konings *Comp.* n. 1403, qu. 7.—Craisson *Man.* n. 1612.
[2] S. Alph. vii. 128.
[3] S. Pœn. 10 Dec. 1860 ap. *Act. S. Sed.* i. 565.
[4] S. Alph. vii. 129.
[5] Vide infra Not. 1.

et censura determinantur. At de more *α.* pro *foro externo* adhibetur illa in *Rit. Rom.* (de Sacr. Poen.)[1] solemnis reconciliatio, quæ ab Episcopo fit, invenitur in *Pont. Rom.* Pars iii.

β. in *foro interiori* confessarius habens facultatem absolvat juxta formam communem, præscriptam in absolutione sacramentali. Ita *Rit. Rom.*—Si *absolutio a censuris et peccatis simul* datur dici potest: "*Dominus noster etc. te absolvat et ego auctoritate ipsius et auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata absolvo te imprimis a vinculo* (*excommunicationis quam incurristi ob . . .*) *et ab omni alio vinculo excomm.*, (*susp.*) *et interdicti. Deinde ego te absolvo a peccatis tuis. In nomine. . . .*" *Passio. . . .*

Nota. 1. Nisi prudentia aliud suadet, in foro conscientiæ ii quoque absolvi possunt, quorum casus eo quod ab Episcopo censuram Papæ reservatam incurrisse publice declarati sunt, ad forum externum est deductus,—attamen debitis tantum concurrentibus dispositionibus et sub promissione parti læsæ satisfaciendi, obediendi Episcopo et quam primum eum adeundi pro *absolutione in foro externo*[2] *aut pro ratihabitione absolutionis concessæ*, et interim se habendi ac si non sint absoluti.—(Cfr. supra n. 18 a.)—Dico: *aut pro ratihabitione* etc. Nam juxta declarationem S. C. C. in Compsana 14 Junii 1591 et alias,[3] *potest* judex ecclesiasticus absolutionem in foro conscientiæ datam etiam pro foro exteriori ratam habere, nisi hoc redundet in præjudicium partis.[4] At vero omissio absolutionis pro foro externo in præsentibus rerum circumstantiis numquam redundat in præjudicium partis, quando de reconciliatione pro foro interno constat. Ideo absolutio pro foro externo in multis locis ex usu recessit, prout testatur Aichner (p. 182), si tamen excipias absolutionem neo-conversorum.—Quare Episcopus etiam eos, qui sponte se reos confitentur (e. gr. copulati coram præcone hæretico, dispensationem petendo), et ex hoc judicialiter in foro externo absolvi possent, remittere potest ad forum conscientiæ, ut absolvantur vi facultatis præcedentis aut præsentis Articuli.—Item ex dictis sequitur, eos, qui Confessionem Sacramentalem peregerunt, ob crimen, cui excommunicatio imposita est, non facile esse inquie-

[1] Percussio humeri cum virga apud nos prudenter omittitur. Konings n. 1671.
[2] *Coll. Prop.* n. 996.
[3] Ferraris sub v. *Excommunicatio* art. viii. n. 4.
[4] De fide præstanda Sacerdoti testanti cfr. n. 19.

tandos. Præsumptio enim stat pro valore actus sive ex eo quod confessarius censuram a pœnitente incursam non invenerit sive quod facultate obtenta ab ea absolverit. Ex quo explica Resp. S. Off. de 18 Maji 1892 ap. *Act. S. Sed.* xxv. p. 118 et *Coll. Prop.* n. 2202. (Cfr. supra n. 47.)

2. Si necesse est, eo quod censura fuerat publica, Sacerdos absoluto in scriptis fidem facere potest absolutionis datæ (præhabita ejus licentia, si in confessione eum absolvit) allegans simul facultatem, vi cujus absolvit. *Formula* hæc esse potest:

Ego infrascriptus, confessarius ab Illmo ac Rmo Dno Episcopo N. vigore facultatum ex Formula I. mihi communicatarum fidem facio, qualiter audivi confessionem sacramentalem N. N. illique in forma Ecclesiæ consueta absolutionem impertitus sum (e. gr.) *ab excommunicatione, quam ipse N. incurrit* (ob talem causam). *In quorum fidem hoc scriptum dedi in loco N. die . . . , mense . . . , anno . . . ego.*

N. N.

3. Absolutio a censura concedi potest, imo aliquando (e. gr. si quis invalide fuisset absolutus ob defectum facultatis) *debet* absenti et ignaro (absque litteris ei missis). Cfr. Lehmkuhl ii. 876, 3.—At tum facultates ex Pag. S. Pœn., utpote exercendæ in confessione, adhiberi nequeunt, neque, si absolvendus est extra Diœcesin, facultates Form. I. Art. 16.—Confessarius ergo tum ficto nomine pœnitentis ad S. Sedem recurrere debet.

4. Si confessario casus reservatus occurrit, recogitet prius, annon pro bono spirituali pœnitentis melius sit, eum remittere ad Superiorem, quamvis facultatem eum absolvendi habeat.—Male agunt ii confessarii, qui de reservatione nihil dicentes et in criminibus enormibus, pro quibus S. Sedes majorem imponit pœnitentiam, leviori pœnitentia absque causa sufficienti imposita, absolutionem monitione vix data concedunt.

VIII. In casibus singularibus videndum est, an censura fuerit revera incursa, an reservatio adsit, et annon alias fuerit sublata. Nimirum

a. A censura excusat. 1. *ignorantia* sive facti sive juris, quæ non est graviter culpabilis; si vero in decreto censuræ legitur: *qui hoc fecerit scienter* vel *consulto* vel *temere* vel *qui præsumpserit* (cfr. Const. *Ap. Sed.* § I. n. 2 scienter legentes, § II. n. 5 immunitatem ausu temerario violare jubentes, § III. Religiosos præsumentes sacramentum ministrare etc.), excusat etiam ignorantia graviter culpabilis seu crassa, imo probabiliter etiam

affectata,[1] ita ut censuram ille tantum in hoc casu incurrat, "qui hæc facit prudens et sciens";[2] 2. *ætas infirma*, ex qua impuberes (pueri ante annum decimum quart., puellæ ante duodecimum completum) excusantur a censuris a jure latis,[3] excipe si in monasterium Monialium ingrediunter et secundum sententiam communiorem, quam tamen plures, ut D'Annibale,[4] impugnant, si Clericum percutiunt;—3. *metus talis*, ut excuset a culpa violantes præceptum, licet divinum, si foret ecclesiasticum et lex non aliter (e. g. in duello) disponat;[5]—4. *actus imperfectus*, ex quo a censura (et reservatione) excusantur ii, quorum peccatum non est interne et externe grave—in sua specie consummatum—et ita certum, ut non remaneat *prudens* dubium, an sit patratum,—an interne et externe grave,—an in sua specie consummatum,—an a pubere commissum,—an sub reservatione comprehensum.[6]

b. *Reservatio tollitur:* 1. per confessionem, in qua peccatum reservatum accusatur, etiam nullam, imo sacrilegam (modo non fuerit pro Jubilæo lucrando) factam habenti facultatem;[7]—2. per confessionem validam, factum habenti facultatem, licet pœnitens casus reservati (inculpabiliter tamen) obliviscatur, excipe, quando *positive* præsumitur, quod, si facultatem habens audivisset peccatum, absolutionem distulisset;[8] aut quando in Jubilæo confessio facta est sine animo illud lucrandi; e contra tollitur reservatio in Jubilæo per confessionem cum hoc animo coeptam tantum;[9]—3. per confessionem peccati *dubie* reservati, factam non habenti facultatem, etiamsi id postea noscatur ut *certe* reservatum.[10]

§ 2. De Sacerdote, qui propter Absolutionem sui Complicis in Peccato turpi Excommunicationem S. Pontifici specialissime reservatam incurrit.

Notitiæ præviæ. Ut excommunicatio, de qua in casu, incurratur, requiritur: I. vera *complicitas* confessarii cum pœnitente (fœmina,

[1] S. Alph. *H. ap.* xix. n. 8.
[2] S. C. S. Off. 1 Febr. 1871 ap. Zit. *App.* p. 470.
[3] S. Alph. vii. 14. [4] Vol. i. n. 367.
[5] S. Alph. vii. 46. [6] S. Alph. vii. 34 seq.
[7] S. Alph. vi. n. 598, qu. iii. iv. et 537, qu. 2. Quoad confessionem in articulo mortis cfr. supra n. 143.
[8] S. Alph. vi. 597. [9] Ib. n. 537. qu. 4. [10] Ibid. vi. 600.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

viro, puero) in peccato turpi seu peccatum *certo interne et externe grave* ex utraque parte contra sextum præceptum *mutuo commissum* licet solo aspectu, tactu, colloquio turpi[1]—aut ante susceptum sacerdotium;[2]—II. ut confessarius complicis confessionem non tantum audiat, sed eum etiam absolvat, sive deliberate, sive *ex ignorantia crassa*,[3] licet *ficte* tantum[4] (scil. simulatione tali, ut pœnitens in errorem inducatur[5]) a complicitatis peccato *in confessione declarato*[6] aut etiam, eo quod confessarius absolvens complicem ad hujus peccati reticentiam sive directe sive indirecte induxit, *non declarato*,[7] et nondum in alia confessione directe et valide absoluto.[8]—Excipe: **a.** si in articulo vel periculo mortis alius licet simplex Sacerdos ad audiendam complicis confessionem aut omnino non aut non sine periculo scandali vel infamiæ, quod a Sacerdote complice præcaveri nequit, advocari potest aut pœnitens apud alium confiteri vel alius confessarius præsens confessionem moribundi audire absolute non vult;[9]—**b.** probabiliter si complicem, urgente præcepto confessionis, alteri absque gravis infamiæ vel scandali periculo confiteri non valentem indirecte tantum a peccato complicitatis absolvit simulque eum admonet de obligatione illud postea alii confessario confitendi;[10]—**c.** si Sacerdos (ut patet) expositis rationibus, cur persona complex ad alium confessarium mitti nequeat, a S. Pœn. facultatem, eam absolvendi obtinuit.[11] (Formula: Titius Sacerdos petit facultatem [quam alias numquam petivit] absolvendi complicem. Causa est . . .)—His prænotatis quoad præfatum Sacerdotem, excommunicatione innodatum addendum:

146.—I. Si censuram absque scandalo et infamia observare potest, quod rarum erit, juxta dicta n. 144, recurrere debet ad S. Pœnit. tum pro absolutione ab ea tum pro dispensatione ab irregularitate ob violationem censuræ forsan incursa, idque per

[1] S. Alph. vi. 554; S. Off. 28 Maji 1873 ap. *N. R. Th.* x. p. 118.
[2] S. Pœn. 22 Jan. 1879 ap. Marc n. 1780.
[3] S. Off. 13 Jan. 1892 ad iii. ap. *A. E. Rev.* 1892, vi. 472.
[4] S. Pœn. 1 Martii 1878 et S. Off. 10 Dec. 1883 ap. *N. R. Th.* xvi. 365 et 366.
[5] Ita Corre p. 198 et Schneider-Lehmk. *Manuale*.
[6] S. Pœn. 16 Maji 1877 ap. Marc n. 1783.
[7] S. Pœn. 19 Febr. 1896 ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 444.
[8] S. Alph. vi. 555.
[9] Ibid. vi. 553; Konings *Comp.* n. 1405, qu. 5.
[10] Marc l. c. cum aliis.
[11] Berardi: *Prax. Conf.* n. 1080.

confessarium, tecto nomine.—Attamen secundum dicta n. 144, **b.** talis Sacerdos aliquando manente censura potest *indirecte* absolvi ab hoc peccato.

II. Pro casibus, in quibus evidens periculum scandali vel infamiæ absolutionem talium Sacerdotum urget, tum alii in aliis locis[1] tum etiam nostri Episcopi per S. C. de Prop. F. 24 Jan. 1868 facultatem per se aut per Vicarium Generalem exercendam et idoneis confessariis etiam a Vicario Generali delegabilem acceperunt, eos absolvendi et ab irregularitate per violationem hujus censuræ forsan incursa dispensandi, "injuncta pro modo culparum congrua pœnitentia salutari quodque ab audiendis personæ complicis confessionibus omnino abstineant aliisque injunctis de jure injungendis"—"sub ea tamen lege, ut sic absoluti et dispensati *infra duos menses vel aliud congruum tempus a dispensante decernendum directe vel per medium confessarii suppressis nominibus ad S. C. de P. Fide* recurrere eique explicare, quot personas complices . . . et quoties a peccato complicitatis absolverint, et mandatis ejusdem S. C. . . obedire teneantur; sub reincidentia, si contravenerint."[2]—At tum ante tum præsertim post Resp. S. Off. de 23 Junii 1886 (cfr. n. 144) facultas hæc Episcopis, pro ejus concessione supplicantibus quoad tempus et modum recursus ad tramites juris nunc communis mutata quasi ad cautelam adhuc conceditur. Dicitur enim (cæteris remanentibus ut prius): "ut . . . *infra mensem* a recepta absolutione *per medium confessarii ad S. Pœnitentiariam* recurrere . . teneantur" etc.[3]—Idem at nullo modo largius indultum habet Excellmus noster D. *Delegatus Apostolicus*, prout ejus Rmus D. Auditor hoc mihi benigne manifestavit.—Unde licet per *hanc* facultatem nihil ultra jus commune (n. 144) concessum sit, tamen confessarius, si aliquomodo dubitat, an sufficiens periculum scandali vel infamiæ pro danda absolutione adsit, ad tuto procedendum bene poterit recurrere pro facultate ad Episcopum aut Vic. Gen., aut Delegatum Apostolicum qui ex ea, utpote late interpretanda, facilius absolutionem concedere poterunt. Si vero *evidens* periculum scandali vel infamiæ

[1] *Coll. Miss.* n. 519, 520.
[2] *C. Pl. B. II.* p. cxlvi.
[3] *Zeitschr. f. k. Theol.* 1891, p. 178.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

absolutionem *urget*, confessarius Sacerdotem absolvere potest secundum jus commune (ut supra) eumque etiam ab irregularitate vi facultatis ex Form. I. Art. 2, sibi communicata dispensare injunctis reliquis, ut sub n. 144. Verum in recursu ad S. Sedem de irregularitate et dispensatione ab ea data, ut contra alios puto, nihil dicendum esse videtur. Ejus enim mentio nec in facultate Episcopis concessa et modo allegata præscribitur.—Si dein prout quandoque facile accidere potest, ex recursu ad Episcopum pro facultate obtinenda sigillum periclitaretur, hic, ut patet, omnino omittendus est.

Formula recursus ad Card. Pœnitentiarium Maj. hæc vel similis esse potest:

Eminentissime Princeps.

Cajus, Confessarius (Parochus), a censuris propter absolutionem complicis in re turpi incursis, cum eas absque evidenti periculo infamiæ et scandali observare non potuisset, *vi facultatis Episcopo suo* (*vel* Delegato Apostolico) per indultum Apostolicum specialiter ad hoc *concessæ* absolutus est; jam vero ad normam ejusdem indulti et Decreti S. Off. de 23 Junii 1886 Eminentiæ Tuæ Reverendissimæ notum facit, se unum tantum eumque semel (duos, tres etc. primum semel; secundum semel, bis . . .) absolvisse, necnon facti sincere pœnitentem nunc omnino paratum esse ad quæcumque mandata exequenda, quæ Tibi, Princeps Eminentissime, placuerit injungere et transmittere.

Summa, qua par est, reverentia etc. (ut n. 94, Form. V.).

Nota. **a.** Si confessarius non vi facultatis ab Episcopo (vel a Delegato Apostolico) obtentæ absolvit, sed juxta Decr. S. Off. de 23 Junii 1886, loco verborum: "vi facultatis . . . concessæ," ponendum est: "secundum Decretum S. Rom. et Univ. Inquisitionis dd. 23 Junii 1886 a confessario rite approbato,"—loco: "ejusdem indulti" etc. dici debet: "ejusdem Decreti."—Si vero in periculo mortis absolutus fuit, omissis verbis: "*cum eas* . . . 23 *Junii* 1886," dicat: "in mortis articulo absolutus est; jam vero Eminentiæ etc."—Si ob censuræ violationem irregularis factus est, et dispensationem non obtinuit, hoc exprimat post verbum: *transmittere* modo ut infra **b.**—Item exprimenda est reincidentia, si accidit ex dilatione graviter culpabili post absolutionem in casibus sub II. expositis aut post adeptam valetudinem, dicendo in fine: "Demum

idem Cajus eo quod nimium distulerit juxta monitionem confessarii ad hoc S. Tribunal recurrere et hac de causa in eandem censuram reinciderit (eamque violando irregularis factus sit), humiliter rogat, ut sibi, de hac re ex animo dolenti, benigne absolutio (et ab irregularitate dispensatio) detur."

b. Si a confessario ob rationem sub I. absolvi nequit, dicendum est: "Cajus, Confessarius (Parochus) excommunicationem incurrit eo quod complicem in re turpi absolvit. Jam vero facti pœnitens supplicat Em. V. Rmæ pro facultate, qua per Sacerdotem ab Ordinario approbatum possit absolvi, simulque notum facit, se . . ."—Quando ob violationem censuræ (quia non excusatus ratione gravis scandali, infamiæ etc. aut non rogatus actus Ordinis exercuit) irregularis factus est, addendum est: "Insuper præfatus Cajus enixe rogat, ut sibi ob censuræ violationem (pluries commissam cfr. n. 104, ii.) dispensatio ab irregularitate exinde contracta benigne concedatur."

c. Si complex in eadem domo vivat, hoc exprimendum est, addendo in fine: "Fatetur demum, se ob miseram necessitatem, quæ propter mala publica ex separatione certe oritura nunc superari nequit, complicem adhuc habere in sua domo, at vero cautelas pro posse adhibuisse contra relapsum in peccatum."—Item mentio est facienda absolutionis, si contigerit, jam prius ab eadem censura obtentæ. (Supra n. 70.)

d. In epistola ad S. Sedem infra Datam majus aliquod spatium relinquendum est, quia Responsum super eandem pagellam scribitur. De ejus transmissione cfr. n. 67.

III. Responsum S. Sedis mittitur sub directione, quæ in supplica apposita fuit. Involucrum (*envelope*) continet Mandatum sigillatum cum inscriptione: "Confessario ex approbatis ab Ordinario, ab Oratore electo vel eligendo." Unde executio fieri debet in confessione.

Ea, quæ in mandato continentur, hæc fere sunt: **a.** remotio occasionis turpiter peccandi cum persona complice vel personis complicibus—physica remotio, quando occasio est voluntaria; moralis vero, quando occasio est necessaria, et quidem, si de absolutione danda agitur, per se ante hanc;—**b.** confessarius complex debet complicem suum, si ad ipsum iterum accesserit, monere de nullitate præteritarum confessionum, eumque ad alium confessarium non complicem mittere;—**c.** item jubetur abstinere ab audiendis confessionibus personæ complicis,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quantum citra grave scandalum potest, ita ut graviter peccet, si contra agit;—**d.** injungitur, ut officium confessarii curet dimittere, si duos complices semel aut unum bis absolvit; et hoc quidem quamprimum, scil. intra tempus ab absolvente determinandum, non tamen ultra tres menses, si fuerit simplex confessarius, sin vero parochus, non ultra sex menses casu, quo tres aut plures complices aut unum ter vel pluries absolvit, differendum.

IV. Si Sacerdos, de quo agitur, ob causam gravem officium confessarii intra terminum præfixum nequit dimittere, per suum confessarium tota re exposita iterum tecto nomine recurrat pro remissione hujus obligationis aut pro prorogatione termini; idque repetat, si termino prorogato eadem causa persistat. Quodsi emendatus tandem videbitur, S. Pœn. concedet, ut officium confessarii servari possit.—Imo huic difficultati jam in prima supplica provideri potest exponendo causas, ex quibus dimissio officii confessarii sit impossibilis. Item si peccatum cum complice commissum consistebat in solis osculis, tactibus, sermonibus inhonestis, aut si absolutio data fuit ex inconsideratione potius quam deliberate, id in prima supplica declarare expedit, quia tum injunctiones benigniores esse solent.

V. Obligatio recurrendi primario spectat ad pœnitentem, secundario et ex charitate ad ejus confessarium. Unde si hic nollet aut non posset hoc onus in se suscipere nec alius confessarius facile adiri posset, pœnitens ipse tecto nomine id facere, et nomine suo in *directione* apposito Rescriptum acceptum ad alium confessarium pro executione deferre debet. (Cfr. n. 144.)

VI. Quodsi Sacerdos pœnitens ob urgens periculum scandali vel infamiæ absolutus mandato solo S. Pœnitentiariæ adhuc indiget, et eo quod confessarius ejus discedit (e. gr. tempore Missionis) verecundia extraordinaria aut alia de causa retinetur ab adeundo alium confessarium, tum ejus confessarius (aut etiam pœnitens) exponat in litteris has circumstantias (scil. difficultatem Sacerdotis pœnitentis in denuo aperiendo peccatum et in adeundo primum confessarium longe distantem) necnon conventionem factam de modo, *secreto* inter se communicandi, rogans, ut Emus Præfectus in forma gratiosa absque executore mandatum concedere dignetur. Responsum ad se missum, erit quidem pro foro conscientiæ tantum; at, pœnitenti extra confessionem simpliciter juxta conventionem initam

communicandum et post usum (scil. ad communicationem absenti Sacerdoti pœnitenti faciendam) comburendum.—Idem fieri poterit, quoad absolutionem a censura, si peccatorum absolutio a confessario ex quadam causa dari nequit;—necnon iterato fieri potest, quoad terminum prorogandum, infra quem munus confessarii dimitti jubetur, hoc autem ob gravem causam dimitti nequit.[1]

ARTICULUS XVII.

"CONCEDENDI INDULGENTIAM PLENARIAM PRIMO CONVERSIS AB HÆRESI, ATQUE ETIAM FIDELIBUS QUIBUSCUMQUE IN ARTICULO MORTIS, SALTEM CONTRITIS, SI CONFITERI NON POTERUNT."

(F. IV. a. 18; F. VI. a. 16.)

§ 1. Explicatio Articuli.

147.—Duplex facultas habetur in Art.: I. *pro conversis ab hæresi*, ergo non pro illis, qui convertuntur ab infidelitate et baptismum absolute accipiunt, utpote quo omnia dimittuntur; attamen pro omnibus conversis ab hæresi, eis quoque qui eam interne tantum commiserint at externe catholici permanserint; solummodo vero: "pro *primo conversis*," ergo non pro relapsis, si iterum convertuntur.—II. *Pro fidelibus, qui in articulo mortis* seu quod ei æquivalet, qui in mortis periculo sunt constituti (n. 143), sub conditione confessionis sacramentalis et si hæc fieri nequit, sub conditione contritionis. Utraque requirit interventionem Sacerdotis hanc facultatem habentis et indulgentiam applicantis. Formula applicationis non est præscripta et sufficit, si dicatur: *Auctoritate Apostolica ad hoc mihi concessa plenariam omnium peccatorum tuorum indulgentiam tibi impertior. In nomine Patris et Filii† et Spiritus Sancti. Amen.*[2]

§ 2. De Indulgentia Plenaria in Articulo Mortis in Specie.

148.—Hæc varie lucrifieri potest:

I. *Absque interventione Sacerdotis*:[3] per exercitationem variorum operum durante vita, quibus a Summis Pontificibus talis

[1] *N. R. Th.* xxii. p. 410 seq., xxiii. 634-641 et *Linz. Qu. Schr.* 1890, p. 878; 1894 p. 138.

[2] *Irish Record*, 1891, p. 1047.

[3] Ber. p. 511. (455).

quantum citra grave scandalum potest, ita ut graviter peccet, si contra agit;—**d.** injungitur, ut officium confessarii curet dimittere, si duos complices semel aut unum bis absolvit; et hoc quidem quamprimum, scil. intra tempus ab absolvente determinandum, non tamen ultra tres menses, si fuerit simplex confessarius, sin vero parochus, non ultra sex menses casu, quo tres aut plures complices aut unum ter vel pluries absolvit, differendum.

IV. Si Sacerdos, de quo agitur, ob causam gravem officium confessarii intra terminum præfixum nequit dimittere, per suum confessarium tota re exposita iterum tecto nomine recurrat pro remissione hujus obligationis aut pro prorogatione termini; idque repetat, si termino prorogato eadem causa persistat. Quodsi emendatus tandem videbitur, S. Pœn. concedet, ut officium confessarii servari possit.—Imo huic difficultati jam in prima supplica provideri potest exponendo causas, ex quibus dimissio officii confessarii sit impossibilis. Item si peccatum cum complice commissum consistebat in solis osculis, tactibus, sermonibus inhonestis, aut si absolutio data fuit ex inconsideratione potius quam deliberate, id in prima supplica declarare expedit, quia tum injunctiones benigniores esse solent.

V. Obligatio recurrendi primario spectat ad pœnitentem, secundario et ex charitate ad ejus confessarium. Unde si hic nollet aut non posset hoc onus in se suscipere nec alius confessarius facile adiri posset, pœnitens ipse tecto nomine id facere, et nomine suo in *directione* apposito Rescriptum acceptum ad alium confessarium pro executione deferre debet. (Cfr. n. 144.)

VI. Quodsi Sacerdos pœnitens ob urgens periculum scandali vel infamiæ absolutus mandato solo S. Pœnitentiariæ adhuc indiget, et eo quod confessarius ejus discedit (e. gr. tempore Missionis) verecundia extraordinaria aut alia de causa retinetur ab adeundo alium confessarium, tum ejus confessarius (aut etiam pœnitens) exponat in litteris has circumstantias (scil. difficultatem Sacerdotis pœnitentis in denuo aperiendo peccatum et in adeundo primum confessarium longe distantem) necnon conventionem factam de modo, *secreto* inter se communicandi, rogans, ut Emus Præfectus in forma gratiosa absque executore mandatum concedere dignetur. Responsum ad se missum, erit quidem pro foro conscientiæ tantum; at, pœnitenti extra confessionem simpliciter juxta conventionem initam

communicandum et post usum (scil. ad communicationem absenti Sacerdoti pœnitenti faciendam) comburendum.—Idem fieri poterit, quoad absolutionem a censura, si peccatorum absolutio a confessario ex quadam causa dari nequit;—necnon iterato fieri potest, quoad terminum prorogandum, infra quem munus confessarii dimitti jubetur, hoc autem ob gravem causam dimitti nequit.[1]

ARTICULUS XVII.

"CONCEDENDI INDULGENTIAM PLENARIAM PRIMO CONVERSIS AB HÆRESI, ATQUE ETIAM FIDELIBUS QUIBUSCUMQUE IN ARTICULO MORTIS, SALTEM CONTRITIS, SI CONFITERI NON POTERUNT."

(F. IV. a. 18; F. VI. a. 16.)

§ 1. Explicatio Articuli.

147.—Duplex facultas habetur in Art.: I. *pro conversis ab hæresi*, ergo non pro illis, qui convertuntur ab infidelitate et baptismum absolute accipiunt, utpote quo omnia dimittuntur; attamen pro omnibus conversis ab hæresi, eis quoque qui eam interne tantum commiserint at externe catholici permanserint; solummodo vero: "pro *primo conversis*," ergo non pro relapsis, si iterum convertuntur.—II. *Pro fidelibus, qui in articulo mortis* seu quod ei æquivalet, qui in mortis periculo sunt constituti (n. 143), sub conditione confessionis sacramentalis et si hæc fieri nequit, sub conditione contritionis. Utraque requirit interventionem Sacerdotis hanc facultatem habentis et indulgentiam applicantis. Formula applicationis non est præscripta et sufficit, si dicatur: *Auctoritate Apostolica ad hoc mihi concessa plenariam omnium peccatorum tuorum indulgentiam tibi impertior. In nomine Patris et Filii† et Spiritus Sancti. Amen.*[2]

§ 2. De Indulgentia Plenaria in Articulo Mortis in Specie.

148.—Hæc varie lucrifieri potest:

I. *Absque interventione Sacerdotis*:[3] per exercitationem variorum operum durante vita, quibus a Summis Pontificibus talis

[1] *N. R. Th.* xxii. p. 410 seq., xxiii. 634-641 et *Linz. Qu. Schr.* 1890, p. 878; 1894 p. 138.

[2] *Irish Record*, 1891, p. 1047.

[3] Ber. p. 511. (455).

gratia concessa est, de quibus cfr. *Raccolta*—per res devotionales, e. gr. crucifixos, quibuscum indulgentiæ Papales sunt conjunctæ[1]—per aggregationem in Confraternitates approbatas et a Summo Pontifice indulgentiis ditatas—per Rescriptum gratiæ in hunc finem a S. Pontifice obtentum—et demum *quoad nostras et reliquas Missionum regiones* ex concessione Clementis XIV. per S. Congr. de Prop. Fide die 5 Apr. 1772 evulgata,[2] in quæ dicitur:

"Quoniam autem facile continget, ut aliqui ex . . . . . Christifidelibus" (in locis Missionum degentibus) "ex hac vita decedant, quin Ecclesiæ Sacramentis fuerint muniti, et absque Sacerdotis cujuslibet assistentia, ideo Ss." (Clemens XIV.) "ex ubere Apostolicæ benignitatis fonte, etiam illis plenariam indulgentiam elargitur, si contriti nomen Jesu corde saltem invocaverint, et mortem de manu Domini ea, qua decet, Christiana animi demissione et spiritus humilitate susceperint, animamque in manus Creatoris sui commendaverint.—Quæ postrema Decreti pars ut Christifidelibus omnibus innotescat, eam in suis Diœcesibus ac Missionibus Antistites et Superiores memorati" (scil. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Vicarii Apostolici, necnon Præfecti seu Superiores Missionum tam Cleri Sæcularis quam Regularis) "identidem et præsertim sanctæ visitationis tempore publicare curent ac satagant."

II. *Cum interventione Sacerdotis*, qui, ut in præsenti Art., indulgentiam plenariam adhibita formula et præhabita facultate applicat aut ex speciali indulto crucem a Summo Pontifice ipso aut Sacerdote ad hoc delegato benedictam decumbenti osculandam præbet,[3] aut, prout de more est, una *cum benedictione Papali* indulgentiam plenariam concedit.

149.—III. *Benedictio Papalis seu Apostolica in articulo mortis*[4] est ultimum vale seu ultima benedictio, quam pia Mater

[1] Ad indulgentiam vi crucifixi pro articulo mortis benedicti lucrandam requiritur, ut *a.* Sacerdos pollens facultate impertiendi benedictionem apostolicam in articulo mortis haberi non possit, et *b.* moribundus osculetur vel tangat crucifixum ei porrectum. Ita cl. Melata in *Analect. eccl.* 1895 p. 475.

[2] *Coll. Miss.* n. 643; Bucceroni: *Enchiridion*, p. 264; *Coll. Prop.* n. 1135.

[3] Ber. ed. 10. p. 315.

[4] De benedictione Papali extra articulum mortis cfr. infra n. 181.

Ecclesia filio suo decedenti una cum indulgentia plenaria impertitur.

NOTA. Pridem hæc benedictio vocabatur etiam *Absolutio generalis*, at post Decretum de anno 1882, quo formulis diversis una substituta est,[1] hoc nomine illæ absolutiones tantummodo designantur, quæ certis *Regularibus* ex privilegio speciali semel aut pluries per annum super transgressionem votorum et Regularum una cum indulgentia plenaria conceduntur.[2]

Quoad benedictionem Papalem in articulo mortis nota:

a. Facultas, vi cujus dari potest, a Summo Pontifice conceditur: 1. Episcopis petentibus et quidem pro toto tempore sui muneris cum facultate subdelegandi pro necessitate suæ Diœcesis etiam pluribus Sacerdotibus, quin post Episcopi subdelegantis decessum facultas expiret, at pro commorantibus in Diœcesi tantum et quoad Moniales, ut eis applicetur per earum confessarium ordinarium tantum.[3] Cfr. Bened. XIV. Const. *Pia Mater* 5 Apr. 1747;[4] 2. plerisque Ordinibus Religiosis per indulta specialia; item multis Confraternitatibus; 3. in locis Missionum Bened. XIV. in Const. *Apostolicum ministerium* de 30 Maji 1753, § 23, hanc facultatem concessit Vicariis Apostolicis Angliæ. Clemens XIV. vero per Litteras S. Congr. de Prop. Fide 5 Apr. 1772[5] generalem concessionem promulgavit hujus tenoris:

"Ne Christifidelibus, in locis Missionum in qualibet Orbis parte degentibus, et in ultimo vitæ discrimine constitutis ea spiritualia auxilia desint, quæ Catholica pia Mater Ecclesia filiis suis a sæculo recedentibus solet misericorditer impertiri, Ss. D. N. Clemens PP. XIV. pro eximia charitate qua illos paterne complectitur, omnibus et singulis RR. PP. DD. Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Vicariis Apostolicis necnon RR. Præfectis seu Superioribus Missionum, tam Cleri Sæcularis quam Regularis, in locis Missionum, ut supra, modo existen-

[1] *Decr.* p. 410–414.

[2] Ber. p. 512 (456) et infra n. 181, nota.

[3] *Decr.* n. 237 ad 9, et *Rescr.* n. 408.

[4] *Decr.* p. 471 seq.

[5] *Coll. Miss.* n. 643; Bucceroni *Enchir.* p. 204; *Coll. Prop.* n. 1135; Ber. ed. 10. p. 462.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tibus seu quocumque tempore exstituris, peramanter concedit facultatem, impertiendi Benedictionem cum Indulgentia plenaria fidelibus prædictis ad extremum agonem redactis, cum ea etiam extensione, ut facultatem hujusmodi Sacerdotibus et respective Missionariis eorum jurisdictioni subjectis pro locis tamen suarum Diœcesium vel pro Missionum districtibus tantum, communicare possint et valeant, dummodo in hac Benedictione impertienda servetur formula præscripta a s. m. Bened. XIV. in Const. *Pia Mater.*"

b. Benedictio hæc, si excipias excommunicatos, impœnitentes et in manifesto peccato mortali decedentes, *danda est cuique fideli*, qui eam aut petivit aut probabiliter petiisset, antequam sensibus destituebatur, etiam illis, qui culpabiliter ab incepto morbo Sacramentis non fuerant refecti,[1]—pueris, qui propter suam ætatem S. Communionem non receperunt, dummodo peccare potuerint,[2] et etiam ad mortem condemnatis.[3]

c. *Conditiones* pro hac benedictione recipienda, præter intentionem, ut sub **b.**, sunt sequentes: 1. *Ex parte recipientis: a.* ut *sit in periculo mortis*, non tamen requiritur, ut hoc periculum immineat;[4] unde semper saltem dari potest, quando administrari potest Extrema Unctio;[5] *b.* ut, si potest, confiteatur et communicet,[6] si non potest, conteratur;—SS. Nomen Jesu, si non potest ore, saltem corde invocet[7]—mortem æquo et libenti animo de manu Dei suscipiat.[8]—In hoc juvandus est a Confessario, caute tamen et prudenter, ordinarie in confessione, non facile coram aliis.[9]

[1] *Decr.* n. 237 ad 5.
[2] S. R. C. 16 Dec. 1826, Gard. 4623; *Coll. Prop.* n. 1138.
[3] S. C. de Prop. F. 10 Aug. 1841 (*Coll. Miss.* n. 650 et *Coll. Prop.* n. 1141).
[4] S. C. Ind. 19 Dec. 1885 (*Acta S. Sed.* xviii. 414). Cfr. n. 143.
[5] S. Off. Jan. 1780 (*Coll. Miss.* n. 645 et *Coll. Prop.* n. 1137).
[6] Ber. p. 520. (458).
[7] Hoc pro ægroto mentis compote est conditio sine qua non. (Decr. n. 237 ad 7 et 23 Sept. 1892 ap. *Irish Record*, 1892. p. 1040. *Coll. Prop.* n. 1136.) Cfr. *Linz. Qu. Schr.* 1896 p. 130.
[8] Quod etiam conditio sine qua non est. (*Decr.* n. 237 ad 7.)
[9] Konings *Comp.* n. 1800; DeHerdt tom. iii. n. 209; *Irish Record*, 1892, p. 367 seq.

2. *Ex parte Sacerdotis* benedictionem dantis: *a.* ut habeat facultatem; *b.* ut adhibeat *formulam* benedictionis ex Const. *Pia Mater*, quæ habetur in Rit. Rom. et est præceptiva, non directiva tantum, ita ut nec libri deficientia excuset.[1] Hæc formula hodie post Decr. S. C. Ind. de 18 Martii 1879 et S. C. R. de 7 Maji 1882,[2] abolitis omnibus aliis formulis in diversis Ordinibus et Confraternitatibus adhibitis (nisi ex speciali privilegio de contrario constet, uti id constare videtur quoad Confraternitatem SS. Rosarii[3]) *pro omnibus* indiscriminatim sub pœna nullitatis adhibenda est, cum concessione tamen, ut pro Ordinibus Regularibus eorumque Tertiariis ad *Confiteor* nomen Sancti Fundatoris addi possit;—et quidem *integra*, ita ut, si benedictio Papalis statim post Viaticum et Extremam Unctionem conceditur, *Confiteor* in ea non omittatur, quamvis in hoc casu ter sit dicendum.[4] "Si vero infirmus sit ita morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur, dicens: *Dominus noster etc.*" Ita Bened. XIV. l. c. et Rit. Rom.—Ad vitandum contagium vero (et si mors proxime immineat) ex declar. S. R. C. de 8 Maji 1879[5] dicere sufficit: *Indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris et Filii † et Spiritus Sancti. Amen.*—Quodsi benedictio Papalis pluribus in periculo mortis constitutis simul danda est, sufficit, ut formula benedictionis, quæ incipit: *Dominus noster* super singulos singulariter dicatur, ea vero quæ præcedunt, ut monitio, *Confiteor* etc. semel in plurali fiant;[6] *c.* ut Sacerdos induat superpelliceum et stolam violaceam, cæteraque observet, quæ in Rituali habentur.[7]

d. Indulgentia plenaria ex benedictione Papali in *vero* articulo mortis et quidem *una tantum* a moriente pro se acquiritur;[8] ideo aliæ pro animabus defunctorum non lucrifiunt.[9]—Hinc in

[1] *Decr.* n. 286 ad 8. [2] *Decr.* n. 444.
[3] *Linz. Quart. Schr.* 1891, p. 332. Ber. ed. 10. p. 457, 466.
[4] *Decr.* n. 286 ad 5 et 6.
[5] *Acta S. Sed.* xxi. p. 509. Ber. ed. 10. p. 467.
[6] S. C. Ind. 10 Jun. 1884 ap. Ber. p. 524 (468).
[7] Konings l. c.; DeHerdt tom. iii. n. 212.
[8] *Decr.* n. 9 ad 1. n. 263 ad 2 et n. 286 ad 7. [9] Ber. p. 529 (473).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eadem permanente infirmitate licet diuturna eam semel tantum impertiri licet,[1] etsi infirmus eam accepit in statu peccati mortalis aut post acceptionem in peccatum relapsus est aut absolutionem vel etiam Extremam Unctionem iterum accepit.[2] —Ratio, cur prohibitum est, eadem infirmitate permanente benedictionem Papalem pluries impertiri, juxta Resp. S. C. Ind. 12 Mart. 1855 n. 362, in quo refertur ad Resp. de 5 Febr. 1841 n. 286, est, quia in eodem articulo mortis infirmus indulgentiam semel tantum lucrari potest. Unde si a moribundo non ex intentione, indulgentiam pluries lucrandi, benedictio Papalis pluries peteretur aut a Sacerdote daretur, sed ex alia e. gr. ad effectum securiorem reddendum aut si pluries conferretur ad excitandos pios affectus et ad certius procurandam pro indulgentia dispositionem, nihil fieret contra Decreta. Ita *Il Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. pag. 110. cum Melata (*Manuale de indulgentiis*, part. ii. sec. i. cap. i. art. 2). Præsertim cum tali intentione pluries benedictio Papalis dari posset moribundo, si hic ad eam ex pluribus titulis jus haberet, prout id testante Melata etiam nunc Romæ practicatur. Cfr. *Analecta eccl.* 1894, pag. 131, 225.

Nota.—De facultate Epporum Canadensium vide infra n. 249 ad 12.

ARTICULUS XVIII.

"CONCEDENDI INDULGENTIAM PLENARIAM IN ORATIONE 40 HORARUM TER IN ANNO INDICENDA DIEBUS EPISCOPO BENE VISIS, CONTRITIS ET CONFESSIS ET SACRA COMMUNIONE REFECTIS, SI TAMEN EX CONCURSU POPULI ET EXPOSITIONE SSMI SACRAMENTI NULLA PROBABILIS SUSPICIO SIT SACRILEGII AB HÆRETICIS ET INFIDELIBUS AUT OFFENSIONIS A MAGISTRATIBUS."[3]

(F. IV. a. 19; F. VI. a. 17.)

150.—Explicatio.

Facultas Art. supponit, Devotionem Quadraginta Horarum fieri ad formam Instructionis Clementinæ i. e. per quadraginta

[1] *Decr.* n. 237 ad 6, n. 300, n. 362 et S. R. C. ap. *Coll. Prop.* n. 1139.

[2] *Decr.* n. 257 ad 7.

[3] In *Form II.* conclusio Art. est: "**aut magistratibus offensum iri.**"

horas continuas etiam nocturno tempore. Quæ cum in his regionibus vix observari possit Patribus Conc. Plen. Balt. II. supplicantibus die 24 Jan. 1868[1] ea forma concessa est, quæ nunc ubique est in usu. De qua confer Wapelhorst *Comp. Lit.* n. 219; Beringer p. 260 (240). Indulgentiæ Devotionis Quadraginta Horarum etiam apud nos sunt: I. ind. plenaria (conditiones: confessio, Communio, preces coram SS. exposito semel saltem per tempus hujus devotionis fusæ, et oratio ad mentem S. Pontificis); II. indulgentia decem annorum et decem quadragen., toties quoties nova visitatio SS. instituitur. —Non requiritur pro his indulgentiis lucrandis, ut visitatio per horam protrahatur, neque ut unoquoque tridui die fiat. (Cfr. n. 182, Nota I.)

Nota. Devotio Quadraginta Horarum in concessione indulta fieri potest solummodo in "Ecclesiis et oratoriis publicis."[2] Pro ea in sacellis Monialium celebranda speciale indultum requiritur, quale 16 Dec. 1883 ad decennium concessum est Episcopis Provinciæ Neo-Eboracensis cum addito, "dummodo in dictis Ecclesiis vel sacellis possint fideles accedere ad adorandum SS. Sacramentum."[3]

ARTICULUS XIX.

"LUCRANDI SIBI EASDEM INDULGENTIAS."

(F. IV. a. 20.)

151.—Notandum.

Cum in Articulis 14, 17, 18 dicatur: *concedendi, largiendi*— et per hoc concedens et largiens excludi videatur, hanc facultatem addere opportunum visum est.

[1] Ib. n. 376 et p. cxlix. ad iv.

[2] *C. Pl. B. II.* n. 376, 1.

[3] *Act. et Decr. C. Prov. Neo-Eborac.* iv. p. 91, ix.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS XX.

"SINGULIS SECUNDIS FERIIS NON IMPEDITIS OFFICIO IX LECTIONUM, VEL, EIS IMPEDITIS, DIE IMMEDIATE SEQUENTI CELEBRANDO MISSAM DE REQUIE, IN QUOCUNQUE ALTARI, ETIAM PORTATILI, LIBERANDI ANIMAS SECUNDUM EORUM INTENTIONEM A PURGATORII PŒNIS PER MODUM SUFFRAGII."

(F. IV. a. 21; F. VI. a. 20.)

Conceditur in hoc Art. privilegium altaris personale. Præmitto igitur summarie notabiliora

§1. De Privilegio Altaris in genere.

152.—I. Notio.

Altare privilegiatum (seu privilegium altaris) est indultum S. Pontificis, ex quo anima in purgatorio detenta una cum Missa, quæ pro ea celebratur, indulgentiam plenariam consequitur, seu, ut dicit S. Alph. vi. 339: "Privilegium altaris in hoc consistit, ut ex indulgentiis sive fructibus, qui sunt in thesauro Ecclesiæ, liberetur a purgatorio anima, pro qua Missa in illo altari applicatur."

Unde **a.** Ex mente Pontificis et vi potestatis clavium anima per eam statim a purgatorii pœnis liberatur, effectus vero pendet a beneplacito et acceptatione divinæ misericordiæ.[1]

b. Indulgentia plenaria ex praxi Ecclesiæ *uni* animæ tantum applicari potest et quidem *ei solum, pro qua Missa applicatur.*[2] Quare si Missæ applicatio pro pluribus fiat, quoad indulgentiam saltem ea anima est seligenda, cui secundum Dei beneplacitum indulgentia erit impertienda.[3]

c. Indulgentia Missæ est annexa, ita ut facta Missæ applicatione pro defuncto, nulla requiratur quoad indulgentiam specialis intentio,[4] nec privilegii publicatio,[5] imo neque, uti

[1] *Decr.* n. 283 et S. C. de Prop. Fide 23 Martii 1844 ad 1 (*Collect. Miss.* n. 661. et *Coll. Prop.* n. 1117 seq.). De hoc cfr. Lehmkuhl ii. 181.

[2] S. C. S. Off. 8 Julii 1846 ap. *Coll. Prop.* n. 1124.

[3] Decr. de 18 Dec. 1885 (*Act. S. Sed.* xviii. 337); Decr. n. 348, 402; Ber. p. 456-461 (406-432); *Coll. Prop.* n. 1125.

[4] *Decr.* n. 366, 451; *Acta S. Sed.* xiii. p. 141. [5] *Decr.* n. 146.

videtur, status gratiæ Sacerdotis celebrantis.[1] Hinc lucratio hujus indulgentiæ certior est quam cujuscumque alius.

d. Ratione hujus privilegii non licet majus stipendium accipere.[2]

153.—II. Divisio.

Altare privilegiatum distinguitur in *locale* et *personale*, prout aut certo altari est annexum aut Sacerdoti conceditur sine respectu ad certum altare.

a. Quoad *locale* notandum est: 1. altare debet esse *fixum*, nisi in indulto expresse permittatur *portatile.*[3] Altare *fixum* in sensu *stricte liturgico* (seu ut fixum consecrabile) illud est, cujus pars superior seu mensa ex uno et *integro lapide*[4] ac cum stipite seu basi i. e. inferiori structura (sive hæc omni ex parte obstruatur sive ex lapideis columnis consistat) adeo calce conjuncta existit, ut lapis *consecratus* amoveri non possit. Ex quo de essentia est *lapis integer* durus et compactus, ut infra. Nam in aliquot Ecclesiis ipsius (Gnesnen.) Diœcesis altaria majora ceu fixa consecrata fuerunt, quorum mensa seu integra tabula lapidea nulla ex parte conjungitur structuræ lateritiæ inferiori. Quæritur: An ejusmodi altarium consecratio fuerit valida? S. R. C. resp. 8 Junii 1894: *affirmative.* Indulsit autem Rmo Episcopo de speciali gratia, ut altari jam consecrato addantur stipites lapidei, utque unctiones præscriptæ in angulis private iterentur, et mensa cum iisdem stipitibus conjungatur (ap. *Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. pag. 173.)—*At pro altari privilegiato sufficit*, si illius structura, sive lignea sive lapidea, parieti, columnæ aut pavimento stabiliter et inamovibiliter adhæreat, et in ejus medio lapis *consecratus*, etiamsi amovibiliter (i. e. altare portatile) ponatur.[5] Privilegium non huic lapidi inhæret, qui proin pro opportunitate cum alio mutari potest, sed altari determinato et in honorem alicujus Sancti specialiter dicato.[6]—Altare *portatile* seu *viaticum* est, "quod

[1] Ber. p. 439, 440 (408) cum Scavini et aliis. [2] *Decr.* n. 228.

[3] *Decr.* n. 234 ad 1, 295 ad 3, 318 ad 1 et 315.

[4] S. R. C. 20 Martii 1891. Diversas sententias cfr. ap. *Theol. Monatschr.* Passau, 1892, p. 695.

[5] *Decr.* n. 334 ad 1 et *Rescr. auth.* n. 405. [6] *Decr.* n. 324.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

constat tantum ex unico *lapide* integro tantæ magnitudinis, ut calicis pedem cum patena, saltem quoad majorem partem capere possit vel quod de uno in alium locum transfertur."[1]—Dicitur: *ex lapide* i. e. "ex vero lapide duro et compacto, etsi non marmoreo," aut "ex cemento satis duro," non autem "ex lapide pumiceo (*pumice-stone*) sive ex gypso aut alia simili materia."[2] (Cfr. infra n. 180.)

2. Indultum locale perit, si absque speciali facultate ad altare a designato diversum,[3] a fortiori, si in aliam Ecclesiam transfertur;—aut si imago, propter quam concessum est, destruiter;[4] non autem si altare destructum sub eadem invocatione de novo in eadem Ecclesia etsi non in eodem loco ædificatur et hoc etiamsi Ecclesia destructa, sed in eodem loco et sub eodem titulo reædificata fuerit.[5] Tempore tamen destructionis altaris indultum suspenditur. Nec obstat, si Sancto, cui altare primitus dicatum est, alii Sancti postea adduntur.[6]

3. Nequeunt recipi onera perpetua Missarum (fundationes) ad altaria privilegiata.[7]

4. Altare pro Missa dicenda debet esse consecratum. Unde indulto non fruitur celebrans in altari ob fractionem execrato, nisi ad hoc habeat indultum et rationes sufficientes. Cfr. n. 161 ad IV. Non autem requiritur, ut Ecclesia vel oratoria publica sint consecrata; sufficit, si sunt benedicta.[8]

5. In Ecclesia, in qua altare privilegiatum jam adest, aliud nisi de contrario expresse constet, erigi nequit—intellige: ejusdem tituli; nam erectionem altaris sub diverso intuitu id non prohibet.[9]

154.—b. Privilegium *personale* conceditur sine respectu ad altare, an sit fixum vel portatile,[10] dummodo sit consecratum (ut n. 153, 4.).—Sacerdos, qui habet privilegium per tres aut quatuor vices in hebdomada, et novum accipit ex diverso titulo e. gr. quia aggregatur Congregationi, quæ etiam gaudet dicto

[1] *Decr.* n. 334 ad 2.
[2] S. R. C. 24 Nov. 1885 et 29 Apr. 1887 (*N. R. Th.* xviii. 368, xx. 595).
[3] *Decr.* n. 234 ad 1 et 324.
[4] *Decr.* n. 334 ad 1.
[5] *Decr.* n. 84, 317.
[6] *Decr.* n. 148.
[7] *Decr.* n. 41.
[8] *Decr.* n. 193.
[9] *Decr.* n. 134, 218 ad 4, et 322.
[10] *Decr.* n. 351.

privilegio, simul frui potest hoc altero, nisi in indultis aliter disponatur.[1]

155.—III. Conditiones.

Conditiones ad lucrandum hoc privilegium præter expositas cognoscendæ sunt ex indultis. Generatim ex parte Sacerdotis non requiritur confessio, nec oratio ad intentionem S. Pontificis. Quoad Missam autem requiritur, ut pro privilegio tum locali tum personali fruendo celebretur *de Requie* diebus *non impeditis* i. e. permissis a Rubricis[2] aut per indultum obtentum[3]—et quidem in paramentis *nigri* coloris (*violacei* solum die 2 Nov., si eo die SSmum publicæ adorationi expositum est).[4]

Diebus vero impeditis quoad Missas privatas sufficit Missam de die aut votivam celebrare,[5] nisi adsit obligatio celebrationem transferendi ad diem non impeditum *ejusdem* hebdomadis. Hac obligatione Missæ celebrationem transferendi in dies non impeditos, *quatenus* in *eadem* hebdomade occurrunt, tenetur qui fruitur privilegio *personali* pro tribus vel quatuor Missis in singulis hebdomadibus,[6] non autem qui fruitur quotidiano. Nec adest hæc obligatio in privilegio locali, nec si indulgetur, ut in duplicibus Missa de Requiem bis vel ter per hebdomadam cantetur.[7] Quoad dies qui impediti sunt per ritum aut relationem ad diem obitus, conferantur Rubricistæ.[8]

§ 2. De Facultate præsentis Articuli.

156.—Explicatio.

Vi hujus Art. Episcopi nostri et Sacerdotes idonei, qui in eorum Diœcesi laborant, ex eorum communicatione, I. *altari*

[1] *Decr.* n. 272. Resp. S. C. Ind. 3 Dec. 1892 ap. *N. R. Th.* xxv. 264.
[2] *Decr.* n. 281 ad 2 et 3, n. 339 ad 1 et 2.
[3] *Decr.* n. 402 ad 2.
[4] S. R. C. (23) 27 Jul. 1868 ap. Gard. n. 5403.
[5] *Decr.* n. 218 ad 5, 233 ad 2, 404.
[6] *Decr.* n. 281, 339, 402.
[7] S. R. C. 15 Apr. 1880 ap. *Acta S. Sed.* xxi. 627. Ber. ed. 10 p. 427.
[8] Schober S. Alph. de Cærem. Miss. *App.* iv., cap. 3–5; Wapelhorst n. 31 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

privilegiato personali gaudent singulis *feriis secundis*, II. si *Missa lecta* de Requie non impeditur ob occurrentiam Officii ix lectionum ritus duplicis majoris vel duplicis primæ seu secundæ classis, aut per festum de præcepto servandum aut per vigiliam, feriam vel octavam privilegiatam; feria autem secunda ita impedita, privilegio frui possunt *feria tertia*. Si vero hæc quoque ita impedita est, III. "per celebrationem Missarum de festo occurrenti animabus in purgatorio detentis suffragari potest iisdem indulgentiis, perinde ac si essent celebratæ Missæ de Requie in formam privilegiorum."

Hunc esse genuinum sensum hujusce facultatis, patet ex variis declarationibus S. Sedis, sc. **a.** per verba: "celebrandi Missam de Requie . . . et liberandi animas" etc. intelligi privilegium altaris, docuit S. C. de Prop. F. 23 Martii 1844[1] ad iii.;—**b.** sub diebus "impeditis Officio ix lectionum"—dies supradictos tantum intelligi, non autem duplex minus declaravit S. R. C. 4 Sept. 1875;[2]—**c.** utraque die impedita privilegium acquiri per Missam diei, explicavit S. C. de P. Fide l. c. ad ii. —Difficultatem quoad duplex minus parere posset quod in Resp. S. C. de P. F. 27 Sept. 1843 ap. *Coll. Prop.* n. 911, legitur: "An per Officium novem lectionum, de quo agitur in facultate n. 20, intelligatur Officium duplex vel etiam Officium semiduplex?" ad quod eadem S. C. resp.: "Intelligitur Officium duplex; Officium vero semiduplex nonnisi iis diebus quibus juxta Rubricas Missæ defunctorum celebrari non possunt."—At difficultas evanescit consideranti, responsum datum fuisse juxta quæsitum, in quo de ritu et *qualitate* festorum duplicium nullus fuit sermo.—Itaque feria secunda et hac impedita, feria tertia in duplici minori Missa de Requie *legi* potest.

Nota 1. Facultatem "concedendi Indultum personale perpetuum altaris privilegiati ter in hebdomada, Presbyteris qui præfatum Indultum erunt petituri, ea tamen conditione, ut intuitu hujus privilegii nihil omnino præter consuetam eleemosynam percipiant," —habet etiam noster Excellmus D. *Delegatus Apostolicus* perdurante ejus commoratione in Stat. Foed. Am. Sept.

Nota 2. De indulto altaris privilegiati *localis* confer infra Form. C. Art. 8.

[1] *Coll. Miss.* n. 661. *Coll. Prop.* n. 1128.
[2] Gard. n. 5629; Wapelh. n. 33.

ARTICULUS XXI.

"TENENDI ET, LEGENDI, NON TAMEN ALIIS CONCEDENDI, PRÆTERQUAM, AD TEMPUS TAMEN, IIS SACERDOTIBUS, QUOS PRÆCIPUE IDONEOS ATQUE HONESTOS ESSE SCIAT, LIBROS PROHIBITOS, EXCEPTIS OPERIBUS DUPUY, VOLNEY, M. REGHELLINI, PIGAULT-LEBRUN, DE POTTER, BENTHAM, J. A. DULAURE, *FÊTES ET COURTISANES DE LA GRÈCE*, *NOVELLE DI CASTI*, ET ALIIS OPERIBUS DE OBSCŒNIS ET CONTRA RELIGIONEM EX PROFESSO TRACTANTIBUS."[1]

(F. III. a. 2; F. VI. a. 2; F. X. a. 2. Cfr. F. IV. a. 24.)

157.—Explicatio.

Limites igitur *hujus* præcise facultatis hi sunt:

I. Concedi non potest laicis nec clericis, qui non sunt sacerdotes; dicitur enim in facultate: *non tamen aliis concedendi, præterquam . . . . sacerdotibus.*—Quoad laicos recurrendum ad Form. C. Art. 2.

II. Nec Sacerdotibus eam concedere, nec sibi eam sumere potest Episcopus, si agatur **a.** de libris, quorum auctores supra recensentur, aut **b.** qui *de obscœnis* vel **c.** *contra Religionem ex professo* conscripti sunt.

Ad **b.** Libri *ex professo obscœni* in hac facultate eodem sensu veniunt, quo in septima Regula Indicis: intelliguntur, scilicet, "libri, qui res lascivas seu obscœnas *ex professo* tractant, narrant aut docent." *Ex professo* i. e. non sufficit librum continere unum pluresve locos obscœnos, sed oportet præterea ut directe (saltem implicite) ac in aliqua sui parte notabili (non in parva sui parte) morum honestatem lacessat.

Ad **c.** Eodem sensu intelligendum est illud *ex professo* relate ad libros contra Religionem tractantes.

Dicitur porro: *contra Religionem* i. e. contra totam Religionem. Non sufficit igitur, ut liber totam Religionem revelatam impugnet, sed necesse est, ut etiam contra Religionem naturalem conscriptus sit; nam si auctor sarta tecta servat fundamenta Religionis naturalis, opus ejus, licet Christianæ Religionis subversivum, Episcopo et ab Episcopo permitti poterit.

[1] Ita ab. anno 1842. Cfr. *Zeitschr. f. k. Theol.* 1891, pag. 555.

privilegiato personali gaudent singulis *feriis secundis*, II. si *Missa lecta* de Requie non impeditur ob occurrentiam Officii ix lectionum ritus duplicis majoris vel duplicis primæ seu secundæ classis, aut per festum de præcepto servandum aut per vigiliam, feriam vel octavam privilegiatam; feria autem secunda ita impedita, privilegio frui possunt *feria tertia*. Si vero hæc quoque ita impedita est, III. "per celebrationem Missarum de festo occurrenti animabus in purgatorio detentis suffragari potest iisdem indulgentiis, perinde ac si essent celebratæ Missæ de Requie in formam privilegiorum."

Hunc esse genuinum sensum hujusce facultatis, patet ex variis declarationibus S. Sedis, sc. **a.** per verba: "celebrandi Missam de Requie . . . et liberandi animas" etc. intelligi privilegium altaris, docuit S. C. de Prop. F. 23 Martii 1844[1] ad iii.;—**b.** sub diebus "impeditis Officio ix lectionum"—dies supradictos tantum intelligi, non autem duplex minus declaravit S. R. C. 4 Sept. 1875;[2]—**c.** utraque die impedita privilegium acquiri per Missam diei, explicavit S. C. de P. Fide l. c. ad ii. —Difficultatem quoad duplex minus parere posset quod in Resp. S. C. de P. F. 27 Sept. 1843 ap. *Coll. Prop.* n. 911, legitur: "An per Officium novem lectionum, de quo agitur in facultate n. 20, intelligatur Officium duplex vel etiam Officium semiduplex?" ad quod eadem S. C. resp.: "Intelligitur Officium duplex; Officium vero semiduplex nonnisi iis diebus quibus juxta Rubricas Missæ defunctorum celebrari non possunt."—At difficultas evanescit consideranti, responsum datum fuisse juxta quæsitum, in quo de ritu et *qualitate* festorum duplicium nullus fuit sermo.—Itaque feria secunda et hac impedita, feria tertia in duplici minori Missa de Requie *legi* potest.

Nota 1. Facultatem "concedendi Indultum personale perpetuum altaris privilegiati ter in hebdomada, Presbyteris qui præfatum Indultum erunt petituri, ea tamen conditione, ut intuitu hujus privilegii nihil omnino præter consuetam eleemosynam percipiant," —habet etiam noster Excellmus D. *Delegatus Apostolicus* perdurante ejus commoratione in Stat. Foed. Am. Sept.

Nota 2. De indulto altaris privilegiati *localis* confer infra Form. C. Art. 8.

[1] *Coll. Miss.* n. 661. *Coll. Prop.* n. 1128.
[2] Gard. n. 5629; Wapelh. n. 33.

ARTICULUS XXI.

"TENENDI ET, LEGENDI, NON TAMEN ALIIS CONCEDENDI, PRÆTERQUAM, AD TEMPUS TAMEN, IIS SACERDOTIBUS, QUOS PRÆCIPUE IDONEOS ATQUE HONESTOS ESSE SCIAT, LIBROS PROHIBITOS, EXCEPTIS OPERIBUS DUPUY, VOLNEY, M. REGHELLINI, PIGAULT-LEBRUN, DE POTTER, BENTHAM, J. A. DULAURE, *FÊTES ET COURTISANES DE LA GRÈCE*, *NOVELLE DI CASTI*, ET ALIIS OPERIBUS DE OBSCŒNIS ET CONTRA RELIGIONEM EX PROFESSO TRACTANTIBUS."[1]

(F. III. a. 2; F. VI. a. 2; F. X. a. 2. Cfr. F. IV. a. 24.)

157.—Explicatio.

Limites igitur *hujus* præcise facultatis hi sunt:

I. Concedi non potest laicis nec clericis, qui non sunt sacerdotes; dicitur enim in facultate: *non tamen aliis concedendi, præterquam . . . . sacerdotibus.*—Quoad laicos recurrendum ad Form. C. Art. 2.

II. Nec Sacerdotibus eam concedere, nec sibi eam sumere potest Episcopus, si agatur **a.** de libris, quorum auctores supra recensentur, aut **b.** qui *de obscœnis* vel **c.** *contra Religionem ex professo* conscripti sunt.

Ad **b.** Libri *ex professo obscœni* in hac facultate eodem sensu veniunt, quo in septima Regula Indicis: intelliguntur, scilicet, "libri, qui res lascivas seu obscœnas *ex professo* tractant, narrant aut docent." *Ex professo* i. e. non sufficit librum continere unum pluresve locos obscœnos, sed oportet præterea ut directe (saltem implicite) ac in aliqua sui parte notabili (non in parva sui parte) morum honestatem lacessat.

Ad **c.** Eodem sensu intelligendum est illud *ex professo* relate ad libros contra Religionem tractantes.

Dicitur porro: *contra Religionem* i. e. contra totam Religionem. Non sufficit igitur, ut liber totam Religionem revelatam impugnet, sed necesse est, ut etiam contra Religionem naturalem conscriptus sit; nam si auctor sarta tecta servat fundamenta Religionis naturalis, opus ejus, licet Christianæ Religionis subversivum, Episcopo et ab Episcopo permitti poterit.

[1] Ita ab. anno 1842. Cfr. *Zeitschr. f. k. Theol.* 1891, pag. 555.

"Hæc . . . . conclusio," ait Heymans,[1] "conformis est duplici, quam Roma ex privatis consultationibus recepi responsioni."[2]

III. A præsenti facultate excipiendi etiam sunt libri astrologici, judiciarii ac superstitiosi *ex professo:* nam vel in *ampliori* illa facultate excipiuntur, quam habent Episcopi nostri vi Form. C. Art. 2.

IV. *Ad tempus* tantum præsens facultas concedi potest, ut in terminis habet ipsius tenor. Tempus hic opponitur perpetuitati seu tempori vitæ. Quare nihil obstare videtur, quominus juxta modum supra n. 40 expositum usque ad revocationem concedatur.

V. Demum non omnibus indiscriminatim sacerdotibus hanc facultatem concedere potest Episcopus, sed illis tantum, "*quos præcipue idoneos et honestos esse sciat,*" ne scil. abusus et pericula animarum ex ea oriantur.—Ceterum semper etiam subintelligitur: *a.* justam et rationabilem causam existere, istos libros legendi, ut patet ex principiis de dispensationibus et ex aliis indultis hujus generis;—*b.* "gravi se præcepto teneri hujusmodi libros ita custodire, ut ad aliorum manus non perveniant." Leo XIII. const. *Officiorum* 8 Kal. Febr. 1896 (ita in calculo Florentino, in ordinario 25 Jan. 1897) ap. *Anal. eccl.* v. p. 4 de prohibitione et censura librorum n. 26.

Nota. 1. Vi potestatis quasi-ordinariæ Episcopi et Superiores Regularium suis respective subditis in casu particulari urgenti lectionem et retentionem librorum prohibitorum possunt concedere (cfr. n. 24, 25). Leo XIII. in const. cit. n. 25. Imo si periculum sit in mora nec pateat recursus Romam vel alio, ille, qui lectione libri hæretici ad hæreticum ex eo convincendum indiget, excusatur vi epikeiæ.[3]—2. De facultate Episcoporum Canadens. cfr. n. 249, ad 13, 3. quær. An ille, qui obtinuit facultatem Apostolicam legendi libros prohibitos, vi ejusdem possit etiam legere libros ab Ordinario prohibitos? Resp.—Aliqui putaverunt, affirmari posse pro casu, quo Episcopus in prohibitione juxta concessionem Pii IX in encyclica 24 Aug. 1864 Episcopis factam tanquam Apostolicæ Sedis

[1] *De ecclesiastica librorum . . . prohibitione disquisitio*, n. 344.
[2] *N. R. Th.* ii. p. 661, n. 58, 59.
[3] S. Alph. vii. 283.

Delegatus processit. At negandum est prout hoc tenuit S. Congr. Indicis 6 Dec. 1895,[1] et docet Leo XIII. in const. cit.—Excipe si in apostolico indulto expressa facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuscumque damnatos.

ARTICULUS XXII.

"PRÆFICIENDI PAROCHIIS REGULARES, EISQUE SUOS DEPUTANDI VICARIOS IN DEFECTU SÆCULARIUM; DE CONSENSU TAMEN SUORUM SUPERIORUM."

158.—Explicatio.

Parochiæ (cfr. n. 113) hic intelliguntur sæculares, quales dicuntur eæ, quæ Clericis tantum sæcularibus conferri possunt. Ejusmodi indubie eæ sunt, quæ monasterio alicui nullo modo sunt incorporatæ; at etiam illæ, quæ non *pleno* jure i. e. quoad temporalia tantum, et non etiam quoad spiritualia monasterio incorporatæ sunt, ex communi fere Canonistarum sententia dicuntur sæculares.[2] Cum vero beneficia sæcularia (in casu Parochiæ sæculares) Regularibus sine indulto Pontificio conferri nequeant,[3] Episcopis nostris hoc Articulo indultum tribuitur, tum præficiendi Parochiis sæcularibus Regularem qua Parochum tum, casu exigente, ei deputandi qua vicarium alium item Regularem. Duplex tamen additur Clausula: I. *in defectu sæcularium;* unde vi præsentis facultatis et sine alio indulto S. Sedis Episcopi Parochiam familiæ Religiosæ in perpetuum tradere nequeunt. Traditio enim in perpetuum supponitur talis, quæ valitura sit etiam dum non deerunt sæculares;[4] II. *de consensu suorum superiorum;* qui consensus requiritur

[1] Ap. *Mon. eccl.* vol. ix. part. i. 185 et 223 et *A. E. Rev.* xiv. 361.—Plura de jure et obligatione Episcoporum, libros, ephemerides etc. prohibendi vide ap. Arndt: *De libris prohibitis commentarii.* Pustet, 1895, n. 163 seq.
[2] Reiffenst. l. iii. t. v. n. 22–26, t. xxxvii. n. 1–7; DeAngelis l. iii. t. v. 19, t. xxxvii. 1, 2, 3.
[3] S. Alph. iv. n. 84; DeAngel. l. iii. t. v. 19; Leo XIII. Const. *Romanos Pontifices*, 8 Maji 1881, § *Peracta* ap. *Acta S. Sed.* xiii. p. 489; Pyrrh. Corr. lib. vi.
[4] Cfr. *C. Pl. B. III.* n. 20 ad 3.—Smith *Elem.* ed. 9. pag. 505.

non tantum, ut Parochia in posterum per Ordinem de Rectore provideatur, sed etiam ut talis vel talis ex Ordine ei præficiatur.[1]

Per *Regulares*, vi hujus præcise Articuli, intelligendi sunt soli Regulares votorum solemnium. Dico: "vi hujus præcise Articuli;" nam voto speciali ac regula Religiosi etiam votorum simplicium Parochias sæculares acceptare ordinarie prohibentur.—Hac in facultate non agitur de Regularibus votorum solemnium, qui de Ordine suo abeuntes ex indulgentia Apostolica in sæculo vivere permittuntur:[2] hi enim specialibus subjacent dispositionibus in Indulto *sæcularizationis*, quod obtinuerunt, explicite aut implicite contentis.

ARTICULUS XXIII.

"CELEBRANDI BIS IN DIE, SI NECESSITAS URGEAT, ITA TAMEN UT IN PRIMA MISSA NON SUMPSERIT ABLUTIONEM,—PER UNAM HORAM ANTE AURORAM ET ALIAM POST MERIDIEM,—SINE MINISTRO,—ET SUB DIO ET SUB TERRA, IN LOCO TAMEN DECENTI,—ETIAMSI ALTARE SIT FRACTUM VEL SINE RELIQUIIS SANCTORUM,—ET PRÆSENTIBUS HÆRETICIS, SCHISMATICIS, INFIDELIBUS ET EXCOMMUNICATIS,—SI ALITER CELEBRARI NON POSSIT. CAVEAT VERO, NE PRÆDICTA FACULTATE SEU DISPENSATIONE CELEBRANDI BIS IN DIE ALITER QUAM EX GRAVISSIMIS CAUSIS ET RARISSIME UTATUR, IN QUO GRAVITER IPSIUS CONSCIENTIA ONERATUR. QUOD SI HANC EANDEM FACULTATEM ALTERI SACERDOTI JUXTA POTESTATEM INFERIUS APPONENDAM COMMUNICARE, AUT CAUSAS EA UTENDI ALICUI, QUI A SANCTA SEDE HANC FACULTATEM OBTINUERIT, APPROBARE VISUM FUERIT, SERIO IPSIUS CONSCIENTIÆ INJUNGITUR, UT PAUCIS DUMTAXAT, IISQUE MATURIORIS PRUDENTIÆ AC ZELI ET QUI ABSOLUTE NECESSARII SUNT, NEC PRO QUOLIBET LOCO, SED UBI GRAVIS NECESSITAS TULERIT, ET AD BREVE TEMPUS EAMDEM COMMUNICET AUT RESPECTIVE CAUSAS APPROBET."

(F. III. a. 15; cfr. F. IV. a. 17; F. XI. a. 15.)

Explicatio.

Facultates hujus Art. convenienter in duabus sectionibus exponi possunt: quare

[1] Cfr. Zit. *App.* p. 228 (1).

[2] *C. Pl. B.* III. n. 65.

§ 1. De Facultate binandi Missam.

159.—Dicitur:—I. *Celebrandi bis in die* . . . non sæpius quam bis. Instructio S. C. de Prop. Fide, die 24 Maji 1870, sub 2 et 3.[1] Ob specialissimas rationes amplior facultas concessa fuit Archiepiscopo cuidam Mexicano.[2]

II. *Si necessitas urgeat:* necessitas tantum, non consuetudo, ratio binandi esse potest (Instr. cit. sub n. 7): et quidem necessitas non eorum, licet Magnatorum, qui præcepto satisfacere vellent in suis privatis oratoriis (ib. sub n. 6),—nec Sacerdotis, cujus inopia ex stipendio levabitur (ib. sub n. 8),—sed populi, qui nisi bis celebretur, *die aliquo, quo urget præceptum Sacro assistendi*, eidem assistere non poterit, idque ob raritatem Sacerdotum. Nam binatio non permittitur, quando haberi potest alius Sacerdos, per quem necessitati populi satisfiat (ib. sub n. 9), neque in festo abrogato (ib. sub n. 5), nisi ex rationibus gravibus S. Sedes id per indultum speciale concesserit,[3] aut festum, licet de jure suppressum, de facto a populo celebraretur ac si non esset suppressum.[4]

Quær. 1. Quanta sufficiat populi necessitas, ut vi hujus Articuli bis in die celebrari possit?

Resp. 1. Certe sufficit ea necessitas, ob quam Ordinarii, præsenti facultate non muniti, jure communi etiam apud nos[5] binationem permittere valent. Ordinarii autem, *jure communi*, binationem concedere non tantum possunt, sed plane debent, prout et Parochi ipsi binare tenentur, si, dum haberi non potest alius celebrans, **a.** agatur de Sacerdote, "qui *duas Parochias* obtineat, vel duos populos adeo sejunctos, ut alter ipsorum Parocho celebranti per dies festos adesse nullo modo possit ob locorum maximam distantiam:" item **b.** "quando una tantum sit Ecclesia, in qua Missa celebratur, et ad quam insimul universus populus convenire non potest" (ib. sub n. 10 et 11).[6]—

[1] *Conc. Pl. Balt.* III. pag. 233 seq.; Konings *Comp.* tom. i. p. liv.; Lucidi vol. i. n. 378 et vol. iii. n. 43, p. 401; *Act. S. Sed.* vi. 546; *Coll. Prop.* n. 792.

[2] *Acta S. Sed.* xiii. p. 340 seq., xxix. p. 91.

[3] *Acta S. Sedis*, xii. 232.

[4] *Act. S. Sed.* vi. 567.

[5] Ib.

[6] *C. Pl. B.* III. n. 101.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

non tantum, ut Parochia in posterum per Ordinem de Rectore provideatur, sed etiam ut talis vel talis ex Ordine ei præficiatur.[1]

Per *Regulares*, vi hujus præcise Articuli, intelligendi sunt soli Regulares votorum solemnium. Dico: "vi hujus præcise Articuli;" nam voto speciali ac regula Religiosi etiam votorum simplicium Parochias sæculares acceptare ordinarie prohibentur.—Hac in facultate non agitur de Regularibus votorum solemnium, qui de Ordine suo abeuntes ex indulgentia Apostolica in sæculo vivere permittuntur:[2] hi enim specialibus subjacent dispositionibus in Indulto *sæcularizationis*, quod obtinuerunt, explicite aut implicite contentis.

ARTICULUS XXIII.

"CELEBRANDI BIS IN DIE, SI NECESSITAS URGEAT, ITA TAMEN UT IN PRIMA MISSA NON SUMPSERIT ABLUTIONEM,—PER UNAM HORAM ANTE AURORAM ET ALIAM POST MERIDIEM,—SINE MINISTRO,—ET SUB DIO ET SUB TERRA, IN LOCO TAMEN DECENTI,—ETIAMSI ALTARE SIT FRACTUM VEL SINE RELIQUIIS SANCTORUM,—ET PRÆSENTIBUS HÆRETICIS, SCHISMATICIS, INFIDELIBUS ET EXCOMMUNICATIS,—SI ALITER CELEBRARI NON POSSIT. CAVEAT VERO, NE PRÆDICTA FACULTATE SEU DISPENSATIONE CELEBRANDI BIS IN DIE ALITER QUAM EX GRAVISSIMIS CAUSIS ET RARISSIME UTATUR, IN QUO GRAVITER IPSIUS CONSCIENTIA ONERATUR. QUOD SI HANC EANDEM FACULTATEM ALTERI SACERDOTI JUXTA POTESTATEM INFERIUS APPONENDAM COMMUNICARE, AUT CAUSAS EA UTENDI ALICUI, QUI A SANCTA SEDE HANC FACULTATEM OBTINUERIT, APPROBARE VISUM FUERIT, SERIO IPSIUS CONSCIENTIÆ INJUNGITUR, UT PAUCIS DUMTAXAT, IISQUE MATURIORIS PRUDENTIÆ AC ZELI ET QUI ABSOLUTE NECESSARII SUNT, NEC PRO QUOLIBET LOCO, SED UBI GRAVIS NECESSITAS TULERIT, ET AD BREVE TEMPUS EAMDEM COMMUNICET AUT RESPECTIVE CAUSAS APPROBET."

(F. III. a. 15; cfr. F. IV. a. 17; F. XI. a. 15.)

Explicatio.

Facultates hujus Art. convenienter in duabus sectionibus exponi possunt: quare

[1] Cfr. Zit. *App.* p. 228 (1).

[2] *C. Pl. B.* III. n. 65.

§ 1. De Facultate binandi Missam.

159.—Dicitur:—I. *Celebrandi bis in die* . . . non sæpius quam bis. Instructio S. C. de Prop. Fide, die 24 Maji 1870, sub 2 et 3.[1] Ob specialissimas rationes amplior facultas concessa fuit Archiepiscopo cuidam Mexicano.[2]

II. *Si necessitas urgeat:* necessitas tantum, non consuetudo, ratio binandi esse potest (Instr. cit. sub n. 7): et quidem necessitas non eorum, licet Magnatorum, qui præcepto satisfacere vellent in suis privatis oratoriis (ib. sub n. 6),—nec Sacerdotis, cujus inopia ex stipendio levabitur (ib. sub n. 8),—sed populi, qui nisi bis celebretur, *die aliquo, quo urget præceptum Sacro assistendi*, eidem assistere non poterit, idque ob raritatem Sacerdotum. Nam binatio non permittitur, quando haberi potest alius Sacerdos, per quem necessitati populi satisfiat (ib. sub n. 9), neque in festo abrogato (ib. sub n. 5), nisi ex rationibus gravibus S. Sedes id per indultum speciale concesserit,[3] aut festum, licet de jure suppressum, de facto a populo celebraretur ac si non esset suppressum.[4]

Quær. 1. Quanta sufficiat populi necessitas, ut vi hujus Articuli bis in die celebrari possit?

Resp. 1. Certe sufficit ea necessitas, ob quam Ordinarii, præsenti facultate non muniti, jure communi etiam apud nos[5] binationem permittere valent. Ordinarii autem, *jure communi*, binationem concedere non tantum possunt, sed plane debent, prout et Parochi ipsi binare tenentur, si, dum haberi non potest alius celebrans, **a.** agatur de Sacerdote, "qui *duas Parochias* obtineat, vel duos populos adeo sejunctos, ut alter ipsorum Parocho celebranti per dies festos adesse nullo modo possit ob locorum maximam distantiam:" item **b.** "quando una tantum sit Ecclesia, in qua Missa celebratur, et ad quam insimul universus populus convenire non potest" (ib. sub n. 10 et 11).[6]—

[1] *Conc. Pl. Balt.* III. pag. 233 seq.; Konings *Comp.* tom. i. p. liv.; Lucidi vol. i. n. 378 et vol. iii. n. 43, p. 401; *Act. S. Sed.* vi. 546; *Coll. Prop.* n. 792.

[2] *Acta S. Sed.* xiii. p. 340 seq., xxix. p. 91.

[3] *Acta S. Sedis*, xii. 232.

[4] *Act. S. Sed.* vi. 567.

[5] Ib.

[6] *C. Pl. B.* III. n. 101.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Porro Parochus in utroque casu indiget "semper permissu Ordinarii, quem penes est judicare, si sit vera necessitas, simulque num sit aliqua possibilitas applicandi remedia canonica" (ib. sub n. 11). Si tamen in casu inopinato, ubi ad Episcopum recurri nequit, talis necessitas contingat, Sacerdos licentiam Episcopi præsumere (*C. Pl. B.* III. n. 105) et etiam non interrogato Episcopo binare licite potest.[1]

Resp. 2. Quæ insuper sufficiat necessitas, ut Ordinarii nostri et reliqui Missionum Superiores, vi præsentis facultatis, binationem indulgere possint, fixa aliqua regula determinari haud potest, et plerumque prudenti eorum arbitrio relinquendum est (ib. sub n. 12).

Quær. 2. Quibus quasi regulis dirigi debeat aut possit illud arbitrium, ut prudens censeri valeat?

Resp. Regula 1. Oportet necessitas illa religiose quidem, at non anxie dijudicetur. Quare perperam ageret tam is, qui laxe, quam is, qui extremo cum rigore hac in re procederet. Uno verbo: charitatis fidelibus debitæ haud minor ratio habenda est quam legis binationem prohibentis (ib. sub n. 16, 17 et 18). In dubio vincat charitas.

Regula 2. Non agitur hic de necessitate juris communis, sed de leviori, nec de necessitate absoluta, sed de morali i. e. de gravi fidelium utilitate (ib. sub n. 11 et 16).

Regula 3. Moralis illa fidelium necessitas seu gravis utilitas exurgere præsertim solet ex numero fidelium, qui alias Sacro assistere, sine notabili difficultate, non possunt. Numerus circiter vicenarius in Decreto S. C. C. in Lingonensi 12 Jan. 1847, supposita, ut per se patet, prædicta notabili difficultate, sufficiens habitus fuit,[2] in alio casu e contra non sufficiens (ib. sub n. 13).

Ad determinandum ergo numerum ratio quoque habenda est adjunctorum, et sic in casu, ubi de detentis in carcere agebatur, favore minus quam decem vel quindecim licita declarata fuit binatio (ib. sub n. 17): quam declarationem pari de causa extendendam esse existimo ad Hospitalia ac Sanctimonialium,

[1] Lehmk. ii. n. 214; Gury *Cas. consc.* ii. n. 264.
[2] *Acta S. Sedis*, i. p. 9.

clausuram papalem[1] habentium, conventus. Dico: *clausuram papalem habentium:* nam his necessitas adesse potest, quin, iisdem in adjunctis, adsit pro illis Religiosis fœminis, quibus domo egredi licet, quæque sine gravi difficultate Ecclesiam, ubi Missa pro aliis fidelibus celebratur, adire possunt.[2] Demum ad dijudicandam gravem difficultatem attendenda est distantia fidelium ab Ecclesia, temporis (v. c. hiemalis) circumstantia, viarum difficultas, etc.[3] (ib. sub n. 14, 15).—Exposita omnino concordant cum Decretis *C. Pl. B.* III. n. 100 et seq.—Docent enim RR. PP. sub n. 104, "ad iterationem veram quidem requiri necessitatem, haudquaquam tamen absolutam, sed moralem, quæ existere censenda est quoties deficiente Presbyterorum copia aliisque omnibus circumstantiis mature perpensis judicetur, fidelibus vehementer utile fore ut Sacerdotes bis Missam eodem festo die celebrent. Cujusmodi si adfuerit, non tantum haud timeant reatum illicitæ iterationis, sed potius existiment se muneri suo defuturos, si vel ipsi" (Ordinarii) "pro populi necessitate Missam non iteraverint vel Missionariis suis hanc facultatem non concesserint." Subjungunt autem n. 105: "Bene notent Missionarii Sacerdotes se numquam prædicta facultate uti posse nisi 'dependenter ab Ordinario, ad quem pertinet tum de vera necessitate, tum de possibilitate canonica remedia applicandi ferre sententiam' (Instr. cit. n. 11), neque præsumendam a quoquam esse licentiam, quamdiu recursus ad Ordinarium patet."

NOTA. Cæterum id, quod supra ex facultate hac quoad binationem concessum est, Episcopi facere possunt etiam jure ordinario, attamen in casu particulari tantum, non per modum privilegii. Confer de hoc Lucidi vol. i. p. ii. cap. ii. art. 4. n. 380.; Bened. XIV. in const. *Declarasti* 16 Mart. 1746 ap. Lucidi vol. iii. pag. 359; *Il Mon. eccl.* vol. ix. part. ii. p. 254.

160.—III. *Ita tamen, ut in prima Missa non sumpserit ablutionem:* hac enim sumpta non liceret secundam Missam celebrare, "etiam in iis casibus, in quibus fideles alias priva-

[1] Konings *Comp.* n. 1723; Zit. *App.* p. 305. Nota.
[2] Cfr. Resol. S. C. C. in Vallisoletana 7 Apr. 1885 ap. *Acta S. Sedis*, xvi. p. 35–37.
[3] *A. E. Rev.* 1892, vii. p. 300.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rentur Missa diebus festivis" (ib. sub. n. 19). Ab hoc casu autem differt ille, quo sine scandalo fidelium a binatione abstineri non possit, ut si Sacerdos pro vino aliam materiam consecrasset et pro pretiosissimo Sanguine absumpsisset aut ex inadvertentia aliquid cibi vel potus gustasset, hoc autem declarari non posset fidelibus, quin juste timeretur gravis offensio populi, gravis suspicio contra Sacerdotem etc., non sola admiratio.[1]

Nota. Quoad calicis in prima Missa post sumptionem divini Sanguinis tractationem ex Instr. S. R. C. 12 Sept. 1857 et addito ap. *C. Pl. B. III.* pag. 243; *Coll. Prop.* pag. 300; (cfr. C. *Pl. B. II.* p. 318; *Rit. Rom.* ed. typica in Append. et Schober: *S. Alph. de Cœrem. Miss.* cap. x. Nota 36.) animadverte hæc:

a. Si binandum est in *eadem Ecclesia:* post haustum diligenter Sanguinem, omissa calicis purificatione, patena calicem et palla patenam tegens et super corporale relinquens, Sacerdos dicit manibus junctis: *Quod ore sumpsimus.* Dein digitos in vase ad hoc præparato abluit dicens: *Corpus tuum*, et purificatorio abstergit, calicem velo tegit et ponit super corporale extensum. Calix, absoluta Missa, ex *Decr. S. R. C.* 15 Sept. 1815 (Gard. 4515) circumligatur, ut Feria V. in Cœn. Dni, reponitur super corporale vel pallam in tabernaculo, si vero tale ibi non est, in loco decenti et clauso Sacristiæ, et si hæc non existat, super altari *servatur pro secunda Missa* (quod de præcepto est), in qua ponitur super corporale extensum in altari. Ad offertorium, ablato velo versus cornu Epistolæ in corporali ponitur, non abstergitur purificatorio, intra corporale relictus parum elevatur, dum vinum et aqua caute imponuntur, ne guttæ ad labia calicis resiliant, nec intus post hoc abstergitur. Et Missa continuatur.

b. Si binandum est *in locis dissitis:*[2] Sacerdos divinum Sanguinem sumendo diligentissime sorbeat, calicem super corporale ponat, palla tegat et junctis manibus in medio altari dicat: *Quod ore sumpsimus.*—Dein in vasculo digitos lavet, dicens: *Corpus tuum* et abstergat. Calicem super corporale manentem cooperiat purificatorio, patena, palla, velo,—et prosequatur Missam. Completo ultimo Evangelio, inspiciat, an aliquid divini Sanguinis in imum se recepérit, illudque rursus diligenter sorbeat ex eadem parte calicis, qua Sanguis primum sumptus est. Postmodum in ipsum calicem tantum *aquæ* (non vini) fundat, quantum prius vini posuerat, eamque circumactam ex eadem parte, qua S. Sanguinem biberat, in paratum vas demittat,—calicem purificatorio abstergat, et cooperiat ut alias. Gratiarum actione post Missam completa, aqua in vase, si Sacerdos die sequenti ad Missam dicendam reversurus est, servetur et cum secunda purificatione sumatur; secus aut a Sacerdote in vase bene clauso portetur ad locum secundæ Missæ aut stupa absorpta comburatur vel in sacrario exsiccanda relinquatur vel in piscinam demittatur. (Aqua hæc etiam in vas demissa sumi potest ab alio jejuno, qui est in statu gratiæ, prout hoc fit in communione infirmorum.[1]) In altera Missa hoc vel alio calice uti poterit.

[1] Lehmkuhl ii. 162; S. Alph. vi. 287.

[2] Juxta Decr. S. R. C. de 11 Mart. 1858 (Gard. n. 5261) et Instr. de 14 Mart. 1858 ap. *Mon. eccl.* vol. iii. part. ii. p. 6; *Act. S. Sed.* vi. 569.

IV. Ad facultatem binandi pertinet Clausula finalis a verbo: *Caveat* usque ad v. *approbet.* Urgetur in ea usus quam maxime restrictus hujus facultatis quoad *causas*, de quibus supra satis actum est, quoad *Sacerdotes*, quibus communicatio fit,—scil. eam non esse faciendam omnibus indiscriminatim, sed "paucis dumtaxat iisque maturioris prudentiæ et qui absolute necessarii sunt,"—quoad *approbationem causæ* respectu eorum, qui facultatem binandi alias a S. Sede obtinuerunt, ut Præfecti Apostolici ex Form. IV. (cfr. infra n. 245, Art. 17, v. *Quodsi*)—et demum quoad *durationem communicationis*, scil. eam *per se* non posse fieri usque ad revocationem, nisi hæc brevi fieri intendatur, sed "ad breve tempus" tantum. Quid sit breve tempus, exacte dici vix potest et pendet a prudenti æstimatione. S. Alphonsus in alio casu (lib. vi. n. 333) cum Lugo et aliis breve tempus usque ad duos menses extendit.—Dico: *per se;* nam nihil obstare videtur, quominus Episcopus, persuasum habens, causam concedendi facultatem esse diuturnam, eam singulis spatiis, quæ breve tempus constituunt, elapsis, secundum modum, supra n. 40 expositum, mentaliter renovet, quod causa perdurante etiam semel pro semper fieri poterit usque ad revocationem. Ut Episcopus de hac causæ perduratione certior fiat alicubi singulis annis hæc facultas a Sacerdotibus, quorum interest, expeti debet.

Nota. *De stipendio pro secunda Missa Conc. Pl. B. III.* n. 105, statuit: Notent Missionarii, "ad vitandam omnem avaritiam et

[1] *Irish Record*, 1892, p. 361.

turpis lucri speciem, firmam semper remanere prohibitionem, quominus quis, absque expresso Apostolico indulto, pro *secunda* Missa directe vel indirecte *stipendium* accipiat."—Dicitur 1. *stipendium :* at ratione laboris extraordinarii cum secundæ Missæ celebratione forsan conjuncti compensationem accipere minime vetatur. Lehmkuhl ii. n. 216.—Dicitur 2. pro *secunda*. Hoc a quibusdam intelligitur, ac si dicatur *pro altera*, ita ut accipi possit stipendium pro secunda Missa, dummodo pro prima non fuerit acceptum. Alii[1] id verbotenus intelligunt eo quod in omnibus indultis *pro secunda* stipendium accipere prohibetur, et concedunt usum prioris interpretationis nonnisi ex causa gravi et rationabili—ex epikeia.—Dicitur 3. *absque Apostolico indulto.*—Ecce *Rescriptum S. Congr. de Prop. Fide* 15 *Oct.* 1863 *circa perceptionem duplicis stipendii ab iis qui duas eadem die Missas celebrant.*[2]

"Illustrissime ac Reverendissime Domine,

A Sacra Congregatione Christiano nomini propagando non semel per sacrorum *Antistites in locis Missionum* degentes quæsitum est, an duplex stipendium percipere liceat Sacerdotibus, qui duas in eadem die Missas celebrare justis de causis permittuntur. Ut igitur in ejusmodi re dubitationi locus a Missionibus auferatur, visum est expedire eam promulgare regulam, quam constanter tenuit S. C. Emorum PP. Conc. Trid. Interpretum ; videlicet ex praxi generali Presbyteris non concedi eleemosynam recipere pro secunda Missa, etiamsi de illis agatur qui parochiali munere instructi ideo stipendium pro prima Missa nequeunt obtinere, quod eam *pro populo* applicare teneantur. Porro hujusmodi regula recentem obtinuit confirmationem a SSmo D. N. Pio PP. IX. in una *Cameracen.* die 25 Sept. 1858.

Etsi vero Sacri Concilii mens ea sit, ut norma prædicta omnibus locorum Ordinariis innotescat, ac generatim servetur in praxi, quo videlicet ministerio Sacerdotali quodlibet periculum aut species simoniæ turpisve quæstus arceatur ; cum tamen specialia sint in nonnullis Missionibus rerum et personarum adjuncta, cumque difficultates non paucæ oriri possent, si regula, de qua agitur, nullam omnino exceptionem pateretur, SSmus D. N. Papa benigne decernere dignatus est, ut *Ordinariis Missionum* facultas impertiatur, quemadmodum per præsentes litteras eis tribuitur, indulgendi ut, justa et gravi causa intercedente, Sacerdotes sibi subditi etiam pro

[1] W. Stentrup S. J. in *Monatschr.* Passau, 1894 p. 642.

[2] *N. R. Th.* iv. p. 101 ; Van de Burgt : *de celebr. Miss.* n. 181; Card. Taschereau p. 139.

secunda Missa in eadem die celebranda stipendium percipere possint et valeant.

Hæc jussu Sanctitatis Suæ significanda Tibi erant ac Deum precor ut Te diutissime sospitet. Datum Romæ ex Ædibus S. C. de Prop. Fide die 15 Oct. 1863.

Amplitudini Tuæ
ad Officia paratissimus

AL. C. BARNABÒ, *Præf.*
H. CAPALTI, *Secretar.*"

Licite tamen secunda Missa applicatur pro defuncto confratre ab illis, qui inita societate ad celebrandum pro sociis defunctis se obligaverunt. S. C. C. 14 Sept. 1878 et 5 Martii 1887.[1] Item ex consuetudine in die Nativitatis Domini licitum est tria stipendia sumere pro tribus Missis. Bened. XIV. *de Sacr. Miss.* xvi. n. 10.—Denique S. Sedes sat facile concedit facultatem percipiendi stipendium pro secunda Missa, si hoc non in commodum celebrantis, sed in opera pia e. gr. ad alendos Theologiæ Studiosos, ad Ecclesias vel scholas ædificandas impenditur, prout plura exempla ostendunt. (Cfr. *N. R. Th.* xix. 609 et *Der kath. Seelsorger*, Paderborn, 1892, p. 587.) Talis causa sufficiet etiam pro usu facultatis vi Rescripti de anno 1863 concedendæ. Sufficit autem juxta morem alibi introductum pro usu hujus facultatis paupertas quoque sacerdotis celebrantis. Corre p. 151.

§ 2. De Facultatibus quoad Tempus, Ministrum, Locum, Altare et Coofferentes Missæ.

161.—Omnes subsequentes facultates, excepta illa sub I., intelligendæ sunt cum appositione : *si aliter celebrari non possit.* Cfr. n. 162.—Dicitur :

I. *Celebrandi . . . per unam horam ante auroram et aliam post meridiem*, i. e. una hora ante vel post tempus, quo hac facultate carentes celebrationem incipere possunt : alioquin enim privilegium, per hanc facultatem concessum, parum prodesset.[2] Facultate autem carentes celebrationem licite ante auroram incipiunt, modo eam ante auroram non absolvant, eamque licite ultra meridiem protrahunt, modo eam meridie saltem inchoent :

[1] *Acta S. Sedis*, xi. p. 283, xx. 39.

[2] S. Alph. vi. n. 346.

tempus enim auroræ et meridiei hic non mathematice, sed moraliter accipiendum est.[1]

NOTA. Aurora (*twilight*) variat pro vario ortu solis: Neo-Eboraci tempore hiemali 1½, æstivo 2 horis ante solis ortum incipit.[2] Cum autem sufficiat Missam terminare in aurora, generatim licebit absque facultate, Missam incipere duabus horis, cum prædicta facultate tribus horis ante solis ortum. Baltimoræ sol oritur: 1 Jan. hora 7.20, 8 Febr. h. 7, 3 Mart. h. 6.30, 22 Mart. h. 6, 10 Apr. h. 5.30, 2 Maji h. 5, 10 Junii h. 4.33, 1 Aug. h. 5, 2 Sept. h. 5.30, 5 Oct. h. 6, 3 Nov. h. 6.30, 1 Dec. h. 7.[3] Porro ubi tempus medium statutum est, quod differt a tempore vero, in functionibus ecclesiasticis consulitur quidem ut sequamur tempus horologiis publicis determinatum (S. R. C. 7 Aug. 1875), at possumus etiam sequi tempus verum. (S. Pœn. 19 Nov. 1882.) Cfr. *Mon. eccl.* vol. vi. part. i. 276. Quoad Missiones Poli arctici cfr. Resp. S. R. C. de 7 Sept. 1850 ap. *Act. S. Sed.* vii. 400.

Absque hac facultate Missa anticipari et postponi potest ex causa rationabili e. gr. per horam causa itineris, supplicationis publicæ etc. Ad ministrandum viaticum celebrari potest vel media nocte. Ex causa rationabili Episcopus et Prælatus Regularis potestate quasi-ordinaria dispensare potest in casibus singularibus.[4]—Demum *Regulares* ex privilegio Gregorii XIII. celebrare possunt una hora ante auroram.[5] Privilegium autem celebrandi Missam duabus horis post mediam noctem et tribus post meridiem per Tridentinum revocatum censeri debet, ut patet ex Decr. Clem. XI. 15 Dec. 1703.[6]

[1] S. Alph. vi. n. 341. Interpretatio hæc, quæ est S. Alphonsi, omnino concordat cum praxi S. Sedis, ut ex alio exemplo patet. Episcopus scil. Engolismensis petiit et obtinuit a S. C. C. facultatem differendi celebrationem Missarum manualium ad quatuor menses, quam secretarius ejusd. Congr. animadvertit valere et extendi posse ad sex menses, quia concessio addita est ad id, quod jure communi permittitur. (*N. R. Th.* xix. 89.)

[2] Steele: *Astronomy*, p. 116. [3] *The Sun Almanac*, 1892.

[4] S. Alph. vi. 343 seq.

[5] *Ho. ap.* tr. xx. n. 122.

[6] S. Alph. vi. 342, 360; Lehmk. ii. 218, 655. At S. Alph. *de priv.* n. 122 et Marc n. 2191 (1) contrarium tenent; Ærtnys ed. 3. vi. 131, nihil amplius de hoc habet.

II. *Celebrandi . . . sine ministro.*

Celebrare sine ministro per se mortale est. Excusat autem urgens necessitas ministrandi viaticum aut populi vel solius celebrantis obligati ad Missam audiendam aut indultum, ut præsens, cum causa, de qua cfr. n. 163. Tum vero Sacerdos ipse, omnibus prius commode dispositis, quæ ad Sacrificium pertinent, sibi respondeat; *Confiteor* autem juxta Resp. de S. R. C. in Erien. 4 Sept. 1875 n. 5627. semel tantum dicat. Minister debet esse: **a.** *mas.* Mulier, præsertim Monialis, ob necessitatem urgentem tantum permittitur respondere a longe, non autem ministrare immediate. Unde omnia prius rite et commode disponantur, ne mulier altari infra Missam inserviat;[1] **b.** *unus tantum*, nisi Celebrans sit Episcopus vel speciale privilegium habeat aut Missa aliquomodo sit solemnis, ut Missa parochialis etc.[2]

III. *Celebrandi . . . sub dio et sub terra, in loco tamen decenti.*—Conceditur per hoc facultas Missam dicendi etiam in loco, in quo *ex jure* id non licet: *sub dio* seu in loco profano, imo etiam *sub terra* i. e. in loco subterraneo, prout tempore persecutionis necessitas se occultandi exigere poterit.

a. *Ex jure communi ordinarie* Missa celebrari et præcepto eam audiendi satisfieri potest tantum in loco *sacro*, scil. 1. in *Ecclesia* rite saltem benedicta, nec execrata, nec polluta, nec interdicta;[3]—2. sub iisdem conditionibus in *oratoriis publicis*[4] i. e. in illis, quæ aut in locis piis et religiosis: monasteriis, seminariis, domo residentiali Episcopi, carceribus publicis etc. licet sine aditu ex via publica, aut in domibus laicorum vel alibi cum aditu ex via publica Episcopo consentiente ad cultum divinum deputata sunt, aut *a Regularibus* vi privilegiorum[5] vel

[1] S. Alph. vi. 392. S. R. C. 26 Aug. 1836, 4 Aug. 1893 et 12 Jan. 1894 ap. *Act. S. Sed.* xxvi. 572.

[2] S. R. C. ap. *Ephem. lit.* i. 643 seq.

[3] S. Alph. vi. 368. Ecclesia *execratur* i. e. amittit suam consecrationem vel benedictionem, si ex majori parte simul corruit vel destruitur, non autem si ex parietibus crusta, etsi integra et insimul decutitur, ut habet resp. S. R. C. Maj. 1882 et 26 Junii 1894 ap. *Act. S. Sed.* xxii. 54. xxvii. 439. Zeitschr. f. k. Theol. Innsbr. 1896 p. 371. De Ecclesiæ pollutione vide supra n. 135.

[4] S. Alph. n. 357. [5] Ib. n. 360; Lehmk. ii. n. 223.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in suis monasteriis, vel, approbante Provinciali, in domibus ab aliquibus Religiosis pro aliquo tempore inhabitatis, quamvis sine aditu publico, erecta sunt.—*Extraordinarie*, accepta prius, si haberi potest, licentia Episcopi, *propter necessitatem urgentem* e. gr. quia Ecclesia diruta est aut multitudinem capere nequit, aut Sacerdos diu Missa carere debet, etiam celebrari et præcepto satisfieri potest in *loco profano*, at decenti.[1]

Ex jure particulari seu indulto Apostolico personali Clausulis[2] stricte servatis, Missa celebrari et præcepto satisfieri potest in *oratorio privato* vel domestico. In specie Episcopi (a fortiori Cardinales) etiam electi et confirmati, licet nondum consecrati, ac Titulares, si "in domibus etiam laicis occasione visitationis vel itineris hospitio excipiantur, et quando in casibus a jure permissis vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia absentes a domo propriæ habitationis moram faciant in aliena domo per modum similis habitationis," in altari portatili, aut, si ibi existat, in oratorio domestico, illæso jure privilegiati, etiam diebus in indulto privilegiati exceptis, celebrare *vel* coram se celebrari facere, et propria Missa celebrata ut alia, cui assistant, celebretur permittere possunt etiam extra suam Diœcesin et venia Episcopi loci non petita. Alterutri ex his Missis assistentes non tantum satisfaciunt præcepto, qui Episcopo actu necessarii sunt sed ex concessione Leonis XIII. de 19 Maj. 1896, quicumque fideles.[3]

b. Dicitur: *in loco tamen decenti.*—Clausula hæc quæ servanda est non tantum pro usu hujus facultatis, sed pro omni loco, in quo quacumque ex causa hoc tremendum mysterium celebratur,—non requirit, ut locus celebrationis sit pulcher et eleganter ornatus, sed ut removeantur ab eo objecta minus decentia, ut everratur et convenienter mundetur. Paupertas enim non excludit munditiem. (Bray)

Insuper quoad loci decentiam nota: 1. Numquam licet celebrare Missam in Ecclesiis hæreticorum et schismaticorum ob communicationem vetitam. S. C. de Prop. Fide 21 Maji et 13 Aug. 1627.[1] Idem dici debet de templis franco-muratorum et similium. Quoad Ecclesias "simultaneas" id indulsit Clemens XI., quia sunt Ecclesiæ catholicorum ab hæreticis occupatæ (*Coll. Prop.* n. 1800.); at Pius IX. Episcopis Germaniæ edixit 12 Martii 1873: ad pericula et scandala tollenda neque admittendus neque tolerandus est in eadem Ecclesia cultus simultaneus cum neo-hæreticis (*Old Catholics*).[2] 2. Locus decens pro S. Sacrificio non est: Theatrum, cubiculum diversorii, in quo choreæ haberi *solent* aut vilior domus pars,[3]—domus, in qua Judæi, hæretici vel schismatici commorantur (S. C. de P. F. 30 Apr. 1753; *Coll. Prop.* n. 1815). Cfr. tamen infra ad V.—3. Non licet Missam celebrare in domo infirmi, nisi ob Viaticum ei præstandum, si S. Eucharistiæ Sacramentum ad hoc nec privatim afferri potest. Ita S. C. de Prop. Fide 14 Dec. 1668.[4]—Nec in capellis, super quibus aliquis dormit, nisi baldachinus super altare sit erectus (S. R. C. 12 Martii 1836 n. 398, et 11 Maji 1841 n. 1641) aut dormitio, licet super capellam, non fiat super altare. (S. C. Ep. ap. Corre p. 157).—Nec in Ecclesia polluta (cfr. n. 135), neque, uti patet, in interdicta, si quoad interdictum locale generale excipias festa quædam solemniora.[5]

c. In facultate Art. ex Resp. S. C. de P. F. de 20 Jan. 1667[6] non comprehenditur facultas celebrandi in navi super oceanum, lacum, flumen vecta, sed ad hoc requiritur speciale indultum, quod Episcopi habere supponuntur, ex quorum Diœcesi naves solvere solent. Facultate ad hoc obtenta a Sacerdote probe observandæ sunt Clausulæ in talibus indultis apponi solitæ, a quarum verificatione liceitas celebrationis pendet, scil. "dummodo aquæ maris, lacus vel fluminis sint tranquillæ et" (quando fieri potest) "alius Sacerdos vel Diaconus, si motus concitetur, calicem firmum teneat."[7]

d. Demum quoad præsentem facultatem *Conc. Prov. Balt. I.* anni 1829 n. 23 hæc habet: "Statuimus, Sacerdoti nulli vi

[1] S. Alph. vi. 356, 359.

[2] De quibus confer Bened. XIV. Const. *Magno cum* 2 Junii 1752, § 11 seq. ap. Lucidi vol. iii. p. 47 et S. Alph. iii. 318 seq.

[3] Bened. XIV. l. c. § 4–8; Gardellini ad Decr. S. R. C. n. 4547; Van de Burgt: *de celebr. Missæ* n. 227; *Act. S. Sed.* xxvi. 391 seq. xxviii. 749.

[1] *Coll. Miss.* n. 390, 391; *Coll. Prop.* n. 1797–1799, 1809.—Sed et cfr. ibid. n. 1808.

[2] Vering: *Archiv*, 1873, p. 434.

[3] Kenrick tr. xvii, n. 87, 88.

[4] *Coll. Miss.* n. 395; *Coll. Prop.* n. 709. i. e. *per se* non licet. Nam excipiendus est casus, in quo pro applicatione facultatis hujus Art. requisita adsunt.

[5] S. Alph. vii. 333. [6] *Coll. Prop.* n. 775. [7] S. Alph. vi. 356.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facultatum sibi concessarum, celebrandi in quocumque loco decenti, licere Missam celebrare in ædibus privatis, nisi in stationibus, et in iis ædibus, quas Ordinarius designaverit; aut dum actu *Missionis exercitiis* procul ab aliqua Ecclesia dat operam. Quod si Ordinarii alias concedant licentiam celebrandi in privatis ædibus ob speciales circumstantias, iis commendamus eam pro una tantum vel altera vice concedere." Quod statutum postea a *Conc. Pl. B. II.* n. 362 adoptatum est.

Dicitur: *Missionis exercitiis*—sub quibus intellige succursum spiritualem alicui loco procul ab aliqua Ecclesia sito per unum vel plures dies exhibitum.[1] Quapropter apud nos hac facultate non licet uti in urbibus et oppidis, in quibus erecta est aliqua Ecclesia. "Nihil tamen obstat," prosequitur Konings[2] cum Kenrick,[3] "quominus Ordinarius, prudenti suo arbitrio utens, celebrationem in ædibus privatis vel in sacristia permittat Sacerdoti, cui ob infirmitatem vel ob difficiliorem ad Ecclesiam accessum, hiemali præsertim tempore, ac speciatim cum igni per totam hebdomadam alendo facultates desunt, grave est in æde Sacra Sacrificium offerre." Hoc tamen intelligendum est de celebratione Missæ, cui populus assistere aut quam instituere debet Sacerdos ipse ad satisfaciendum præcepto. Nam ad *habitualem* celebrationem Missæ in ædibus privatis devotionis tantum causa, speciale indultum Apostolicum requiritur, licet Sacerdos propter infirmitatem aut ætatem provectam aliter celebrare non posset.[4] Cfr. infra n. 162.—Nota *habitualem.* Hæc sola enim in Resp. infra citato excludi et nihil obstare videtur, quominus ultra dictam suppositionem juxta Conc. Pl. Balt. II. n. 362 celebratio pro una vel altera vice aut etiam pluries per hebdomadam concedi possit, causa id suffragante ut infra n. 162.

IV. *Celebrandi . . . etiamsi altare sit fractum vel sine reliquiis Sanctorum.—Altare fractum* i. e. altare fixum vel portatile habens fracturam talem, qua execratur. Inde tamen ne concludas, etiam sine lapide seu lapide numquam consecrato, ullo tempore celebrare licere.—Quando altare execretur per fractionem etc. cfr. infra n. 180.

[1] Konings *Comp.* n. 1329, qu. 3. [2] In ed. prima et sec. n. 95.
[3] N. 87. [4] *A. E. Rev.* 1890, vol. iii. p. 38, 43.

V. *Celebrandi . . . præsentibus hæreticis, schismaticis, infidelibus et excommunicatis.*—Spectat hoc **a.** excommunicatos, quatenus vitandi sunt, eo quod aut nominatim excommunicati vel nominatim qua tales declarati sunt sive a Summo Pontifice sive ab Episcopo aut notorii Clericorum percussores sunt.[1]

Tales enim *ex jure,* si inter reliquos cum Sacerdote coofferentes sint (non autem si ab eis separati orent), et moniti, ut discedant discedere nolint, expellendi sunt. Si vero expelli non possint, a Missa (et a reliquis Officiis) cessandum, et Ecclesia ad omnibus reliquenda est, excepto Sacerdote, si Canonem jam inchoavit, ubi cum ministro Missam prosequi potest usque ad Communionem, et reliqua in sacristia perficere.[2]—Attamen spectat etiam **b.** omnes, qui extra communionem Ecclesiæ Catholicæ sunt; nam etiam hi nedum invitandi, sed quantum sine graviori incommodo fieri potest, a celebratione divinorum Officiorum prudenter arcendi sunt. (*Coll. Prop.* n. 1821, 1826, 1841.) Can. *Episcopus* 67 de consecr. dist. 1., ex Conc. Carthag. iv. desumptus, ita habet: "Episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam et audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad Missam Catechumenorum."

Hæc quidem *de jure.* Vi autem facultatis prædictæ hæc juris dispositio ex justa causa postponi potest. Facile præsertim admitti seu tolerari possunt illi hæretici, infideles etc. qui aliquomodo cupiunt fidem amplecti, modo tempore Missæ silentium servent et cum quadam reverentia Missæ intersint. (Bray.)

162.—VI. *Si aliter celebrari non possit.*—Ad rem sunt, quæ leguntur apud Aichner:[3] "Quibusdam dubiis ab Episcopo Brixinensi propositis S. Congr. de Prop. Fide inter alia respondit: Adjecta conditio *si aliter celebrari non possit,* afficit non quidem Missæ iteratam celebrationem aut quod in ea servandum est jejunii non fragendi causa, sed modum, quo Sacrum celebrari debet, adeo ut *nisi urgeat necessitas et aliter fieri non possit,* factis dispensationibus celebrandi scilicet sine ministro, sub dio etc. Tibi uti non liceat. Præterea non ea est

[1] S. C. S. Off. 9 Jan. 1884 ap. *N. R. Th.* xxvi. 318.
[2] S. Alph. vii. 173–177. [3] App. p. xxii. nota 9.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

earundem facultatum extensio, qua Ampl. Tua quibusvis Sacerdotibus etiamsi ægrotis valeat permittere, ut in privatis ædibus super altari portatili Sacrum faciant." S. Congr. de Prop. Fide 30 Junii 1858.—Ex quo eruitur, in facultatibus sub II.—V. non sufficere meram impossibilitatem celebrandi, sed debere insuper accedere quamdam urgentem celebrandi necessitatem seu notabilem utilitatem. At cum facultates late et ita interpretandæ sint, ut aliquid operentur, et porro cum etiam pro usu facultatis binandi (supra n. 160, Resp. 2, Reg. 2) non necessitas juris communis, sed levior requiratur, juste concluditur, pro usu harum quoque facultatum non eas causas requiri, quas ex jure communi supra sub II. et III. exempli gratia citatas habes, sed sufficere leviores, prout v. gr. si Sacerdos Missam stata hora dicendam publicasset et populus congregatus offenderetur, si absque Missa abire deberet aut si intentionem urgentem accepisset, cui alias satisfacere non posset, aut etiam, prout in Resp. Romano ad dubium Eppi Altonen. quondam dato[1] habetur, si Sacerdos aliter eo die Missam omittere deberet seu (addo) moraliter impossibile i. e. valde difficile esset aliter celebrare.

E contra Sacerdos, qui habet hanc facultatem, diebus Dominicis et festis ea uti tenetur, si alias Missam audire non potest, dummodo tantum munus pro rerum adjunctis reverenter et sine gravi incommodo subire valeat. Hoc autem vix poterit, si in itinere inter acatholicos solus versetur. Ita Kenrick tr. iv. pars ii. n. 15 ac S. Alph. iii. 319, Dub. 3 et 324. Ratio est, quia, licet facultate qua privilegio non teneatur uti, præceptum audiendi Missam semper urget, quamdiu sine gravi incommodo impleri potest.

ARTICULUS XXIV.

"DEFERENDI SSMUM SACRAMENTUM OCCULTE AD INFIRMOS SINE LUMINE, ILLUDQUE SINE EODEM RETINENDI PRO EISDEM INFIRMIS, IN LOCO TAMEN DECENTI, SI AB HÆRETICIS AUT INFIDELIBUS SIT PERICULUM SACRILEGII."

(F. III. a. 16; F. IV. a. 22; F. VI. a. 21.)

163.—Explicatio. Duplicem facultatem continet Art., scil.

I. *Deferendi SSmum . . . occulte.* Rubrica Ritualis hæc

[1] *A. E. Rev.* 1892, vol. vii. p. 381.

habet:[1] "Deferri debet hoc Sanctum Sacramentum ab Ecclesia ad privatas ægrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifeste atque honorifice, ante pectus cum omni reverentia et timore, semper lumine præcedente," et S. C. C. approbante Innoc. XI., die 12 Febr. 1679 præscripsit, ut SS. Eucharistia "ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta" scil. ad Ecclesiam vel oratorium indulto S. Pontificis ad hoc privilegiatum, "accedere non valeant, . . ab Ecclesia deferatur *publice* et *cum pompa*, . . . ab oratorio privilegiato *cum forma decenti*."—In quo hæc *publica* delatio consistat, fusius exponitur a Rubrica Rit. Rom. l. c. n. 7, 9 et 10, necnon explanatur ab Auctoribus.[2]—Per illud *occulte* et *sine lumine* igitur facultas indulget, ut Rubrica, quæ publicam pompam et lumen adhibendum spectat, omitti possit verificata Clausula: *si ab hæreticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii* seu gravis irreverentiæ. Specialius, ut liquet ex Resp. S. R. C. de 4 Febr. 1871 ad Præf. Ap. Daniæ,[3] eadem Clausula semper supposita, vi facultatis hujus "licet ministrare infirmis S. Communionem occulte sine vestibus sacris et lumine" et "eodem modo etiam ministrare Extremam Unctionem," necnon "deferre et ministrare S. Communionem iis, qui longo tempore in carceribus acatholicis detinentur, si adsint causæ prudenti judicio Missionarii graves pro S. Eucharistia administranda," et demum "licet Missionario, commoranti in locis ab Ecclesia vel oratoriis longe distantibus, servare aliquas Sacras Hostias in loco decenti pro infirmis forte occurrentibus, quamvis actu nulli ibi infirmi reperiantur" (n. 165).

A rubrica vero prædicta hæc facultas non eximeret, sicubi ab hæreticis aut infidelibus sacrilegium aut irreverentia rationabiliter timeri nequeat (ut v. gr. ruri in locis, qui a catholicis *tantum* incoluntur), modo, eo etiam in casu, inducta consuetudo aut aliud quidpiam, *Ordinarii judicio*, contrarium non suaderet aut exigeret. Infertur præterea ex eadem Clausula, rubricæ ubique obsequendum esse pro ea parte, qua sine præ-

[1] Tit. iv. cap. 4, n. 6 (ed. Pustet 1882).

[2] O'Kane: *Notes on the Rubrics of the Roman Ritual*, 4th ed. Dublin, 1875, n. 789 seq.—Maier: *Die liturg. Behandlung d. Allerhl.* Regensburg, 1860, p. 488 seq.—*Linz. Qu. Schr.* 1893 p. 853 seq.

[3] *Coll. Miss.* n. 1351; *Coll. Prop.* n. 738.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

earundem facultatum extensio, qua Ampl. Tua quibusvis Sacerdotibus etiamsi ægrotis valeat permittere, ut in privatis ædibus super altari portatili Sacrum faciant." S. Congr. de Prop. Fide 30 Junii 1858.—Ex quo eruitur, in facultatibus sub II.—V. non sufficere meram impossibilitatem celebrandi, sed debere insuper accedere quamdam urgentem celebrandi necessitatem seu notabilem utilitatem. At cum facultates late et ita interpretandæ sint, ut aliquid operentur, et porro cum etiam pro usu facultatis binandi (supra n. 160, Resp. 2, Reg. 2) non necessitas juris communis, sed levior requiratur, juste concluditur, pro usu harum quoque facultatum non eas causas requiri, quas ex jure communi supra sub II. et III. exempli gratia citatas habes, sed sufficere leviores, prout v. gr. si Sacerdos Missam stata hora dicendam publicasset et populus congregatus offenderetur, si absque Missa abire deberet aut si intentionem urgentem accepisset, cui alias satisfacere non posset, aut etiam, prout in Resp. Romano ad dubium Eppi Altonen. quondam dato[1] habetur, si Sacerdos aliter eo die Missam omittere deberet seu (addo) moraliter impossibile i. e. valde difficile esset aliter celebrare.

E contra Sacerdos, qui habet hanc facultatem, diebus Dominicis et festis ea uti tenetur, si alias Missam audire non potest, dummodo tantum munus pro rerum adjunctis reverenter et sine gravi incommodo subire valeat. Hoc autem vix poterit, si in itinere inter acatholicos solus versetur. Ita Kenrick tr. iv. pars ii. n. 15 ac S. Alph. iii. 319, Dub. 3 et 324. Ratio est, quia, licet facultate qua privilegio non teneatur uti, præceptum audiendi Missam semper urget, quamdiu sine gravi incommodo impleri potest.

ARTICULUS XXIV.

"DEFERENDI SSMUM SACRAMENTUM OCCULTE AD INFIRMOS SINE LUMINE, ILLUDQUE SINE EODEM RETINENDI PRO EISDEM INFIRMIS, IN LOCO TAMEN DECENTI, SI AB HÆRETICIS AUT INFIDELIBUS SIT PERICULUM SACRILEGII."

(F. III. a. 16; F. IV. a. 22; F. VI. a. 21.)

163.—Explicatio. Duplicem facultatem continet Art., scil.

I. *Deferendi SSmum . . . occulte.* Rubrica Ritualis hæc

[1] *A. E. Rev.* 1892, vol. vii. p. 381.

habet:[1] "Deferri debet hoc Sanctum Sacramentum ab Ecclesia ad privatas ægrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifeste atque honorifice, ante pectus cum omni reverentia et timore, semper lumine præcedente," et S. C. C. approbante Innoc. XI., die 12 Febr. 1679 præscripsit, ut SS. Eucharistia "ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta" scil. ad Ecclesiam vel oratorium indulto S. Pontificis ad hoc privilegiatum, "accedere non valeant, . . ab Ecclesia deferatur *publice* et *cum pompa*, . . . ab oratorio privilegiato *cum forma decenti*."—In quo hæc *publica* delatio consistat, fusius exponitur a Rubrica Rit. Rom. l. c. n. 7, 9 et 10, necnon explanatur ab Auctoribus.[2]—Per illud *occulte* et *sine lumine* igitur facultas indulget, ut Rubrica, quæ publicam pompam et lumen adhibendum spectat, omitti possit verificata Clausula: *si ab hæreticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii* seu gravis irreverentiæ. Specialius, ut liquet ex Resp. S. R. C. de 4 Febr. 1871 ad Præf. Ap. Daniæ,[3] eadem Clausula semper supposita, vi facultatis hujus "licet ministrare infirmis S. Communionem occulte sine vestibus sacris et lumine" et "eodem modo etiam ministrare Extremam Unctionem," necnon "deferre et ministrare S. Communionem iis, qui longo tempore in carceribus acatholicis detinentur, si adsint causæ prudenti judicio Missionarii graves pro S. Eucharistia administranda," et demum "licet Missionario, commoranti in locis ab Ecclesia vel oratoriis longe distantibus, servare aliquas Sacras Hostias in loco decenti pro infirmis forte occurrentibus, quamvis actu nulli ibi infirmi reperiantur" (n. 165).

A rubrica vero prædicta hæc facultas non eximeret, sicubi ab hæreticis aut infidelibus sacrilegium aut irreverentia rationabiliter timeri nequeat (ut v. gr. ruri in locis, qui a catholicis *tantum* incoluntur), modo, eo etiam in casu, inducta consuetudo aut aliud quidpiam, *Ordinarii judicio*, contrarium non suaderet aut exigeret. Infertur præterea ex eadem Clausula, rubricæ ubique obsequendum esse pro ea parte, qua sine præ-

[1] Tit. iv. cap. 4, n. 6 (ed. Pustet 1882).

[2] O'Kane: *Notes on the Rubrics of the Roman Ritual*, 4th ed. Dublin, 1875, n. 789 seq.—Maier: *Die liturg. Behandlung d. Allerhl.* Regensburg, 1860, p. 488 seq.—*Linz. Qu. Schr.* 1893 p. 853 seq.

[3] *Coll. Miss.* n. 1351; *Coll. Prop.* n. 738.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dicto periculo, etc. eadem observari potest. Utramque conclusionem non obscure innuunt Litteræ encyclicæ S. C. de Prop. Fide 25 Febr. 1859 ad Episcopos nostros datæ, in quibus inter alia legitur: "Voluit insuper S. C., ut singuli Antistites excitarentur, quemadmodum præsentium tenore excitantur, ad communem Ecclesiæ disciplinam hac in re custodiendam, quantum temporis ac locorum adjuncta, necnon inductarum consuetudinum ratio patiantur."[1]

164.—Hac præmissa regula, lubet quibusdam respondere quæstionibus, quæ in his ecclesiasticis Provinciis magis practicæ sunt.

Quæstio I. An Sacerdos, S. Hostiam e ciborio pro Communione infirmi extracturus, vestibus præscriptis, i. e. talari, superpelliceo ac stola, indutus esse debeat?

Resp. Affirm., ut patet, in omnibus casibus, in quibus per adjuncta Sacerdos non prohibetur cum *iisdem* vestibus incedere, dum actu defert Sanctissimum ad infirmum. De his casibus agetur in Quæst. 2 mox sequenti.

In cæteris casibus O'Kane[2] ita distinguit: Vel Sanctissimum pro communicando infirmo jam invenitur in parva pyxide portatili, quæ bursæ includitur, vel e majori pyxide seu ciborio in parvam illam portatilem transferenda etiamnum est. In priori casu S. Hostiam cum parva pyxide e tabernaculo extrahere licebit cum sola stola.[3] In posteriori casu induatur præterea superpelliceo, quia nihil nisi urgens necessitas eum excusaret in tangendo digitis non pyxidem solum ut in priori casu, sed Sanctissimum ipsum sine vestibus præscriptis.[4] Utrum cum hac an potius sine ulla distinctione intelligendum sit Decretum 264 *Conc. Plen. Balt. II.*, sapientioribus ac præsertim Episcopis relictum malim. Decreti tenor est: "Cum in

[1] *Conc. Plen. B. II.* p. 297; *Coll. Miss.* n. 347.

[2] L. c. n. 801.

[3] "As he goes in his ordinary dress and without attendants, we would not require him to vest in order to take the pyxis out of the tabernacle."

[4] "For nothing short of strict necessity could justify him in thus handling" the Blessed Sacrament "without the vestments prescribed by the Rubric."

Ecclesia Sanctissimum e tabernaculo extrahunt, semper superpelliceo ac stola sint induti."

Quæstio 2. Quinam sunt casus magis practici, in quibus Sacerdos S. Eucharistiam deferens veste talari, superpelliceo ac stola indutus incedere facilius poterit, ideoque debebit?

Resp. Primus casus est loci ruralis a catholicis tantum inhabitati. Veste talari tamen uti non tenetur, si SS. Sacramentum ad domum longe dissitam deferendum sit, maxime si iter lutosum sit aut tempus pluvium, vel necessitas urgeat. Oportet tamen, ut vulgaris habitus Sacerdotis sit decens et mundus, quemadmodum dignitas SS. Sacramenti exigit.[1]

Alter casus est, si noctu vel summo mane deferendum sit Sanctissimum in ea anni parte, qua Sacerdos pallio cooperiri possit, quin deridiculo aut nimio calori exponatur: pallio enim superpelliceum contegetur, et vestis talaris pallio cooperta vix observabitur.

Tertius casus est, si Ecclesia aut locus unde Sanctissimum transfertur, tam parum distet a domo infirmi, ut Sacerdos, aliis etiam in adjunctis, æque longe ab Ecclesia aut e domo in veste talari recedere soleat aut sine admiratione populi recedere possit: nam et in hoc casu pallio aut palliolo superpelliceum tegi poterit. Cfr. O'Kane.[2]

Quæstio 3. An Sacerdos in domo saltem infirmi, dum actu Sacramentum administrat, veste talari ac superpelliceo indui debeat?

Resp. cum O'Kane.[3] Sacerdos, actionem aliquam liturgicam perficiens, veste talari indutus esse debet, quoties ea sine notabili aliquo incommodo indui potest: idemque a fortiori valet de superpelliceo in administratione SS. Eucharistiæ. Quare Sacerdos, illud Sacramentum administraturus, induere debet vestem talarem ac superpelliceum, si ea sine notabili incommodo a seipso aut per alium portari possint ad infirmum, seu ut S. R. C. respondit Præf. Apostolico Daniæ (supra), Sacerdos in ipso cubiculo infirmi aut incarcerati veste talari et stola se induere non omittere debet, quotiescumque fieri potest.—Dici nequit notabile incommodum adesse, si ad

[1] DeHerdt, *Prax. Rit.* c. 4, § 7, ii. 2. [2] Ib. n. 917. [3] Ib.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

infirmum curru vehatur, aut si socium habeat eum, a quo ad infirmum vocatur. Quid vero, si ad infirmum notabiliter distantem sine socio ac pedes aut equitando Sacramentum deferre debet? Hoc etiam in casu non deerit Sacerdoti medium, quo mentem, ne dicam etiam litteram, rubricæ exequatur. Sic v. g. vestis talaris ex valde tenui materia confecta ac manicis carens (ita ut supra vestem vulgarem indui possit) simul cum superpelliceo in exiguam molem plicari ac sine notabili incommodo deferri poterit.

Quæstio 4. An superpelliceum saltem supra vestem vulgarem, in actu administrationis Sacramenti, induendum sit?

Resp. Non consentiunt Auctores. Negat O'Kane, imo etiam improbat.[1] Affirmat DeHerdt.[2]

Quæstio 5. Quid in quocumque casu, quo facultate uti licet, servandum est?

Resp. 1. Sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus: in bursa serica et albi coloris pyxidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat, seu ita ad pectus alliget atque adstringat, ut neque decidere, neque pyxide excuti Sacramentum queat, et numquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu Clerici, associetur.[3]

Resp. 2. "Sacerdos pyxidem deferre debet . . . cum omni reverentia ac timore, non fabulando, nec oculis hinc inde vagando, sed . . . reverenter et graviter incedendo, festinando quidem, si necessitas urgeat, sed numquam præcipitanter currendo. Non enim præcipitanter currendo Viaticum deferre tenetur, etiamsi timeat forte, ne infirmus moriatur. Nam cursus nimis festinus et reverentiæ SS. Sacramento debitæ et honestati Clericali repugnat; nec Viatici præceptum introductum videtur cum periculo, ut Parochus fatuus videatur et irrideatur."[4] Ita si agatur de infirmo jam confesso: nam si confessione adhuc indigeat, cursum etiam festiniorem præceptum, nedum licitum esse, existimo, cum S. Alphonso

[1] Ib.
[2] *Prax. Rit.* c. 4, § 7, ii. 2.
[3] *Rit. Rom.* l. c. n. 10 *in fine* et Append. p. 13*; Maier l. c. p. 505.
[4] DeHerdt, *Prax. Rit.* c. 4, § 8, ii. 3.

(lib. vi. 242).—Per colloquia, de quibus loquitur DeHerdt, intelligenda sunt colloquia vana et inutilia.[1] Notandum etiam quod habet Kenrick:[2] "In itinere longinquo, quod plures dies exigit, et ubi occurrunt obvii quipiam, a colloquio abstineri nequit: quamvis parce cauteque et cum utilitate audientium sermo sit habendus. Graviter enim peccat qui, tantum Sacramentum deferens, colloquia vana miscet."

Resp. 3. "Delatio Sanctissimi Sacramenti ad *urgentes* tantum causas, atque ad *actuale* ministerii Sacerdotalis exercitium coarctetur, cum stricta obligatione Sanctam Hostiam semper super pectus deferendi."[3] Quænam vero sit urgens causa ex loci, temporis aliisque adjunctis erit dijudicandum.[4] Certum porro est SSmum a mane usque ad vesperum secum deferre Sacerdoti non licere ea *tantum* de causa, quod in aliquem forte ægrotum incidere *possit*.[5]—E contra cum ex dictis vox *infirmi* in facultate non sumatur presse et in sensu stricto, nihil obstare videtur, quominus Sacerdos, diebus Dominicis in domo vel statione procul ab Ecclesia Missam celebraturus, secum afferat aliquas particulas, ut ii, qui in locis vicinis ob debilitatem et ægritudinem domi retinentur, summo mane ante Missam Communionem suscipere possint, maxime si id fiat ad satisfaciendum præcepto Paschali et prævie consulto Ordinario.[6]

Nota. Quæ de servanda, "in quantum rerum circumstantiæ sinunt,"[7] rubrica diximus, iis, ut verbis utamur clarissimi O'Kane,[8] nolumus reprehendere Sacerdotes, qui sequuntur consuetudines a competenti auctoritate haud abrogatas. Nam, ut recte scribit idem O'Kane,[9] in certis quibusdam adjunctis, consuetudo licet abrogare non possit legem liturgicam, ejusdem tamen obligationem suspendit, donec scil. adjuncta, quæ ejus observationi obstant, cessaverint. Meminisse oportet, quæ supra n. 163 ex Litteris encyclicis S. C. de Prop. Fide attulimus de communi Ecclesiæ disciplina hac in re custodienda, quantum temporis ac locorum adjuncta, necnon *inductarum consuetudinum ratio patiantur*.

[1] *Conc. Pl. B. II.* n. 264.
[2] *Th. mor.* tr. xvii. n. 26.
[3] Litt. encycl. n. 163 cit.
[4] *C. Pl. B. II.* n. 264.
[5] Litt. encycl. n. 163 cit.
[6] Cfr. Sabetti n. 691, qu. 2 et *Coll. Miss.* n. 344, 348.
[7] *Conc. Plen. Balt. II.* n. 264.
[8] Op. cit. n. 918.
[9] Ib. n. 84.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

165.—II. *Illudque sine eodem* (lumine) *retinendi pro iisdem infirmis.*—Conceditur ergo in hac parte Articuli, ut Sanctissimum ratione periculi sacrilegii ab hæreticis aut infidelibus imminentis servari possit sine lumine, idque etiam in domo Sacerdotis (supra n. 163).—Servandum tamen est: *in loco . . . decenti*, ut expresse habet facultas et res ipsa exigit. Opinor igitur, servandum esse augustissimum illud Sacramentum, si quodemumcumque modo fieri potest, in conclavi, quod quousque saltem in eo Sanctissimum retinetur, domesticis usibus non inserviat, et quidem in parvo aliquo tabernaculo ad hunc finem facile construendo.—At vero lumen videtur requiri, si Sanctissimum in domo Sacerdotis asservatur et in ea nullum sacrilegii ab hæreticis timendum est periculum neque incommodum sat grave excusat. Nam si quando Sanctissimi asservatio in oratorio domus privatæ a Summo Pontifice impetratur, id numquam conceditur, nisi sub conditione luminis coram eo diu noctuque collucentis. Præterea ratio, cur lumen requiratur, non est Sanctissimi asservatio *in Ecclesia*, sed reverentia debita Sacramento, in quo continetur is qui candor est lucis æternæ et inextinguibile lumen ejus. Impotentia tamen, paupertas sine remedio, aut alia gravis causa excusare potest. Cum dictis concordant etiam varia Concilia Provincialia.[1]

166.—*Si ab hæreticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii.* His verbis exprimitur *ratio facultatis.* Absente etiam hoc periculo, causas quandoque adesse posse Sanctissimum occulte deferendi ac in privata domo retinendi, notum est cuicumque theologo. Sermo hic præsertim est de facultate, non de his causis, de quibus consuli possunt theologi et rubricarum expositores.[2]

[1] Cfr. *Coll. Lacen.* vol. iii. in ind. sub v. *Eucharistia* n. 45 et 46 (col. 1438).

[2] Cfr. S. Alph. vi. 241.

ARTICULUS XXV.

"INDUENDI SE VESTIBUS SÆCULARIBUS, SI ALITER VEL TRANSIRE AD LOCA EORUM CURÆ COMMISSA VEL IN EIS PERMANERE NON POTERUNT."

(F. III. a. 17; F. IV. a. 23; F. VI. a. 22.)

167.—Explicatio.

"Qui nolit se sacrorum Canonum prorsus imperitum ostendere, fateri cogitur, nullam aliam, nisi talarem esse vestem Clericorum propriam, eorumque statui maxime convenientem." Ita Ben. XIV. *de Syn. diœc.* XI. c. 8. idque suo more probat. Unde in facultate hujus Art. Sacerdotibus permittitur ut, si talari induti non possint ad loca suæ curæ commissa transire vel in eis permanere, alia veste, laicis magis propria, semper tamen statui suo quantum fieri potest, convenienti, uti queant. Ne licentia et abusus oriantur, Conc. Plen. Balt. II.[1] et III.[2] volunt, ut domi degentes vel in templo veste talari utamur: cum vero foras prodimus, breviori quadam veste (vulgo *soutanelle*) induamur, quæ tamen nigri coloris sit, et infra vel saltem usque ad genua producatur: item ut ne comam et barbam studiose aut laicorum more nutriamus. Item *C. Pl. B.* III. l. c. stricto præcepto Sacerdotibus injungit, ut tam domi quam foris, sive in propria Diœcesi degant sive extra eam, collare, quod romanum vocatur, gerant. Ex his patet quid apud nos per vestem sæcularem, quatenus vesti clericali opponitur, intelligendum sit. Cfr. Zit. *App.* p. 191. Si dein in casibus extraordinariis e. gr. ob persecutionem sævientem nec vestibus in Conc. Plen. præscriptis uti possint, se occultandi causa vestes omnino sæculares induere posse, nedum ex hac facultate sed etiam ex principiis Theologiæ moralis facile cuique perspicuum est. Indultum vestes sæculares deferendi a S. Sede conceditur quandoque clerico, qui ut mereatur necessaria ad vitam sustentandam, negotia civilia exercere debet. (Cfr. Lingen et Reuss: *Causæ selectæ.* Pustet 1871, pag. 150.)

[1] Num. 148, 151.

[2] N. 77. Cfr. Conc. Prov. Quebecen. III. a. 1863. ad viii. in *Coll. Lac.* iii. p. 676.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS XXVI.

"RECITANDI ROSARIUM VEL ALIAS PRECES, SI BREVIARIUM SECUM DEFERRE NON POTERUNT, VEL DIVINUM OFFICIUM OB ALIQUOD LEGITIMUM IMPEDIMENTUM RECITARE NON VALEANT."

(F. III. a. 18; F. IV. a. 13; F. VI. a. 23.)

168.—Explicatio.

I. Ad intelligentiam hujus Art. pertinet, quod (infra n. 248, ad viii.) ad quæsitum: "Quid intelligitur per 'Rosarium' in n. 26 Formulæ I.? An Rosarium quindecim, an vero etiam quinque decadum, et an aliæ preces, de quibus in eodem numero, quantitate moraliter æquivalere debeant Rosario?—S. Off. respondit:" Intelligi integrum Rosarium, sed relinqui prudenti arbitrio et conscientiæ Episcopi, attentis peculiaribus personarum circumstantiis, commutationem in tertiam partem aut in preces tertiæ parti respondentes."

Unde vi hujus Art. fieri potest:

a. *commutatio in opus æquivalens*, quod relate ad officium diei consistit ex integro Rosario 15 decadum aut ex aliis precibus eidem moraliter æqualibus.

b. Attentis pecularibus circumstantiis commutatio in tertiam partem Rosarii aut in preces huic tertiæ parti respondentes. Ad has se referri videtur, quod de nostris regionibus scribit Sabetti: "In aliquibus diœcesibus apud nos, preces istæ assignatæ ab Ordinario sunt Litaniæ B. M. V. cum Ps. *Miserere;* sed non videtur, quod gravitas obligationis, quæ cadit in officium, transferenda sit ad istas preces, tum quia materia levis apparet, tum quia non præsumitur talem esse mentem Ordinarii."

Quod commutationem in opus æquivalens sub **a.** attinet

1. Episcopus Bray (*Fac. Apost.* pag. 747) vi hujus facultatis cuique suorum sacerdotum concessit, ut, quando non leviter ægrotans horas canonicas persolvere non potest absque gravi incommodo—aut inter paganos iter agens officium recitare non potest ob tumultum et clamorem paganorum etc.—aut tota die occupatus vel in cura infirmorum vel in instructione neophytarum Breviarium recitare nequit ob defatigationem—

supplere possit per recitationem Rosarii hoc modo: si nullam Officii divini talis diei partem recitaverit, recitet tres Coronas B. M. V.; unam loco Matutini et Laudum, alteram loco Parvarum Horarum, tertiam loco Vesperarum et Completorii. Si autem unam tantum ex his tribus partibus Officii prætermiserit, recitet unam Coronam; si vero duas partes, recitet duas Coronas B. M. V.—Addit: Circa hoc nemo sit, quæso, neque scrupulosus, neque laxista; et omnes, quantum moraliter fieri poterit, conentur, ut digne, attente ac devote Officium divinum quotidie recitare valeant.

2. *Preces* Officio æquivalentes desumi etiam possunt ex praxi a S. Sede quoad commutationem ejusdem observata.—S. Pœnitentiaria scil., si agitur de debili visu, ita ut nec cum perspicilliis sine difficultate S. Officium recitare possit, aut de eo, qui ob minimam lectionem dolorem capitis sentit, ita ut ad ulteriorem Breviarii recitationem et ad alias actiones fiat inhabilis, injungit, ut loco Matutini Coronam B. M. V. et saltem Ps. *Miserere* et *Benedictus;* pro singulis Horis septies *Pater* et *Ave* cum Ps. *De Profundis;* pro Vesperis duodecies *Pater* et *Ave* cum Ps. *Dixit Dominus* et *Magnificat*, pro Completorio septies *Pater* et *Ave* cum Ps. *Qui habitat* et Cantico *Nunc dimittis* et Symbolo apostolico recitent (Renzi Part ii. cap. iv. n. 111.) Leo X. in const. *Inter cætera* 20 Jan. 1521 cap. iv. Tertiariis S. Francisci in congregatione viventibus, qui ad Breviarium Romanum obligati erant, si illud recitare nescierunt, imposuit, ut pro Matutino duodecim *Pater noster* et pro qualibet aliarum Horarum septem dicerent, addito *Gloria Patri* in fine cujuslibet *Pater noster*, addito etiam *Credo* et *Miserere mei Deus* in principio Primæ et Completorii.

II. *Causæ*, ob quas usus hujus facultatis fieri potest, exponuntur per verba Art., scil.

a. *Si breviarium secum deferre non poterunt.* Hæc impotentia seu satis gravis difficultas nunc rarior est quam olim, cum modus itinera faciendi hodie delationem Breviarii facilem plerumque reddat. In locis tamen, ubi equitando tantum iter agi potest, satis facile ratio utendi facultate adesse poterit.

b. *Vel divinum officium ob aliquod impedimentum recitare non valeant.* Ut privilegium aliquid operetur, impedimentum

intelligendum est minus grave, quam id, ob quod quis per se, i. e. absque dispensatione, ab Officio excusatur.

NOTA. **a.** Aliquarum Diœcesium Sacerdotibus, qui per quinque sive interruptas sive continuas ejusdem diei horas confessiones audierint, vi indulti Pontificii ab Episcopo pro eis obtenti, permissum est, ut loco Matutini et Laudum alias ab Ordinario determinatas preces recitent. Quod tamen præcipue intelligi debet de Matutino et Laudibus diei sequentis, quia secus hoc indultum nulli fere usui, sed potius oneri esset, cum facile scire nequeam, an hodie per quinque horas confessiones sim auditurus, ac præterea indultum pro personis indeterminatis late interpretandum sit.[1]

b. Episcopi et Superiores Regulares ex potestate quasi-ordinaria cum justa causa suos respective subditos in casu singulari et ad breve tempus dispensare possunt (S. Alph. iv. 159 et *de Priv.* n. 106.—Cfr. supra n. 24, 25).

c. Vi Privilegii a Clem. VII. in Const. *Dudum* 7 Martii 1533 Theatinis concessi *Superiores Regulares* suis Clericis et sociis, qui prædicatione verbi Dei, auditione confessionum et sacræ theologiæ ac Sacrorum Canonum studiis ad suum et Christifidelium animarum profectum occupantur, seu infirmitate aut infirmorum curatione et ministerio pro tempore impediuntur, loco divini Officii injungere possunt certum numerum Psalmorum per ipsos (Superiores) eis assignandorum, non minus septem vel sex, cum divisione, ac Orationem Dominicam septies, Symbolum Apostolicum bis;—graviter autem ægrotantes Orationem Dominicam semel et Salutationem Angelicam septies in die recitando toti Officio satisfecisse censentur. (Cfr. *Bull. Rom.* ed. Taurin. vol. vi. pag. 161, § 1 et 2 et Salm. *Curs. Theol. mor.* tr. 16. n. 55-57.) Alia privilegia Regularium quoad Off. div. vide ap. S. Alph. iv. 63 et *de Priv.* n. 107.

ARTICULUS XXVII.

"DISPENSANDI, QUANDO EXPEDIRE VIDEBITUR, SUPER ESU CARNIUM, OVORUM ET LACTICINIORUM TEMPORE JEJUNIORUM ET QUADRAGESIMÆ, NON TAMEN PER GENERALE INDULTUM, SED IN CASIBUS PARTICULARIBUS."

(F. III. a. 19; F. IV. a. 16; F. VI. a. 14.)

§ 1. Explicatio Articuli.

169.—Dicitur: I. *non tamen per generale indultum etc.* Hæc additio vi Decreti S. Off. de 17 Mart. 1883 (ap. *Coll. Prop.* n. 1080.) facta fundamentum suum habet in Const. Bened. XIV. *Libentissime* 10 Junii 1745, § 22, et declaratione S. C. de P. F. 2 Aug. 1781 (ap. *Coll. Prop.* n. 2059) necnon in eo quod ad dubium propositum ab Episcopis Prov. S. Francisci in California, "an vi generalis facultatis Episcopis factæ sub n. 27, scilicet: *dispensandi, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore jejuniorum et Quadragesimæ,* possint dispensare per generale Decretum omnes fideles Diœcesis super abstinentia carnium aliquibus Quadragesimæ diebus:" S. C. Inq. fer. iv. 15 Sept. 1880 respondit: *Negative.*[1]

Unde ii, qui hac facultate gaudent, si adsit justa et rationabilis causa, hunc et illum dispensare possunt ex multis, adeo ut tandem *individualiter* omnes dispensentur, dummodo non dispensent generaliter omnes sui districtus. Ut plurimum autem juvat abstinentiam in aliud opus pium commutare e. gr. in Rosarium pro conversione peccatorum, ut sic spiritus Ecclesiæ aliquo modo servetur. Ita Bray p. 193, 194.

Dicitur: II. *tempore jejuniorum et Quadragesimæ.* Ergo vi hujus facultatis dispensari non potest super esu carnium feria sexta et Sabbato. Id vero, quod quidam apud LaCroix[2] opinatus est et cui consentit Corre p. 593, sc. ex hac facultate *a potiori* posse dispensari pro esu carnium diebus Veneris et Sabbati, sat solido carere videtur fundamento. Facultates enim late quidem, non vero extensive sunt interpretandæ. Et ita decidit etiam Nuntius Coloniensis die 13 Aug. 1794, ut refertur in nova editione operis Renati Billuart: *Summa S. Thomæ,* Parisiis (Palmé), tom. viii. part. altera, p. 64.

Quær. Utrum vi hujus Art. cum fidelibus diebus jejunii dispensare possimus, non solum ut carnibus vesci, sed etiam ut pluries in die comedere valeant? "*Affirmativam* responsionem, ait Corre p. 590, puto probabilem.—Ratio est, quia Auctores *olim* dicebant eum, cui vi dispensationis licitus est esus carnium, etiam secundam refectionem facere posse. Vide Schmalz-

[1] *Past. Bl.* 12 Jahrgang, p. 11.

[1] Peculiare est, quod in Conc. Prov. Antequeren. p. 235 de hoc Art. habetur: "Mos autem est, ut (Episcopi Ditionis Mexicanæ) hanc dispensationem concedant singulis bienniis per decretum ab eis latum."

[2] *Th. mor.* vi. pars 3, n. 850.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

intelligendum est minus grave, quam id, ob quod quis per se, i. e. absque dispensatione, ab Officio excusatur.

NOTA. **a.** Aliquarum Diœcesium Sacerdotibus, qui per quinque sive interruptas sive continuas ejusdem diei horas confessiones audierint, vi indulti Pontificii ab Episcopo pro eis obtenti, permissum est, ut loco Matutini et Laudum alias ab Ordinario determinatas preces recitent. Quod tamen præcipue intelligi debet de Matutino et Laudibus diei sequentis, quia secus hoc indultum nulli fere usui, sed potius oneri esset, cum facile scire nequeam, an hodie per quinque horas confessiones sim auditurus, ac præterea indultum pro personis indeterminatis late interpretandum sit.[1]

b. Episcopi et Superiores Regulares ex potestate quasi-ordinaria cum justa causa suos respective subditos in casu singulari et ad breve tempus dispensare possunt (S. Alph. iv. 159 et *de Priv.* n. 106.—Cfr. supra n. 24, 25).

c. Vi Privilegii a Clem. VII. in Const. *Dudum* 7 Martii 1533 Theatinis concessi *Superiores Regulares* suis Clericis et sociis, qui prædicatione verbi Dei, auditione confessionum et sacræ theologiæ ac Sacrorum Canonum studiis ad suum et Christifidelium animarum profectum occupantur, seu infirmitate aut infirmorum curatione et ministerio pro tempore impediuntur, loco divini Officii injungere possunt certum numerum Psalmorum per ipsos (Superiores) eis assignandorum, non minus septem vel sex, cum divisione, ac Orationem Dominicam septies, Symbolum Apostolicum bis;—graviter autem ægrotantes Orationem Dominicam semel et Salutationem Angelicam septies in die recitando toti Officio satisfecisse censentur. (Cfr. *Bull. Rom.* ed. Taurin. vol. vi. pag. 161, § 1 et 2 et Salm. *Curs. Theol. mor.* tr. 16. n. 55-57.) Alia privilegia Regularium quoad Off. div. vide ap. S. Alph. iv. 63 et *de Priv.* n. 107.

ARTICULUS XXVII.

"DISPENSANDI, QUANDO EXPEDIRE VIDEBITUR, SUPER ESU CARNIUM, OVORUM ET LACTICINIORUM TEMPORE JEJUNIORUM ET QUADRAGESIMÆ, NON TAMEN PER GENERALE INDULTUM, SED IN CASIBUS PARTICULARIBUS."

(F. III. a. 19; F. IV. a. 16; F. VI. a. 14.)

§ 1. Explicatio Articuli.

169.—Dicitur: I. *non tamen per generale indultum etc.* Hæc additio vi Decreti S. Off. de 17 Mart. 1883 (ap. *Coll. Prop.* n. 1080.) facta fundamentum suum habet in Const. Bened. XIV. *Libentissime* 10 Junii 1745, § 22, et declaratione S. C. de P. F. 2 Aug. 1781 (ap. *Coll. Prop.* n. 2059) necnon in eo quod ad dubium propositum ab Episcopis Prov. S. Francisci in California, "an vi generalis facultatis Episcopis factæ sub n. 27, scilicet: *dispensandi, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore jejuniorum et Quadragesimæ,* possint dispensare per generale Decretum omnes fideles Diœcesis super abstinentia carnium aliquibus Quadragesimæ diebus:" S. C. Inq. fer. iv. 15 Sept. 1880 respondit: *Negative.*[1]

Unde ii, qui hac facultate gaudent, si adsit justa et rationabilis causa, hunc et illum dispensare possunt ex multis, adeo ut tandem *individualiter* omnes dispensentur, dummodo non dispensent generaliter omnes sui districtus. Ut plurimum autem juvat abstinentiam in aliud opus pium commutare e. gr. in Rosarium pro conversione peccatorum, ut sic spiritus Ecclesiæ aliquo modo servetur. Ita Bray p. 193, 194.

Dicitur: II. *tempore jejuniorum et Quadragesimæ.* Ergo vi hujus facultatis dispensari non potest super esu carnium feria sexta et Sabbato. Id vero, quod quidam apud LaCroix[2] opinatus est et cui consentit Corre p. 593, sc. ex hac facultate *a potiori* posse dispensari pro esu carnium diebus Veneris et Sabbati, sat solido carere videtur fundamento. Facultates enim late quidem, non vero extensive sunt interpretandæ. Et ita decidit etiam Nuntius Coloniensis die 13 Aug. 1794, ut refertur in nova editione operis Renati Billuart: *Summa S. Thomæ,* Parisiis (Palmé), tom. viii. part. altera, p. 64.

Quær. Utrum vi hujus Art. cum fidelibus diebus jejunii dispensare possimus, non solum ut carnibus vesci, sed etiam ut pluries in die comedere valeant? "*Affirmativam* responsionem, ait Corre p. 590, puto probabilem.—Ratio est, quia Auctores *olim* dicebant eum, cui vi dispensationis licitus est esus carnium, etiam secundam refectionem facere posse. Vide Schmalz-

[1] *Past. Bl.* 12 Jahrgang, p. 11.

[1] Peculiare est, quod in Conc. Prov. Antequeren. p. 235 de hoc Art. habetur: "Mos autem est, ut (Episcopi Ditionis Mexicanæ) hanc dispensationem concedant singulis bienniis per decretum ab eis latum."

[2] *Th. mor.* vi. pars 3, n. 850.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

grueb. lib. 3. tit. 46. n. 16. Ergo habens facultatem dispensandi pro esu carnium, etiam permittere poterat secundam refectionem. Dixi *olim;* quia ex Benedicto XIV. (Epistola encyclica *Non ambigimus,* 30 Maji 1741, *In suprema* 22 August. ejusdem anni, Litteris ad Archiepisc. Compostellæ, 8 Julii 1744, et denique altera Epistola encyclica *Libentissime quidem,* 10 Junii 1745; vide ea omnia documenta in Append. *Theologiæ S. Lig.*), hodie hoc *in universum* verum non est.—Attamen verum esse puto *in specie* pro citata facultate: *a.* quia hæc inseri consueverat in Formulis Vicariorum Apostolicorum ante Benedictum XIV., nec tamen post ipsum S. Sedes ulla clausula restrictiva eam coarctavit; *b.* quia facultas dispensandi a lege jejunii singulares personas alias non reperitur in Formulis Vicariorum Apostolicorum, cum tamen supponendum non sit, S. Sedem voluisse, eam potestatem iis denegare."--

Expositioni huic quædam addere liceat. Præ ceteris ratio, cui Auctores isti innituntur, in eo consistit, quod principale et essentiale in lege jejunii est abstinentia a carnibus; unde cadente hoc cessat etiam obligatio ad unicam refectionem, tanquam ejus accessorium. Bened. XIV. in *Inst.* xv. n. 20, ubi de hac quæstione tractat, dicit, plurimos Theologos idem tenere quod Schmalzgr., adhæret tamen contrariæ opinioni ut communiori eamque suo more ita probat, ut priori vix umbra probabilitatis remaneat, et demum qua Papa eam per constitutiones præfatas pro Ecclesia universa obligatoriam reddidit. Pace docti auctoris opinor, hoc omnino sufficiens fuisse pro sensu facultatis in illis Formulis determinando nec ullum Pontificem in earum concessione vel prorogatione mentem ab illa Benedicti XIV. diversam habuisse. Neque deficientia facultatis dispensandi a jejunio ullo modo urget; nam si Vicarii ultra causas excusantes a jejunio, facultate dispensandi indiguissent, S. Sedes eis supplicantibus eam non denegasset, prout eam concessit Vicariis in Sina et regionibus adjacentibus. (Cfr. *Coll. Prop.* n. 2047, 2060, 2075.) Quare teneo, vi facultatis hujus Art. non posse dispensari nisi ita, ut remaneat *per se* obligatio jejunii, seu dispensari posse tantum ad unicam comestionem carnium etc.[1]—*Per se* dico; nam excusati a jejunio

S. Alph. lib. iii. n. 1015.

ratione ætatis, laboris, infirmitatis supposita *totali* dispensatione pro comestione carnium ex declarationibus S. Sedis pluries in die carnibus vesci possunt.[1]—Dispensatus gratia sua uti potest etiam extra Diœcesin, modo dispensans eam ad Diœcesin non limitaverit, causa perduret et scandalum vitetur (n. 45).

NOTA. Vi potestatis quasi-ordinariæ Episcopi et Superiores Regulares ex justa causa cum suis respective subditis in jejunio et abstinentia dispensare possunt in casibus singularibus et ad breve tempus. S. Alph. *de Priv.* n. 106 et lib. iii. n. 1032. Idem in jejunio etiam Parochi possunt. Cfr. supra n. 24 et 25.—In quibusdam ex nostris Diœcesibus cum facultate hujus Art. omnibus confessariis ab Episcopo delegatur etiam facultas dispensandi in jejunio.

§ 2. Indulta quoad jejunium et abstinentiam.

I. *Indultum quadragesimale* de die 3 Aug. 1887, ex originali, gratiosissime a Sua Eminentia[2] mihi communicato, descriptum:

"Beatissime Pater,

Jacobus Card. Gibbons, Archiepiscopus Baltimorensis, sicut ipsi injunctum fuit Litteris S. Officii anno elapso datis Rmos Archiepos omnes audivit ac sequentem schedulam *indulti Quadragesimalis,* eorum concordi sententia S. Sedi ex animo subjiciendam esse censet, quo major uniformitas disciplinæ in Ecclesia Americana hac in re haberi possit.

"1. Indulgendum esse usum carnium, ovorum et lacticiniorum in singulis comestionibus die Dominica ac in comestione principali die Lunæ, Martis, Jovis et Sabbato, exceptis Sabbatis quatuor temporum et majoris hebdomadæ.—2. Pariter usum lacticiniorum et ovorum permittendum esse singulis diebus Quadragesimæ in collatione serotina et in comestione principali in diebus, in quibus non licet vesci carnibus.—3. Posse mane sumi frustulum panis cum haustu Cafei, Theæ, Chocolati aut aliquid simile.—4. Ubi comestio principalis sumi non potest meridie, licere ordinem invertere ac collationem mane, prandium vero vespere sumere.—5. Posse adhiberi laridum aut adipem (vulgo lardo, strutto) in præparandis cibis permissis.—6.

[1] Lehmkuhl i. n. 1220; Marc n. 1242, Reg. 5.

[2] Item postea ad supplicationem confratris prius factam Archiepiscopus Neo-Eboracencis exemplar benignissime transmisit.

Fideles a lege jejunii exemptos, cum usus carnis, ovorum ac lacticiniorum omnibus permittitur, posse iisdem vesci pluries in die haud secus ac in Dominicis diebus ejusdem Quadragesimæ, in quibus non urget obligatio jejunii.—Interim . . ."

"Fer. iv. 3 Aug. 1887 SSmus D. N. D. Leo div. Prov. PP. XIII. in audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, audita relatione suprascripti supplicis libelli una cum Emorum PP. Cardinalium Genlium Inquisitorum suffragio rescribendum mandavit quoad 1. affirmative, vetita toto tempore Quadragesimæ etiam diebus Dominicis promiscuitate carnium et piscium. Ad 2. pro gratia juxta preces, et quoad refectionem serotinam dissimulari posse. Ad 3, 4, 5, et 6, pro gratia juxta preces ad decennium facta quolibet anno mentione obtenti indulti. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

J. Mancini S. R. et U. J. *Notarius.*"

Adverto **a.** ad hujus indulti n. 5., S. Pœnitentiariam, dum pridem concessiones S. C. S. Officii interpretata est, sub adipe suillum tantum intellexisse cum exclusione adipis aliorum animalium (cfr. DeAngelis lib. iii. tit. xlvi. pag. 362). Nonnumquam tamen Suprema hæc Congregatio etiam adipem aliorum animalium concessit,[1] prout ex indulto de 2 Mart. 1873[2] in Provincia Quebecensi adeps cujusvis animalis pro cibis parandis et condiendis *diebus abstinentiæ* permittitur. Die vero 1 Maji 1889 dicta S. C. S. Off.[3] ad quæs., an sub verbis *condimenti di grasso* (*ex adipe*), quæ occurrunt in indultis pro quadragesima et infra annum, intelligendus sit *adeps animalis?* respondit: Affirmative. Illud *animalis* autem l. c. intelligitur de animali in genere, ita ut adeps cujuscumque animalis, non porcinus tantum, licite adhiberi possit.—Jam vero tum Baltimoræ tum alibi in mandatis quadragesimalibus (Regulations for Lent) " laridum vel adeps " supradicti num. vertitur per *hog's lard or dripping. Dripping* autem est *the fat which falls from meat in roasting* (*Century Dictionary*) et significat adipem cujuscumque animalis. Ideo merito supponi potest. Episcopos nostros jamdiu edoctos fuisse, adipem licitum apud nos ob peculiares nostras necessitates in hoc latiori sensu intelligendum esse. Addo, Leonem XIII. 15 Maji 1896 concessisse, ut diebus jejunio consecratis, in

[1] Lehmkuhl i. n. 1212. [2] Card. Taschereau pag. 9.
[3] *Analecta eccles.* 1895 p. 483; *N. R. Th.* xxvii. p. 257; *Act. S. Sed.* xxviii. 570.

quibus apostolica venia usus condimentorum ex adipe indulgetur, butyro quoque per modum condimenti uti liceat. (*N. R. Th.* xxviii. 659.) Ut patet, hæc concessio supponit prohibitionem lacticiniorum.

b. Prædicta sub 4, 5, et 6, vi hujus indulti de quadragesima sola valent; at vi consuetudinis etiam ad dies jejunii extra quadragesimam extenduntur. Konings, *Comp.* n. 552, qu. 3.—Kenrick tr. iv. n. 39. In quadam Diœcesi Stat. Fœd. annuatim id quod n. 5. concessum est, ita in Regulationibus pro quadragesima promulgatur: "Lard, the fat rendered from any kind of meat, may be used in preparing food on any day in Lent. This dispensation is also extended to the days of abstinence and fast days throughout the year."

II. Concessit Pius IX. ad preces Episcopi Buffalensis, ut *milites* et *nautæ* Americani ab abstinentiæ lege eximerentur universim, sex diebus exceptis, nempe Feria IV. Cinerum, *tribus*[1] ultimis Hebdomadæ sanctæ diebus, et in Vigilia Assumptionis B. M. V. et Natalis Dni. Id intelligendum de iis, qui actu inserviunt in castris, navibus, præsidiis, non autem qui ex venia absunt. Familiæ cum iis communi victu utentes eodem gaudent privilegio, non item quæ procul degunt. (*Conc. Plen. Balt.* II. pag. 343.)

III. Leo XIII. die 20 Jan. 1886 Episcopis Stat. Fœd. facultatem concessit ad decennium, singulis annis dispensandi ab abstinentia *diebus Sabbati* servanda.

IV. Ex indulto S. Congr. de Prop. Fide 15 Mart. 1895 favore *operariorum* in Statibus Fœder. Am. tributa est facultas singulis Ordinariis ad decennium, permittendi usum carnium in iis circumstantiis locorum et personarum, in quibus judicaverint veram existere difficultatem observandi legem communem abstinentiæ. Ab hac vero permissione excludi debent præter omnes sextas ferias totius anni, etiam feria quarta Cinerum, *totum tempus majoris* hebdomadæ,[1] et Vigilia Nativitatis Domini. In iis vero diebus, in quibus ab Ordinario permittitur usus carnium, hæc permissio pro obligatis ad jejunium extendi debet tantum ad unicam comestionem et firma manere debet lex prohibens ciborum mixtionem.—Hujusmodi concessio censeri debet facta non tantum individuis operariis,

[1] Sed cfr. supra I. ad 1.

sed etiam eorum familiis ita ut omnia earumdem membra de indulto participent.—In notificatione legis jejunii, quæ singulis annis e suggestu legenda est, debet fieri mentio specialis hujus indulti, quod operariis Statuum Fœderatorum a S. Sede conceditur, et consilium dandum est fidelibus, ut diebus, quibus indulto utuntur, aliquod aliud pœnitentiæ opus exerceant v. g. abstineant a potu inebriante.—Tandem Ordinarii monendi sunt, ut suis Sacerdotibus commendent discretionem in urgenda legis adimpletione eaque moderanda. Satis enim distingui debet inter causas ex se excusantes et causas sufficientes ad dispensationem, insuper causarum gravitas cum debita prudentia pensanda est.[1] (Ex gratiosa communicatione Emi Principis Jacobi Card. Gibbons.)

V. In indulto 7 Julii 1844 Diœcesibus *Canadensibus* dispensatio ab usu carnium in Quadragesima concessa est *exceptis:* Feria IV. Cinerum et tribus diebus sequentibus,—feriis iv. vi. et Sabbatis priorum quinque hebdomadum—et Dominica Palmarum cum sex diebus sequentibus. Insuper in his Diœcesibus jejunandum est non solum feria vi. (ut apud nos) sed et iv. Adventus, et non tantum in Vigiliis Nativitatis Dni, Pentecostes, Assumptionis B. M. V. et OO. Sanctorum (ut apud nos), sed etiam in Vigilia SS. Ap. Petri et Pauli.—Si festum Assumptionis ex Sabbato transfertur in Dominicam (16 Aug.), jejunium ex indulto 11 Julii 1887 servatur feria vi. (14 Aug.). (Cfr. *Appendice au Rituel Romain*, Québec 1890 pag. 7, 73 et 118.)

VI. Leo XIII. 5 Dec. 1894 omnibus Locorum Ordinariis concessit facultatem *anticipandi* die sibi benevisa atque ob gravissimas causas etiam *dispensandi* super lege jejunii et abstinentiæ, quando festum sub utroque præcepto servandum Patroni Principalis aut Titularis, vel solemne aliquod festum item magno populorum (etiam civitatis vel loci tantum) concursu celebrandum, inciderit in ferias sextas aut Sabbata per annum, excepto tempore quadragesimæ, diebus quatuor tempo-

[1] Nomine *Operariorum*, prout hoc tum ex fine concessionis tum ex mente supplicantium colligitur, non omnes, qui labori cuicumque operam dant, sed ii solum intelligi debent, quos anglice designare solemus vocabulo *workingmen*. Sabetti n. 338.

rum et vigiliis per annum jejunio consecratis; atque ut eâdem anticipandi seu etiam dispensandi potestate uti possint pro diebus, quibus nundinæ extraordinariæ, magno item populorum concursu (etiam civitatis vel loci tantum) habeantur. Cfr. cit. Decr. ap. *Act. S. Sed.* xxvii. 512 et declar. S. C. S. Off. de 18 Mart. 1896 ib. xxviii. 572, ubi (ad iv.) inter causas dispensandi etiam grave periculum generale assignatur, quod abstinentia anticipanda non observetur.

ARTICULUS XXVIII.

"PRÆDICTAS FACULTATES COMMUNICANDI, NON TAMEN ILLAS, QUÆ REQUIRUNT ORDINEM EPISCOPALEM, VEL NON SINE SACRORUM OLEORUM USU EXERCENTUR, SACERDOTIBUS IDONEIS QUI IN EORUM DIŒCESIBUS LABORABUNT, ET PRÆSERTIM TEMPORE SUI OBITUS, UT SEDE VACANTE SIT QUI POSSIT SUPPLERE, DONEC SEDES APOSTOLICA CERTIOR FACTA, QUOD QUAMPRIMUM FIERI DEBEBIT PER DELEGATOS VEL PER UNUM EX IIS, ALIO MODO PROVIDEAT: QUIBUS DELEGATIS AUCTORITATE APOSTOLICA FACULTAS CONCEDITUR, SEDE VACANTE ET IN CASU NECESSITATIS, CONSECRANDI CALICES, PATENAS ET ALTARIA PORTATILIA SACRIS OLEIS AB EPISCOPO TAMEN BENEDICTIS."

(Cfr. F. III. a. 20; F. IV. a. 26; F. VI. a. 24; F. X. a. 12.)

170.—Explicatio.

Prædictas facultates communicandi . . . sacerdotibus idoneis qui in eorum diœcesibus laborabunt. Sacerdotibus ergo, qui in Diœcesi non laborant, facultates hujus Form. communicari nequeunt; neque illi, quibus communicatio facta est, facultatibus laborando extra Diœcesin uti valent (n. 52). Ad rem facit Responsum S. C. Off. anni 1750 ad Procuratorem Generalem S. C. de Prop. Fide Macai degentem: "Dubitationum tuarum præcipuus cardo innititur consideratione facultatum quæ in prima Formula continentur, sub n. 28 præfatæ Formulæ. Cum videris adnotatum prædictas facultates ab Apostolicis Vicariis communicari non posse, nisi Sacerdotibus idoneis, qui in eorum Diœcesibus laborabunt, propterea cum tu degas Macai, ubi pro hac S. C. de Prop. Fide Procuratoris munere

fungeris, non immerito suspicaris potuisse te quidem Vicarium Generalem Prov. Houkouang a R. P. D. Ecrinensi, ejusdem Provinciæ Vicario Apostolico, institui ac declarari, verum tibi communicare non potuisse Apostolicas facultates pro Diœcesi Houkouang, a qua cum longe alias absis, propterea non laboras in ea. . . ."[1]

Unde licet Episcopus Sacerdotem vel Episcopum vicinæ Diœcesis Vicarium suum Generalem constituere possit, qui eo ipso jurisdictionem *ordinariam* in subditos hujus Episcopi, ex vicina illa Diœcesi, ad juris Vicariorum Generalium terminos, exercere valeat, facultates tamen Apostolicas eidem communicare nequit. In eo enim non verificantur verba facultatis: *sacerdotibus . . . qui in eorum diœcesibus laborabunt.*—Dicitur autem: *sacerdotibus idoneis qui in etc.* Unde nihil refert, utrum sacerdos sit de Diœcesi an extraneus, dummodo in Diœcesi pro animarum salute laboret (n. 29).

171.—*Ut sede vacante sit etc.*—Varius est modus, quo in locis Missionum tempore vacationis sedis episcopalis providetur regimini Diœcesium. Alibi, ut in Indiis orientalibus, aut ab Episcopo, dum in vivis est, constituitur Vicarius Generalis, aut post ejus mortem eligitur Vicarius Capitularis. Utrique competit vi Brevium Bened. XIV. de anno 1753 et 1755[2] ex auctoritate Pontificia post mortem Episcopi tam jurisdictio ordinaria quam delegata, quam exercebat Episcopus, usque ad novam provisionem faciendam a Sede Apostolica. Aliis in locis (ut in Tongkin, Sutchuen, Siam) idem fit cum Coadjutore a Vicario Apost. electo et consecrato,[3] aut (prout in Sinis et regionibus adjacentibus) cum provicariis.[4] Quod facultates attinet, regulariter his non conceduntur illæ, quæ requirunt ordinem et characterem episcopalem vel non sine sacrorum Oleorum usu exercentur.

Apud nos, quia experientia innotuit, per dispositionem articuli 28, hujus Form. haud satis quoad omnes casus pro-

[1] *Coll. Miss.* n. 35.

[2] *Bullar. S. C. de Prop. Fide* tom. iii. p. 291 et 381; *Coll. Prop.* n. 143, 146, 161–170.

[3] De Martinis: *Jur. Pontif.* vol. iv. p. 430, 432, 688.

[4] Cfr. Corre pag. 68.

visum existere, secundum mandatum Pii IX. in Brevi 13 Jan. 1854 fit, "ut, quoad usque Capitulorum cathedralium erectio perfici haud possit, et Archiepiscopo vel Episcopo abeunte nemo adsit, qui prædictarum facultatum" (i. e. Formulæ I.) "communicationem rite ab eodem obtinuerit seu aliter quam per Antistitis mortem diœcesin vacare contigerit, metropolitanus Antistes vel in ipsius defectu, aut si de ipsa metropolitana Ecclesia agatur, senior ex suffraganeis" *Administratorem* Diœcesis seu "idoneum virum ecclesiasticum designet, qui diœcesis regimen gerat, cum usu facultatum, quæ in memorata prima Formula recensentur, donec Apostolica Sedes certior facta secus de re non disposuerit."[1] Has facultates Administrator secundum tenorem Art. 28 etiam communicare potest.—A facultatibus, quarum usus ei conceditur, excluduntur illæ, quæ requirunt Ordinem Episcopalem vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur; auctoritate Apostolica autem ei conceditur facultas, in casu necessitatis consecrandi calices etc. (ut in fine Art.).—*Conc. Plen. Balt. II.* n. 98 supplicavit, ut Administratoribus etiam facultates extraordinariæ Form. C, D, et E, concederentur. Responsum non fuit datum.[2]—Eandem supplicationem iteravit *Conc. Prov. Baltim. X.* anno 1869. Petitum ad interim fuit concessum.[3] Eo tempore Diœceses, quæ nunc (post annum 1875) ad Provinciam Philadelphiensem pertinent, Provincia Baltimorensi comprehendebantur. Unde Administratores hodiernarum Provinciarum Baltimorensis et Philadelphiensis præter facultates Form. I. etiam cæterarum Formularum facultatibus gaudent.

De reliquis circa Administratorem cfr. *Conc. Pl. Balt. II.* n. 99, *C. Pl. B. III.* n. 22 et circa ejus potestatem quasi-ordinariam, supra n. 24 et 25. Jurisdictio Administratoris non expirat, antequam ostensum fuerit Breve, quo novus Episcopus constituitur, cum hic ante ostensionem hujus Brevis jurisdic-

[1] *Conc. Plen. Balt. II.* n. 97.—Breve cit. ap. De Martinis: *Juris Pontificii* vol. vi. part. i. pag. 213.—Facultates *solitæ* tantum (i. e. Form. I.), non vero *insolitæ* mortuo Episcopo translatæ intelliguntur ad Vicarium Capitularem in Ditione Mexicana, ut habetur in *Conc. Prov. Antequeren.* pag. 437 ad 15.

[2] Smith *Elem.* n. 638. [3] *Coll. Lac.* tom. iii. col. 599, b.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tionem suæ dignitati convenientem exercere non possit.[1] Episcopus electus Breve ostendere et possessionem suæ sedis occupare potest etiam per procuratorem. Si ante commendationem Episcoporum Provinciæ et Cleri Diœceseos fuerit constitutus Administrator Diœcesis, apud nos facta collatione non tenetur Administrationem abdicare.[2]

ARTICULUS XXIX.

"ET PRÆDICTÆ FACULTATES GRATIS ET SINE ULLA MERCEDE EXERCEANTUR ET AD . . . TANTUM CONCESSÆ INTELLIGANTUR, NEC ILLIS (in Form. II. additur: "ULLO MODO") UTI POSSIT EXTRA FINES SUÆ DIŒCESIS."

(F. III. a. 21 et 22; F. IV. a. 27; F. VI. a. 29; F. X. a. 13 et 14.)

172.—Explicatio.

Dicitur: I. *Gratis et sine ulla mercede.* Dispensationes igitur matrimoniales, quæ vi Art. 6, 7, 8, 9, hujus Formulæ conceduntur, æque ac reliquæ facultates, nulla imposita taxa, aut eleemosyna in pium opus aut alio quocumque titulo eroganda, concedendæ sunt. Contrariam praxim S. C. de Prop. Fide, in Instructione speciali circa quædam Decreta Concilii Plen. Balt. II. omnino prohibet, et mandat, "ut omnibus Episcopis istarum" (Statuum Fœderatorum) "regionum inculcetur memoratæ" (per vocem *gratis* in Formulis) "præscriptionis observantia, qua pro dispensationibus ab impedimentis matrimonii pecuniam nullo omnino titulo accipiendam esse jubetur; *iis tantum exceptis casibus*, in quibus Apostolica Sedes eleemosynam oratoribus injungendam monet, in pium aliquod opus impendendam."[3] Immo nec licitum est Episcopis pro dispensationibus, pro quibus prohibetur, quominus aliquid exigatur, sponte oblata recipere[4] aut ob paupertatem eleemosynas licite acceptas in suum usum convertere.[1]—Insuper eadem S. Congr. 8 Dec. 1869 declaravit, in dispensationibus matrimonialibus taxas seu mulctas a contrahentibus numquam exigi atque in hoc quamvis tergiversationem aut prætextum minime suffragari posse.[2]—Dicitur: "numquam *exigi* posse."—Nota: *exigi* i. e. sive per modum præcepti, sive per modum admonitionis tantum—et subintellige: *sine facultate Apostolica.* Nam *a.* ut S. C. de P. F. simul addit, quandoque Vicariis Apost. conceditur facultas, qua divites excitare possint ad præstandas eleemosynas non per modum conditionis et præcepti, sed tantum admonitionis. Porro *b.* Episcopis Canadæ in Form. T datur facultas, "exigendi modicas mulctas tam a divitibus quam a pauperibus juxta vires in elargiendis dispensationibus matrimonialibus, exceptis tamen ab hoc mendicis et dummodo mulctæ sic exactæ in pios usus fideliter omnino erogentur."[3] (Cfr. *Coll. Prop.* n. 1505.)—Demum *c.* impositio eleemosynæ in nostris Form. D. et E. præscribitur, ad quam ultima Instructionis circa Decreta C. Pl. B. II. verba: "iis tantum exceptis casibus etc." referuntur. —Observat Feije:[4] "Videri quidem quibusdam potest, etiam extra hos casus eleemosynam, directe ab ipsis Oratoribus erogandam" (i. e. in opus pium quod ipsi elegerint) "posse ab Episcopo imponi; sed id quoque in dubium vocare licet." Attamen in una Bardstown (Louisville) ad quæs.: "An licitum sit petere vel exigere taxam seu contributionem applicandam ædificandis Ecclesiis, monasteriis et aliis piis causis, dum dispensatio quædam v. g. in matrimoniis cum consanguineis conceditur, idque

[1] Craisson *Man.* n. 385; Pius IX. Const. *Rom. Pontifex* 29 Aug. 1873 ap. Lucidi vol. i. p. 181.

[2] Smith: *El.* n. 287–293.

[3] *Conc. Plen. Balt. II.* n. 386 et p. cxliii. Instr. ii sub. 3.—*C. Pl. B.* III. n. 134.

[4] *Coll. Prop.* n. 1503.

[1] *Coll. Prop.* n. 1502; Craisson *Man.* n. 1058.

[2] Zit. *Disp.* p. 77; *Coll. Prop.* n. 1509.

[3] In hoc indulto fundari videtur, quod in Diœc. Quebecen. de regula (i. e. nisi parochus, onerata super hoc ejus conscientia, rationes pro remissione exposuerit) solvendum est; scil. pro una ex proclamationibus $2.00, pro duabus $4.00, pro tribus $16.00, pro primo gradu affinitatis $100.00, pro gradu secundo tangente primum et secundo solo consanguinitatis aut affinitatis $100.00, pro secundo cum tertio $25.00, pro secundo cum quarto $12.00, pro tertio $8.00, pro tertio cum quarto $7.00, pro quarto $6.00, pro affinitate spirituali $4.00, in tempore prohibito $4.00, in matr. mixtis $5.—(Card. Taschereau p. 57.)

[4] N. 696.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per modum eleemosynæ, satisfactionis etc.?" S. C. de Prop. F. 1 Apr. 1816 resp. "Licere per modum eleemosynæ tantum, seclusa taxa."[1] Verum hoc forsan indultum est, quale etiam alibi concessum fuit.[2]—Quidquid de hoc sit, *congrua* certe summa, in mercedem laboris Cancellario, præsertim si hic alio sufficienti salario careat, solvenda et *moderatæ* cancellariæ episcopalis taxæ, juxta Diœcesis usum, pro confectione actuum, injungi possunt.[3]—Demum notandum, prædicta respicere usum facultatum Apostolicarum tantum. De aliis dispensationibus, quas Episcopi *de jure* concedunt, ut in proclamationibus bannorum cfr. S. Alph. iii. 96, ubi dicit: "Conceditur etiam Episcopis in talibus dispensationibus accipere aliquid eleemosynis distribuendum (modo ipsis vel suis nihil proveniat) per modum pœnæ vel commutationis, non autem per modum sustentationis: hoc enim vetitum est illis ex cap. Jacobus *de Simonia* et a Trid. sess. 24, c. 6, et sess. 25, c. 18 de Ref."—Unde apud nos regulariter, nisi in supplica rationibus expositis remissio petatur, occasione dispensationis a bannis *eleemosyna* quædam præscribitur, ut in dispensatione ab uno banno $1.—a duobus $2.—a tribus $5.—Id quod concordat cum Resp. S. C. de Prop. F. 1 Apr. 1816 supra.—Strictior quoad hoc est De Becker p. 314, ubi notat. S. C. de Prop. F. pluries et præsertim 12 Feb. 1821 (*Coll. Prop.* n. 1221) prohibuisse, ne Ordinarii, quando dispensant super omnibus denunciationibus vel una tantum earum, quidquam *quacumque de causa accipiant.* At vero hæc Hiberniam spectant.—Cæterum usus hic apud nos servatus minime discrepat a Decreto S. C. C. de 10 Junii 1896 (*Anal. eccl.* iv. 344), quo loco "*Taxæ Innocentianæ*" novæ provisiones statutæ sunt.

[1] *Act. S. Sed.* xxvii. 191; *Coll. Prop.* n. 1506.

[2] Ib. n. 1508.

[3] *Acta S. Sed.* xv. p. iii. sq.; S. Pœn. 26 Apr. 1861 et Ind. Pii. VII. 27 Febr. 1809 apud Planchard *Disp. Matr.* n. 184 (2); *C. Pl. B. III.* n. 134. Cfr. etiam Reiffenst. App. n. 320 et *Conc. Trid.* xxv. cap. 8 *de Matr.* (cfr. supra n. 77 **h.**) In multis Diœcesibus horum Statuum pro singulis scripturis Cancellarius exigit unum scutum romanum ($1). Smith *Comp. jur. can.* n. 628.—Nihil vero Cancellarius recipere potest pro licentia legendi Missam, administrandi Sacramenta, prædicandi etc. Craisson *Man.* n. 1056.

II. *Et ad* (e. gr. decennium) *tantum concessæ intelligantur.* Apud nos hucusque ad decennium regulariter concedebantur. Alibi concessio fit ad quinquennium aut alium terminum. Vide n. 39 et 40.

III. *Nec illis uti possit extra fines suæ diœcesis.*—Vide n. 52–54.

Hæc tamen clausula sicut et illa sub n. 170 non obligat sub omnibus circumstantiis. Nam Vicario Ap. Sutchuen. S. C. de Prop. Fide 26 Sept. 1821 rescripsit, Vicarium Ap. concedere posse missionariis sui districtus, damnatis ad exilium in alienas provincias, quo multi christiani sui districtus jam antea fuerant relegati, facultates ordinarias et extraordinarias, ut munere apostolico erga hos christianos et alios, qui sunt in locis illorum exilii, exercere valeant; addidit autem, quod exerceri nequeant nisi de licentia Ordinarii aut ob difficillimum accessum ad Ordinarium loci aut ob deficientiam ejusdem Ordinarii.[1] Facultates vero ordinariæ sunt illæ, quæ in Form. I. continentur, extraordinariæ autem illæ alterius Form., quæ habetur in *Coll. Miss.* n. 33, prout hoc declaravit S. C. de P. F. 10 Aug. 1841 et 7 Junii 1853.[2]

FORMULA C.

Prænotatio. Formula hæc una cum sequentibus continet facultates extraordinarias Episcoporum nostrorum (supra n. 1, ii. nota); eaque inscribitur:

Extr. C.

Ex audientia Sanctissimi habita die ..... Sanctissimus Dominus Noster ..... Divina Providentia Papa ..... referente subscripto S. C. de Propaganda Fide ..... benigne concessit R. P. D ..... sequentes facultates ad decennium (*in rec. ed.* **ad quinquennium**). *Sequuntur tredecim Articuli ut infra. Ad finem Articulorum:* **Datum Romæ ex Ædibus S. C. de Propaganda Fide die et anno prædictis. Gratis sine ulla omnino solutione, quocumque titulo.**

[1] Ap. *Coll. Prop.* n. 151. [2] Ap. *Coll. Miss.* n. 42 et 43.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per modum eleemosynæ, satisfactionis etc.?" S. C. de Prop. F. 1 Apr. 1816 resp. "Licere per modum eleemosynæ tantum, seclusa taxa."[1] Verum hoc forsan indultum est, quale etiam alibi concessum fuit.[2]—Quidquid de hoc sit, *congrua* certe summa, in mercedem laboris Cancellario, præsertim si hic alio sufficienti salario careat, solvenda et *moderatæ* cancellariæ episcopalis taxæ, juxta Diœcesis usum, pro confectione actuum, injungi possunt.[3]—Demum notandum, prædicta respicere usum facultatum Apostolicarum tantum. De aliis dispensationibus, quas Episcopi *de jure* concedunt, ut in proclamationibus bannorum cfr. S. Alph. iii. 96, ubi dicit: "Conceditur etiam Episcopis in talibus dispensationibus accipere aliquid eleemosynis distribuendum (modo ipsis vel suis nihil proveniat) per modum pœnæ vel commutationis, non autem per modum sustentationis: hoc enim vetitum est illis ex cap. Jacobus *de Simonia* et a Trid. sess. 24, c. 6, et sess. 25, c. 18 de Ref."—Unde apud nos regulariter, nisi in supplica rationibus expositis remissio petatur, occasione dispensationis a bannis *eleemosyna* quædam præscribitur, ut in dispensatione ab uno banno $1.—a duobus $2.—a tribus $5.—Id quod concordat cum Resp. S. C. de Prop. F. 1 Apr. 1816 supra.—Strictior quoad hoc est De Becker p. 314, ubi notat. S. C. de Prop. F. pluries et præsertim 12 Feb. 1821 (*Coll. Prop.* n. 1221) prohibuisse, ne Ordinarii, quando dispensant super omnibus denunciationibus vel una tantum earum, quidquam *quacumque de causa accipiant.* At vero hæc Hiberniam spectant.—Cæterum usus hic apud nos servatus minime discrepat a Decreto S. C. C. de 10 Junii 1896 (*Anal. eccl.* iv. 344), quo loco "*Taxæ Innocentianæ*" novæ provisiones statutæ sunt.

[1] *Act. S. Sed.* xxvii. 191; *Coll. Prop.* n. 1506.

[2] Ib. n. 1508.

[3] *Acta S. Sed.* xv. p. iii. sq.; S. Pœn. 26 Apr. 1861 et Ind. Pii. VII. 27 Febr. 1809 apud Planchard *Disp. Matr.* n. 184 (2); *C. Pl. B. III.* n. 134. Cfr. etiam Reiffenst. App. n. 320 et *Conc. Trid.* xxv. cap. 8 *de Matr.* (cfr. supra n. 77 **h.**) In multis Diœcesibus horum Statuum pro singulis scripturis Cancellarius exigit unum scutum romanum ($1). Smith *Comp. jur. can.* n. 628.—Nihil vero Cancellarius recipere potest pro licentia legendi Missam, administrandi Sacramenta, prædicandi etc. Craisson *Man.* n. 1056.

II. *Et ad* (e. gr. decennium) *tantum concessæ intelligantur.* Apud nos hucusque ad decennium regulariter concedebantur. Alibi concessio fit ad quinquennium aut alium terminum. Vide n. 39 et 40.

III. *Nec illis uti possit extra fines suæ diœcesis.*—Vide n. 52–54.

Hæc tamen clausula sicut et illa sub n. 170 non obligat sub omnibus circumstantiis. Nam Vicario Ap. Sutchuen. S. C. de Prop. Fide 26 Sept. 1821 rescripsit, Vicarium Ap. concedere posse missionariis sui districtus, damnatis ad exilium in alienas provincias, quo multi christiani sui districtus jam antea fuerant relegati, facultates ordinarias et extraordinarias, ut munere apostolico erga hos christianos et alios, qui sunt in locis illorum exilii, exercere valeant; addidit autem, quod exerceri nequeant nisi de licentia Ordinarii aut ob difficillimum accessum ad Ordinarium loci aut ob deficientiam ejusdem Ordinarii.[1] Facultates vero ordinariæ sunt illæ, quæ in Form. I. continentur, extraordinariæ autem illæ alterius Form., quæ habetur in *Coll. Miss.* n. 33, prout hoc declaravit S. C. de P. F. 10 Aug. 1841 et 7 Junii 1853.[2]

FORMULA C.

Prænotatio. Formula hæc una cum sequentibus continet facultates extraordinarias Episcoporum nostrorum (supra n. 1, ii. nota); eaque inscribitur:

Extr. C.

Ex audientia Sanctissimi habita die ..... Sanctissimus Dominus Noster ..... Divina Providentia Papa ..... referente subscripto S. C. de Propaganda Fide ..... benigne concessit R. P. D ..... sequentes facultates ad decennium (*in rec. ed.* **ad quinquennium**). *Sequuntur tredecim Articuli ut infra. Ad finem Articulorum:* **Datum Romæ ex Ædibus S. C. de Propaganda Fide die et anno prædictis. Gratis sine ulla omnino solutione, quocumque titulo.**

[1] Ap. *Coll. Prop.* n. 151. [2] Ap. *Coll. Miss.* n. 42 et 43.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS I.

"RECITANDI PRIVATIM, LEGITIMA CONCURRENTE CAUSA, MATUTINUM CUM LAUDIBUS DIEI SEQUENTIS STATIM ELAPSIS DUABUS HORIS POST MERIDIEM EANDEMQUE FACULTATEM ECCLESIASTICIS VIRIS SIVE SÆCULARIBUS SIVE REGULARIBUS COMMUNICANDI."

173.—Explicatio.

Tempus *obligatorium* pro recitatione Matutini et Laudum ex communi sententia[1] est dies naturalis a media nocte ad mediam noctem perdurans; *facultativum* (ita ut non peccet qui hoc tempore Matutinum omittat, quamvis impossibilitatem illud tempore obligatorio recitandi prævideat) pro privata saltem recitatione certo incipit die præcedenti, "quando sol medium cursum tenet inter meridiem et occasum,"[2] seu tempore Vesperarum, olim Nonæ.

Quæstio inter Theologos disputata est, an Matutinum cum Laudibus omnibus anni temporibus privatim anticipari possit hora secunda post meridiem? S. Alphonsus affirmativam sententiam in prima ed. theol. mor. probabilem censuit, at postmodum rejecit, et negativam veriorem habuit.[3] Nihilominus plures affirmativæ tanquam probabili etiamnunc subscribunt.[4] —Hinc Episcopus Petrocorensis cit. Responsum S. R. C. spectando quæsivit: an "satisfaceret obligationi suæ, qui Matutinum cum Laudibus vespere diei præcedentis recitaret, *priusquam* sol medium cursum teneret inter meridiem et occasum?" S. R. C. 13 Julii 1883 respondit: "Consulantur probati Auctores."—Occasione hujus Responsi cl. Waffelært quæstionem ex professo et in extenso pertractavit[5] et collatis fere ducentis Theologis ita conclusit: "Matutinum cum Laudibus quovis anni tempore hora secunda anticipari tantum potest, ubi hoc permittitur ex consuetudine legitima."[6] Quod concordat cum S. Alph.[7]

[1] Quod in contrarium affert Gebruers, videsis ap. Ball. Palm. vol. iv. tr. 9, c. 2. n. 247, nota.
[2] Ita S. R. C. in una de Zacathecas 16 Martii 1876.
[3] Lib. iv. n. 174 et *Retract.* 51. [4] Ball. Palm. l. c. n. 239 seq.
[5] *N. R. Th.* xix. et xx. cfr. table des matières v. *Matines.*
[6] Ib. xx. p. 214. [7] L. c. et *Ex. Ord.* n. 74, vi.

Per fac. Art. præsentis dispensatio vel licentia (saltem ad cautelam) conceditur, ut hoc impune fieri possit *legitima concurrente causa*, qualis esse potest quæcumque, modo sit rationabilis, et non omnino futilis seu imaginaria. Sufficiet v. gr. major devotio, tempus studio vel concioni parandæ aptius, si Matutinum ab hora secunda p. m. recitari valeat, seu, ut dicit Sabetti, quæcumque utilitas spiritualis vel corporalis ipsius Sacerdotis vel proximi.

Ablativus absolutus: *concurrente* ansam dat quærendi: An præcepto satisfaciat, qui nullam habens causam hora secunda Matutinum vi hujus facultatis anticipet? Nonnulli quidem negare videntur.[1] Attamen ablativus absolutus haud semper denotat *conditionem sine qua non.*[2] Insuper eadem facultas alibi cum addito: "ad opportunitatem Sacerdotum" aut "propter occupationem" aut "ex rationabili causa,"[3] imo etiam sine ullo addito de causa conceditur, prout concessa est a Pio VII. 7 Martii 1819 Clero Sæculari et Regulari Diœcesis Quebecen.[4]—Denique sententia, quæ facit contra S. Alph., omni probabilitate saltem extrinseca destituta dici nequit. Concessio enim indulti non probat ejus necessitatem.[5] Hinc merito cum Marc[6] affirmare possumus: "Deficiente rationabili causa, si privilegio donatus anticipat Officium, satisfacit quidem suæ obligationi, sed peccat venialiter."

Usus facultatis, utpote quæ per modum dispensationis conceditur, fieri potest etiam extra Diœcesin (n. 45, iii.).

NOTA. Ex indulto per S. R. C. 20 Nov. 1896 obtento PP. Capucini Westphaliæ, dum sacras Missiones et spiritualia exercitia dant, Matutinum cum Laudibus sequentis diei immediate post meridiem anticipare possunt.[7]

[1] *N. R. Th.* ix. p. 227 ad ii.
[2] Supra n. 13.
[3] *Coll. Miss.* n. 1272–1274.
[4] *Recueil de Québec*, 1865, pag. 171 n. 12; Card. Taschereau p. 134. —Idem habes in facultatibus extraord. Provicario Africæ central. concessis n. 7 ap. *Acta S. Sedis*, vii. 303.
[5] *N. R. Th.* xviii. 636, xix. 258 et supra n. 1, a. et 14.
[6] N. 2212, 1.
[7] *Anal. eccl.* v. pag. 25.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS II.

"RETINENDI AC LEGENDI LIBROS AB APOSTOLICA SEDE PROHIBITOS, ETIAM CONTRA RELIGIONEM EX PROFESSO AGENTES, AD EFFECTUM EOS IMPUGNANDI, QUOS TAMEN DILIGENTER CUSTODIAT NE AD ALIORUM MANUS PERVENIANT, EXCEPTIS ASTROLOGICIS, JUDICIARIIS, SUPERSTITIOSIS AC OBSCŒNIS EX PROFESSO; EAMDEMQUE FACULTATEM ETIAM ALIIS CONCEDENDI, PARCE TAMEN ET DUMMODO PRUDENTER PRÆSUMERE POSSIT NULLUM EOS EX HUJUSMODI LECTIONE DETRIMENTUM ESSE PASSUROS."

174.—Explicatio. Referens ad n. 157 addo sequentia:

Dicitur: I. *Ad effectum eos impugnandi.* Quæritur igitur, num facultate hac munitus et libros prohibitos ex sola curiositate legens, incurrat excommunicationem, si liber sit ex iis, quorum lectio sub ea censura vetatur (vide Konings *Comp.* n. 1702), aut peccet, si liber prohibitus quidem sit, at non sub ulla censura?

Resp. Excommunicationem non incurrit, cum Clausula illa non indicet finem intrinsecum, sed extrinsecum tantum facultatis. Finis enim ejus intrinsecus seu finis operis est eximere a lege, quæ vetat librorum prohibitorum lectionem; extrinsecus autem *usum* concessæ facultatis ita moderari, ut, ratione etiam finis operantis, a culpa vacet. Præterea dum S. Pontifex vult, ut talis finis operantis sit conditio sine qua non facultatis, id exprimit, additis verbis: *Alias non;* aut *Secus totum erit irritum et inane,* aut aliis æquivalentibus.[1]

Quod peccatum attinet, sunt qui dicunt esse grave, quod tamen S. Alph. negat,[2] "tum," ait, "quia finis præcepti non cadit sub præcepto, . . . tum quia Superior ob duas causas dispensat: primo quia considerat dispensato non imminere periculum perversionis; secundo quia sperat lectionem esse illi vel aliis proficuam; unde si cessat secunda causa, non cessat prima." "Insuper," ut addit Heijmans,[3] "dispensantes sciunt, paucos esse Oratores, in quibus hæc conditio ita stricte verificetur." Lectio tamen periculo non caret in piis etiam Sacerdotibus, quando finis legentis non est omnino rectus, qualis certo non est curiositas.[1]

[1] Zit. *App.* p. 507. [2] Lib. vii. n. 291.
[3] *De Eccles. libr. . . . prohibitione*, n. 345, p. 330.

175.—II. *Exceptis astrologicis, judiciariis, superstitiosis . . . ex professo.* Hos inter numerandos esse libros de spiritismo ac generatim loquendo de magnetismo ex professo tractantes, non est quod dicam.

III. *Etiam aliis concedendi.* Differt igitur hæc facultas a facultate 21 Formulæ I. etiam in eo, quod et laicis concedi ab Episcopis possit.

IV. *Dummodo prudenter præsumere possit nullum eos ex hujusmodi lectione detrimentum esse passuros;* nam ne ipse quidem S. Pontifex a lege naturali, qua periculum perversionis vitare tenemur, dispensare potest.

ARTICULUS III.

"DISPENSANDI CUM DIACONIS UTRIUSQUE CLERI SUPER DEFECTU ÆTATIS QUATUORDECIM MENSIUM, UT PROMOVERI POSSINT AD SACERDOTIUM, SI ALIAS IDONEI FUERINT."

176.—Hæc facultas, ut liquet, amplior est facultate analoga 3 Form. I. (n. 105.)

NOTA. Episcopi Canadenses in Form. T. Art. 1, ampliorem facultatem habent (cfr. n. 249).

ARTICULUS IV.

"PERMITTENDI PAROCHIS SIBI SUBJECTIS, DUMMODO JUSTA ET LEGITIMA CAUSA CONCURRAT, UT IIS DIEBUS FESTIS, QUIBUS FIDELES APOSTOLICA AUCTORITATE SOLUTI SUNT AB OBLIGATIONE MISSAM AUDIENDI, IPSI AB APPLICANDA MISSA PRO POPULO ABSTINERE VALEANT, DUMMODO PRO EODEM POPULO IN EJUSMODI MISSA SPECIALITER ORENT."

177.—Explicatio.

Sacrificium Missæ offerre pro ovibus suis *ex præcepto divino absoluto*[2] tenentur *Episcopi Diœcesani.*[3]—Unde ad dubia a quodam ex nostris Episcopis proposita:

[1] *N. R. Th.* ii. p. 662-664, n. lx. lxi.; S. Alph. *Th. mor.* vol. i. (ed. 2 P. Haringer) p. 519, App. iii. Dissertatio.
[2] *Trid. Sess.* xxiii. c. 1, *de Ref.*
[3] Tarquini ap. *Acta S. Sed.* i. 390.—Leo XIII. 10 Junii 1882 ap. *Coll. Prop.* n. 112, 113.

"1. An Episcopi in locis Missionum teneantur ex justitia applicare Missam pro populo Dominicis et diebus festis tum de præcepto tum suppressis? et 2. An saltem Episcopi pauperiores ab isto onere sint exempti?—Responsum fuit: 'Profecto *hodie*[1] dubitare amplius non licet de hac Episcoporum sedem habentium obligatione, et quidem diebus Dominicis aliisque festis tum de præcepto tum suppressis est adimplenda. Ac parum refert, an pingues vel tenues habeant reditus; ejusmodi namque obligatio utpote ex intima pastoralis Officii natura scaturiens, a variabili redituum quantitate minime pendet.' Romæ in Ædibus S. C. de Prop. Fide.—Decembr. 1881.

JOANNES CARD. SIMEONI *Præfectus*."

Reliqui autem animarum Curatores ad hoc tenentur solum *ex jure divino hypothetico*, quatenus nempe ex institutione ecclesiastica partem pastoralis Officii divinitus instituti accipiunt et tanquam Pastores ex Officio tenentur oves suas cognoscere et pascere. Tales sunt:

I. *Parochi* omnes et soli secundum strictum terminum juris —sive Sæculares sive Regulares;—item Vicarii perpetui in sensu ut supra n. 112 et Vicarii hujus generis, qui nonnisi temporanei sunt;

II. Omnes *horum Vicarii* ab eis tempore suæ absentiæ aut aliter cum approbatione Episcopi ad universitatem causarum delegati, quia in eorum locum suffecti totum eorum Officium exercere debent;[2] unde etiam "Missionarii in locis, in quibus Parochiæ canonice erectæ jam sunt, missi ut legitimorum Pastorum vices gerant."[3]—Et hi (sub i. et ii.) ad tot Missas per se aut per alium celebrandas tenentur, quot parochias regunt,[4] non vero Episcopus, qui duas Diœceses gubernandas habet,[5] aut in aliqua vacante cura Parochi vices gerit.[6]

[1] Scil. post. decis. S. C. C. de 9 Julii 1881 ap. *Mon. eccl.* vol. iii. part. i. p. 3 seq. et Mühlbauer *Thes. Res.* S. C. C. tom. v. 380 seq.

[2] Bened. XIV. Const. *Cum semper* 19 Aug. 1744 ap. Lucidi vol. iii. p. 188.

[3] *C. Pl. B. II.* p. cxlviii. Decr. iii. ad 1.

[4] S. C. C. 3 Febr. 1884 ap. *Mon. eccl.* vol. iii. part. iii. pag. 54.

[5] Leo XIII. 10 Jun. 1882 et S. C. C. 11 Mart. 1774, 27 Febr. 1875.

[6] S. C. de Prop. Fide 23 Sept. 1863 ap. Zit. *App.* p. 84.

Ideo non tenentur ad applicationem: Vicarii Generales, Vicarii Capitulares, Administratores Diœcesium, nec Vicarii Apostolici (nisi in locis, ubi sedes Episcopales canonice jam erectæ sunt[1]), nec Missionarii, qui sunt tantum quasi-parochi, nec Episcopi *titulares*,—quamvis id fieri ex charitate deceat.[2]

Dies, quibus Missa parochialis applicanda est, vide in Const. *Amantissimi Redemptoris* 3 Maji 1858[3] et ap. Bened. XIV. l. c.; item ap. Konings *Comp.* ii. p. 87.

Secundi generis Pastores, quia ex jure divino hypothetico, et ecclesiastico jus divinum determinante solum ad applicationem obligantur, ab Ecclesia ex justis causis possunt dispensari, prout ad hoc in Art. conceditur facultas,—quæ per se liquet.

In Provincia quoque Quebecensi vi plurium indultorum parochi diebus festis, qui non sunt de obligatione, non tenentur ad applicationem Missæ pro populo, "pro quo tamen in iisdem missis specialiter orare teneantur." Card. Taschereau: *Disc. de Québec* p. 49.

An apud nos sint Parochi proprie dicti, cfr. supra n. 113.

Plura de missa pro populo vide ap. Schober: *Cæremoniæ missæ.* App. ii.

ARTICULUS V.

"PERMITTENDI CATHOLICIS SIBI SUBJECTIS, UT FERIIS SEXTIS, SABBATIS ALIISQUE DIEBUS, QUIBUS CARNIUM ESUS VETATUR, ACATHOLICIS, SI IN EORUM MENSA ESSE CONTIGERIT, CARNES PRÆBERE VALEANT, DUMMODO TAMEN ABSIT ECCLESIASTICÆ LEGIS CONTEMPTUS ET EJUSMODI FACULTATE SOBRIE MULTAQUE CIRCUMSPECTIONE UTANTUR, NE SCANDALUM IN CATHOLICOS VEL HETERODOXOS INGERATUR."

178.—Notanda.

Facultas explanatione non eget.—Ex eo quod hæc facultas Episcopis nostris concessa est, perperam inferres fideles semper et in omni casu ad Ordinarium recurrere debere, ut acatholicis, qui cum iis vel in eorum domo prandent, cœnant aut jentacu-

[1] *C. Pl. B. II.* l. c.

[2] Ib. et Leo XIII. l. c. Plura alia ap. Lucidi vol. i. cap. 3, §11, n. 341 seq. et *Coll. Prop.* n. 201-212, 214, 215, 325.

[3] Lucidi vol. iii. p. 351.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lum sumunt, carnes diebus vetitis apponere licite possint. Ex theologiæ enim moralis regulis dari potest sufficiens causa ad materialiter cooperandum acatholicorum carnes petentium peccato, quod præterea vix formale erit, ut puta si carnes petantur ab acatholico, qui a catholico, pacta mercede, alitur (*a boarder*), aut ab operario acatholico, qui, ut ruri fit, catholico operam per aliquod tempus præstat, operæ pretio ratione victus imminuto.

Facultas ab Episcopo communicari nequit. Cæterum hac facultate etiam ea de causa Episcopi et fideles non indigent, quod non pauci Auctores probati doceant, hæreticos illis legibus ecclesiasticis, quæ directe ad sanctificationem animæ pertinent, ut sunt leges jejunii, festorum, abstinentiæ etc. ex voluntate præsumpta Ecclesiæ non obligari. Ita DeAngelis lib. i. tit. ii. n. 13; Marc n. 198; Pillet: *Jus can.* Paris, 1890, n. 51.

ARTICULUS VI.

"DEPUTANDI ALIQUEM SACERDOTEM IN LOCIS SIBI SUBJECTIS CUM FACULTATE CONSECRANDI JUXTA FORMAM IN PONTIFICALI ROMANO PRÆSCRIPTAM CALICES, PATENAS ET ALTARIUM LAPIDES, ADHIBITIS TAMEN SACRIS OLEIS AB EPISCOPO CATHOLICO BENEDICTIS."

179.—Explicatio.

I. *Facultas ipsa.* **a.** Deputatio perdurare videtur etiam post mortem Episcopi (cfr. n. 45).

b. Eandem facultatem habet Administrator sede vacante ex Form. I. Art. 28; attamen sacerdotem ad hanc facultatem exercendam deputare nequit, nisi in Diœcesi Baltimor. et Philadelphien. (cfr. n. 171).

c. De S. Oleis cfr. n. 133.

II. *Objecta facultatis* quoad eorum consecrationem validam et licitam:

a. *Calix* 1. debet esse vel aureus vel argenteus (idem dic de patena) aut saltem habere cuppam argenteam intus inauratam. Ob paupertatem vel persecutionem permittitur calix cum cuppa ex stanno[1] intus deaurata, non autem ex ære, cupro, aut

[1] *Rubr.* de defect. x. i.; *Mon. eccl.* vol. vi. part. ii. 162.

alia materia.[1] Calices ex ære alumineo mixto cum argento et deaurati non videntur tuto adhiberi posse, cum Decr. S. R. C. de 6 Dec. 1866[2] non inveniatur in Coll. authent. et potius videatur esse indultum locale aut imo spurium.[3] Sunt tamen qui contrarium tenent.—Quoad calices ex aurichalco et cupro S. R. C. 28 Martii 1877 remisit ad Decr. de 15 Martii 1876, ubi respondit, "abusum (adhibendi calices hujusmodi) esse interdicendum, congruo tamen assignato tempore, ut de aliis calicibus provideatur." Ex quo inferunt *Eph. lit.* l. c., calices ex tali materia confectos et post Decretum de anno 1877 emptos, consecrationis esse incapaces.

2. Calices consecrationem non recipiunt ex eo, quod aliquis, licet bona fide, in eis nondum consecratis, celebraverit.[4]

3. Præter Episcopum et Sacerdotem a S. Pontifice delegatum, calices, itemque alia vasa sacra et campanas consecrare possunt etiam Abbates, usum Pontificalium habentes, sed pro suis tantum Ecclesiis.[5]

4. Execratur calix: *a.* si notabiliter frangatur (idem dic de patena),—e. gr. si foramen licet minutissimum sit in fundo, si cuppa separetur a pede fixo (non a tornatili); *b.* si calix (item patena) de novo inauretur;[6] *c.* si ab hæreticis ad profanum usum e. gr. ad bibendum in mensa fuerit adhibitus.[7]

180.—b. *Altarium lapides*—seu altaria portatilia 1. ex qua materia esse debeant habes n. 153.

2. Altare, etiam portatile, continere debet *reliquias Ss. Martyrum*, et quidem *plurium*,[8] reconditas in *sepulcro*, excavato in *medio superioris partis*, ubi in consecratione reponendæ sunt, apposito sigillo Episcopali, ut de earum authenticitate constet. Facta reliquiarum repositione a Consecratore, sepulcrum cum reliquiis in eo, clauditur *lapideo operculo* (quod etiam quandoque *sigillum* vocatur) idque cœmento coagmentatur. Super hoc

[1] S. R. C. 31 Aug. 1867 ad vi.
[2] *Acta S. Sedis*, ii. 232 et vi. 590.
[3] Ita *Ephem. liturg.* iv. p. 152, 639; *A. E. Rev.* 1890, ii. 161 seq.
[4] S. Alph. vi. 380; S. R. C. 31 Aug. 1867 ad viii.
[5] S. Alph. vi. 381; S. R. C. 27 Sept. 1659.
[6] S. Alph. vi. 370. Dub. 2; S. R. C. 14 Junii 1845.
[7] *Coll. Miss.* n. 422; Zit. *App.* p. 433.
[8] Gardellini ad n. 4742.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

operculum sigillum Episcopale poni quidem potest, at nec necessarium nec consultum est. Cœmentum benedicendum est ritu in altaris fixi consecratione ad hoc præscripto. Si unum altare portatile consecratur, Consecrator ipse sepulcrum cœmento linire et lapide claudere debet, si plura simul, hæc quoad reliqua fieri possunt ab assistentibus Sacerdotibus.[1]

3. Execratur altare, etiam portatile: *a.* defectu aut spoliatione Ss. reliquiarum (S. R. C. pluries); *b.* læsione seu fractione sepulcri aut ejusdem operculi, imo sola hujus operculi amotione, quamvis statim reponatur, nisi hæc fiat ab Episcopo, ut videat an reliquiæ sint illæsæ, iisque ita inventis statim in illo altari celebretur;[2] aut si operculum sit ita solutum, ut aperitio præsumi debeat,[3] non autem si apertum non sit, sed tantummodo novo cœmento firmatum,[4] nec si Episcopi sigillum, super operculum forsan impressum, fuerit deletum;[5] *c.* per fracturam enormem lapidis, puta si in duas vel plures partes sit divisus aut pars sit fracta, in qua peculiaris unctio fuit adhibita,[6] aut aliquas habet scissuras per medium integrum lapidem decurrentes, quamvis "sigillum" sit inviolatum.[7]

4. Prohibita sunt illa altaria portatilia, quorum *sepulcrum* non in medio, sed in fronte seu parte transversali effossum,[8] aut pro dimidia parte ex lapide, pro altera dimidia parte ex ligno formatum, ita ut reliquiæ Sanctorum etiam a ligno tangantur;[9] aut operculo non lapideo, sed ex cera sigillari, vel lithocolla vel gypso etc. confecto vel lamina ferrea, stannea seu alia simili clausum est.[10]—At his in casibus, quando hæc altaria publice habentur pro consecratis, indulgetur, ut revalidatio, data opportunitate, per simplicem Sacerdotem, nomine S. Sedis delegandum, observato ritu brevi in sepulcri consecratione adhiberi solito fieri, usque ad novam consecrationem autem usus horum altarium continuari possit.[1]

[1] S. R. C. 10 Maji 1890 ap. *Acta S. Sedis*, xxv. 56.
[2] S. R. C. 14 Martii 1693 ap. Gard. n. 3305.
[3] S. R. C. 14 Martii 1861. [4] S. R. C. 25 Sept. 1875.
[5] S. R. C. 5 Dec. 1851 et 14 Martii 1861.
[6] S. R. C. 3 Martii 1821 ap. Gard. n. 4577, nota.
[7] S. R. C. 3 Aug. 1867 ad iii. ap. Gard. n. 5386, 23 Julii 1889 ap. *Acta S. Sedis*, xxi. p. 568.
[8] S. R. C. 24 Nov. 1885, 31 Martii 1887 ap. *Il Mon. eccles.* vol. iv. part. ii. 6, et 63; *N. R. Th.* xviii. p. 368.
[9] S. R. C. 31 Aug. 1867 ad ii.
[10] S. R. C. 16 Sept. 1881 ap. *Acta S. Sedis*, xxi. p. 702; Lehmkuhl ii. 226.

ARTICULUS VII.

"IMPERTIENDI QUATER IN ANNO INTRA FINES SUÆ DIŒCESIS IN SOLEMNIORIBUS FESTIS BENEDICTIONEM PAPALEM, JUXTA FORMULAM TYPIS IMPRESSAM ATQUE INSERTAM, CUM INDULGENTIA PLENARIA AB IIS LUCRANDA, QUI VERE PŒNITENTES, CONFESSI AC SACRA COMMUNIONE REFECTI EIDEM BENEDICTIONI INTERFUERINT, DEUMQUE PRO SANCTÆ FIDEI PROPAGATIONE ET S. R. E. EXALTATIONE ORAVERINT."

181.—Explicatio.

Benedictio Papalis[2] i. e. illa benedictio, quæ nomine S. Pontificis datur cum indulgentia plenaria conjuncta in favorem omnium (etiam Episcopi eam impertientis),[3] qui Sacramentis refecti addita oratione ad mentem ejusdem S. Pontificis ei intersunt, pro diversis concessionibus vario modo impertienda est.[4] Scilicet

I. Si Benedictio Papalis *ab Episcopo* aut vi facultatis hujus Articuli aut vi litterarum Apostolicarum impertitur,

a. Id fieri potest in quacumque Ecclesia intra Diœcesim et etiam sub dio;[5]

b. Danda est ab Episcopo post Missam solemnem a seipso celebratam juxta formulam typis impressam i. e. eam, quam Clem. XIII. in Const. *Inexhaustum* 3 Sept. 1762[6] præscripsit. Formula habetur in *Cæremoniali Episcoporum* (ed. Pustet 1886, p. 95), in *Pontificali Romano*, parte 3 (ed. Mechlin. 1862, pag. 291), ap. Ber. p. 888 (iii. 31*) et Wapelhorst n. 107.

[1] *Eph. lit.* i. 363; S. R. C. 23 Sept. 1848 ap. Gard. n. 5162, 28 Julii 1883 (*Acta S. Sedis*. xxii. 309); *Past. Bl.* 1882, p. 76; *Acta et Decr. Conc. Prov. Neo-Eborac. IV.* p. 89.
[2] De ea cfr. quod scripsit Melata in *Analect. eccles.* 1895, pag. 36 seq.
[3] S. C. Ind. 20 Maj. 1896 ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 750.
[4] Ber. p. 306 (282) seq. [5] *Decr.* n. 266.
[6] Ib. p. 456; *Coll. Prop.* n. 1132.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

c. Quæ ibi habentur de legendis litteris Apostolicis quoad potestatem obtentam, ex causa rationabili etiam ab illis Episcopis, qui reapse facultatem per tales litteras obtinuerunt, omitti possunt,[1] a fortiori in facultate hujus Articuli. Sufficit igitur, ut post impertitam benedictionem in lingua latina et vernacula publicetur concessio indulgentiæ adhibita formula: *Attentis facultatibus etc.*, ut l. c. dicitur.[2]

d. Facultas Articuli (e. gr. Episcopo hospiti) communicari nequit, cum hoc non sit expressum.

e. Indulgentia Benedictionis Papalis suspenditur tempore Jubilæi ordinarii.[3]

Nota. Episcopi Canadenses ex Form. T. art. 10, ter per annum benedictionem papalem impertiri possunt. Cfr. n. 249, ad 10.

II. Si *ab aliis*, et quidem **a.** ex speciali privilegio S. Sedis a quibusdam *Regularibus* in *suis Ecclesiis*, super populum datur,[4] servanda est formula a Benedicto XIV. approbata,[5] eaque nonnisi bis in anno necnon licentia Episcopi prævie in scriptis obtenta impertiri potest,[6] insuper numquam die et loco, quo eam dat Episcopus.[7] Idem valet de Benedictione Papali, quæ Tertiariis S. Francisci bis per annum solemniter in eorum conventione, numquam vero singulis in confessione datur.[8]

b. Si in aliis occasionibus ut in fine Missionum, Exercitiorum spiritualium ex indulto Apostolico datur, servandum est indultum, in quo *regulariter* præscribitur, ut detur cum imagine crucifixi et uno signo crucis.[9] Dico: *regulariter;* nam 20 Julii 1758 Clemens XIII. jussit, ut pro benedictione papali in Ecclesia quadam adhibeatur formula benedictina (*Decr.* n. 205). Item Pius IX. anno 1871 Sacerdotibus quibusdam dedit potestatem benedictionis papalis servata formula prædicta cum quadam modificatione, prout refert Beringer.

[1] Ib. n. 282 et Decr. 24 Julii 1885 ap. *Act. S. Sed.* xviii. 158.
[2] Versio anglica habetur ap. Wapelhorst l. c.
[3] *Decr.* n. 255.
[4] Ib. n. 199.
[5] Cfr. *Rit. Rom.*; *Decr.* p. 485; Ber. p. 889 (iii. 33*).
[6] *Decr.* p. 491; De Martinis: *Jus. Pontif.* vol. iv. p. 95.
[7] Cfr. Ber. p. 307 (283) et *Decr.* cit.
[8] Ber. p. 854 (iii. 48*).
[9] Cfr. Ber. p. 308, 309 (284).—*Analecta eccl.* 1895 p. 467.

Nota. A prædicta Benedictione Papali, quæ in Ecclesiis Regularium impertitur, prorsus distinguitur: **a.** *Absolutio generalis*, qua Regulares stricte tales ex privilegio apostolico juxta formulam a S. R. C. præscriptam et a Leone XIII. approbatam ab omnibus censuris forsan incursis, necnon a transgressione votorum et regulæ, constitutionum, ordinationum et monitionum Superiorum, a pœnitentiis oblitis seu etiam neglectis in certis anni diebus (Fratres Ord. Min. etiam ex indulto S. Congr. Indulg. 26 Aug. 1895 in perpetuum valituro in pervigilio diei respectivi) a Superiore extra confessionem sacramentalem absolvuntur;[1]—et **b.** *Benedictio cum indulgentia plenaria*, quæ vulgo etiam absolutio generalis vocatur, et Tertiariis Sæcularibus S. Francisci datur in *novem festis* scil. 1. Nativitatis Dni, 2. Resurrectionis Dni, 3. Pentecostes, 4. SS. Cordis Jesu, 5. Immac. Conc. B. M. V., 6. 19 Martii S. Josephi, 7. 17 Sept. Stigm. S. Franc., 8. 25 Aug. S. Ludovici, 9. 19 Nov. S. Elisab. Hung.—Qui diebus *non de præcepto* observandis legitime impeditus est, eam accipere potest "aliquo die festo" de præcepto (etiam die Dominica) "qui intra octidua eorundem profestorum dierum occurret."[2]

Indulgentiam plenariam lucrantur, si (præter confessionem, Communionem et orationem ad intentionem Papæ) aut publice et in communi *aut singuli a suo confessario*, licet ad hoc facultatem non habente, benedictionem *cum formula præscripta* accipiunt.[3] Confessarius sc. post absolutionem sacramentalem continuat: *Dominus noster Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, ille te absolvat ab omni vinculo delictorum, ut habeas vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum. Amen. Per sacratissimam Passionem et mortem Domini nostri Jesu Christi, precibus et meritis beatissimæ semper Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, beati Patris nostri (tui) Francisci, et omnium Sanctorum auctoritate a Summis Pontificibus mihi commissa, plenariam indulgentiam omnium peccatorum tuorum tibi impertior. In nom. P. et F.* † *et Sp. S. Amen.*

Si rerum adjuncta usum hujus formulæ non permittunt, Confessarius breviter ita dicere potest: *Auctoritate a Summis Pontificibus mihi concessa plenariam omnium peccatorum tuorum indulgentiam tibi impertior. In nom. P. et F.* † *et Sp. S. Amen.* In confessione

[1] *Decr.* p. 412; Ber. 890 (iii. 34*); *Mon. eccl.* vol. ix. part. i. pag. 174.
[2] S. C. Ind. 16 Jan. 1886 ap. *Mon. eccl.* vol. iv. part. ii. p. 30 et 10 Junii 1886 ad iii., ib. p. 153.
[3] Formula cfr. ap. Ber. p. 892, n. 27 (iii. 36*).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dari potest etiam "pridie diei, quo ipsa in indice indulgentiarum Tertii Ordinis elargienda recensetur."[1]

Eadem formula mut. mut. adhibenda est in Confraternitatibus aut Institutis cum vel sine votis simplicibus, si quibus eadem vel similis concessio a S. Sede facta est;[2] speciatim in *Confraternitate SS. Trinitatis*, cujus membra scapulare hoc gestant, sequentibus diebus: Festo SS. Trinitatis, Fer. IV. Cinerum, in Cœna Domini, 28 Jan. (S. Agnet. secundo), 8 Febr. (S. Joann. de Matha), 20 Nov. (S. Felic. Val.), 25 Nov. (S. Cath. M.), 14 Febr. (B. Joann. Bapt. de Concept.), 5 Julii (S. Michael. de Sanctis). (Ber. ed. 10, p. 561, *Rescr.* p. 480.)

ARTICULUS VIII.

"DECLARANDI PRIVILEGIATUM IN QUALIBET ECCLESIA SUÆ DIŒCESIS UNUM ALTARE, DUMMODO ALIUD PRIVILEGIATUM NON ADSIT, PRO CUNCTIS MISSÆ SACRIFICIIS, QUÆ IN EODEM ALTARI CELEBRABUNTUR A QUOCUMQUE PRESBYTERO SÆCULARI VEL CUJUSVIS ORDINIS REGULARI."

182.—Explicatio.

Loco indultorum alibi ad tempus tantum Ecclesiis collegiatis et parochialibus[3] concedi solitorum,—ex hoc Art. Episcopi nostri declarare possunt privilegiatum *in qualibet ecclesia* et oratorio publico *suæ diœcesis unum altare*—et quidem in perpetuum[4] pro cunctis Missis a quocumque Sacerdote in eo celebrandis, *dummodo aliud privilegiatum*—scil. intuitu Ecclesiæ[5]—*non adsit.—Declaratio* seu designatio altaris, cui privilegium est adnectendum, ab Episcopo ipso fieri debet, nec potest Missionario aut alii cuidam relinqui: idque non tam ob Decr. S. C. Indulg. de anno 1750, quod inter Decreta authentica non invenitur, quam ex eo, quod facultas delegandi ad hoc non est concessa.[6]—Altare debet esse fixum, ut patet ex dictis n. 153, ubi

[1] S. C. Ind. 21 Julii 1888 ap. *Past. Bl.* 1888, p. 119; Ber. ed. 10, iii. 37*.

[2] S. Congr. Indulg. 19 Dec. 1885 et 15 Jan. 1885 ad 2 ap. *Acta S. Sedis*, xviii. 413, xxvii. 440.

[3] Cfr. Ber. p. 442 seq.; *Decr.* n. 215.

[4] S. Off. 2 Julii 1884 ad ix. infra n. 248 et *Coll. Prop.* n. 1130.

[5] *Decr.* n. 134. (Cfr. supra n. 153 ad 5.)

[6] Zit. *App.* p. 431, nota.

plura alia inveniuntur.—Episcopis Provinciæ Quebecen. eadem facultas conceditur, ita tamen, ut altare esse possit "etiam non fixum" (n. 250, ad 1.).

NOTA. Omnia altaria pro quocumque Sacerdote sunt privilegiata:

I. In Ecclesia, ubi est Oratio Quadraginta Horarum et hac perdurante, dummodo ea (excepto casu specialis indulti) per quadraginta horas *continuas* juxta Instructionem Clementis XI. de 21 Jan. 1705 et Const. Bened. XIV. de 16 Apr. 1747 instituatur (Pius VII. 10 Maji 1807).[1]

II. Die Commemorationis OO. Fid. Def.[2]—ubi quidem Missa omnibus fidelibus defunctis vel aliquibus tantum,[3] at indulgentia nonnisi uni illorum applicari potest (cfr. n. 152).

III. Qui *actu heroico* omnia opera satisfactoria a se et post mortem pro se facta Deo obtulit in utilitatem animarum purgatorii, gaudet privilegio personali altaris privilegiati quotidiano.[4]

ARTICULUS IX.

"BENEDICENDI CORONAS PRECATORIAS, CRUCES ET SACRA NUMISMATA IISQUE APPLICANDI INDULGENTIAS JUXTA FOLIUM TYPIS IMPRESSUM ATQUE INSERTUM, NECNON ERIGENDI CONFRATERNITATES B. M. V. DE MONTE CARMELO, SSMI ROSARII ET BONÆ MORTIS CUM APPLICATIONE OMNIUM INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM, QUÆ SUMMI PONTIFICES IISDEM CONFRATERNITATIBUS IMPERTITI SUNT; ADDITA INSUPER POTESTATE HAS FACULTATES COMMUNICANDI PRESBYTERIS SACRO MINISTERIO FUNGENTIBUS."

Haud paucis gratum erit, ea, quæ duplex objectum valde practicum hujus Art. spectant, summatim exposita invenire. Unde

§ 1. De Rebus Devotionis Indulgentiandis.

183.—I. Observationes generales.

Res sacræ, quæ ex praxi S. Sedis cum applicatione indulgentiarum benedici seu indulgentiari solent, sunt: Coronæ

[1] Ber. p. 262, 474 (242, 431). [2] *Decr.* n. 228.

[3] S. R. C. 2 Sept. 1741 ad iv.

[4] *Raccolta*, p. 453; Ber. p. 316 (291); *Acta S. Sedis*, xviii. 337.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dari potest etiam "pridie diei, quo ipsa in indice indulgentiarum Tertii Ordinis elargienda recensetur."[1]

Eadem formula mut. mut. adhibenda est in Confraternitatibus aut Institutis cum vel sine votis simplicibus, si quibus eadem vel similis concessio a S. Sede facta est;[2] speciatim in *Confraternitate SS. Trinitatis*, cujus membra scapulare hoc gestant, sequentibus diebus: Festo SS. Trinitatis, Fer. IV. Cinerum, in Cœna Domini, 28 Jan. (S. Agnet. secundo), 8 Febr. (S. Joann. de Matha), 20 Nov. (S. Felic. Val.), 25 Nov. (S. Cath. M.), 14 Febr. (B. Joann. Bapt. de Concept.), 5 Julii (S. Michael. de Sanctis). (Ber. ed. 10, p. 561, *Rescr.* p. 480.)

ARTICULUS VIII.

"DECLARANDI PRIVILEGIATUM IN QUALIBET ECCLESIA SUÆ DIŒCESIS UNUM ALTARE, DUMMODO ALIUD PRIVILEGIATUM NON ADSIT, PRO CUNCTIS MISSÆ SACRIFICIIS, QUÆ IN EODEM ALTARI CELEBRABUNTUR A QUOCUMQUE PRESBYTERO SÆCULARI VEL CUJUSVIS ORDINIS REGULARI."

182.—Explicatio.

Loco indultorum alibi ad tempus tantum Ecclesiis collegiatis et parochialibus[3] concedi solitorum,—ex hoc Art. Episcopi nostri declarare possunt privilegiatum *in qualibet ecclesia* et oratorio publico *suæ diœcesis unum altare*—et quidem in perpetuum[4] pro cunctis Missis a quocumque Sacerdote in eo celebrandis, *dummodo aliud privilegiatum*—scil. intuitu Ecclesiæ[5]—*non adsit.—Declaratio* seu designatio altaris, cui privilegium est adnectendum, ab Episcopo ipso fieri debet, nec potest Missionario aut alii cuidam relinqui: idque non tam ob Decr. S. C. Indulg. de anno 1750, quod inter Decreta authentica non invenitur, quam ex eo, quod facultas delegandi ad hoc non est concessa.[6]—Altare debet esse fixum, ut patet ex dictis n. 153, ubi

[1] S. C. Ind. 21 Julii 1888 ap. *Past. Bl.* 1888, p. 119; Ber. ed. 10, iii. 37*.

[2] S. Congr. Indulg. 19 Dec. 1885 et 15 Jan. 1885 ad 2 ap. *Acta S. Sedis*, xviii. 413, xxvii. 440.

[3] Cfr. Ber. p. 442 seq.; *Decr.* n. 215.

[4] S. Off. 2 Julii 1884 ad ix. infra n. 248 et *Coll. Prop.* n. 1130.

[5] *Decr.* n. 134. (Cfr. supra n. 153 ad 5.)

[6] Zit. *App.* p. 431, nota.

plura alia inveniuntur.—Episcopis Provinciæ Quebecen. eadem facultas conceditur, ita tamen, ut altare esse possit "etiam non fixum" (n. 250, ad 1.).

NOTA. Omnia altaria pro quocumque Sacerdote sunt privilegiata:

I. In Ecclesia, ubi est Oratio Quadraginta Horarum et hac perdurante, dummodo ea (excepto casu specialis indulti) per quadraginta horas *continuas* juxta Instructionem Clementis XI. de 21 Jan. 1705 et Const. Bened. XIV. de 16 Apr. 1747 instituatur (Pius VII. 10 Maji 1807).[1]

II. Die Commemorationis OO. Fid. Def.[2]—ubi quidem Missa omnibus fidelibus defunctis vel aliquibus tantum,[3] at indulgentia nonnisi uni illorum applicari potest (cfr. n. 152).

III. Qui *actu heroico* omnia opera satisfactoria a se et post mortem pro se facta Deo obtulit in utilitatem animarum purgatorii, gaudet privilegio personali altaris privilegiati quotidiano.[4]

ARTICULUS IX.

"BENEDICENDI CORONAS PRECATORIAS, CRUCES ET SACRA NUMISMATA IISQUE APPLICANDI INDULGENTIAS JUXTA FOLIUM TYPIS IMPRESSUM ATQUE INSERTUM, NECNON ERIGENDI CONFRATERNITATES B. M. V. DE MONTE CARMELO, SSMI ROSARII ET BONÆ MORTIS CUM APPLICATIONE OMNIUM INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM, QUÆ SUMMI PONTIFICES IISDEM CONFRATERNITATIBUS IMPERTITI SUNT; ADDITA INSUPER POTESTATE HAS FACULTATES COMMUNICANDI PRESBYTERIS SACRO MINISTERIO FUNGENTIBUS."

Haud paucis gratum erit, ea, quæ duplex objectum valde practicum hujus Art. spectant, summatim exposita invenire. Unde

§ 1. De Rebus Devotionis Indulgentiandis.

183.—I. Observationes generales.

Res sacræ, quæ ex praxi S. Sedis cum applicatione indulgentiarum benedici seu indulgentiari solent, sunt: Coronæ

[1] Ber. p. 262, 474 (242, 431). [2] *Decr.* n. 228.

[3] S. R. C. 2 Sept. 1741 ad iv.

[4] *Raccolta*, p. 453; Ber. p. 316 (291); *Acta S. Sedis*, xviii. 337.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

precatoriæ (Rosaria), Cruces (cum et sine crucifixo) et sacra numismata (ad quæ etiam parvæ statuæ pertinere videntur).—Circa has res nota:

a. *Materia* debet esse 1. *solida*, non fragilis facilisque consumptionis. Excluduntur ergo imagines impressæ sive depictæ,—Cruces, crucifixi, statuæ, numismata ex plumbo, stanno vel simili materia,—Rosaria ex vitro insufflato, *non autem* ex vitro solido et compacto aut ligno, nec Cruces, crucifixi, statuæ ferreæ, eburneæ, osseæ, nec confectæ ex ligno, at satis duro[1] etc.;—2. sacra numismata (*medals*) et parvæ statuæ referre debent saltem ex una parte imaginem Sancti canonizati aut in Martyrologio Romano descripti, licet in altera parte numismatis sit imago Beati aut viri notabilis e. gr. Papæ, aut templum,[2] etc.;—3. res debet esse efformata juxta præscripta S. Sedis. Unde pro Rosario S. Dominici non sufficit annulus unius decadis;[3] e contra vero si res quædam habet qualitates requisitas, ei etiam indulgentiæ diversi generis per unum actum benedictionis applicari possunt, ut uni Rosario quinque, decem aut quindecim decadum indulgentiæ Papales, S. Birgittæ et S. Dominici, dummodo dein pro singulis lucrandis opera iterabilia ponantur.[4]

b. *Modus res devotionis indulgentiandi* i. e. efficiendi, ut pro lucrandis indulgentiis apta fiant instrumenta, varius est: 1. absque benedictione per tactum locorum Terræ Sanctæ aut reliquiarum ibi asservatarum eædem fere indulgentiæ, ac sunt Papales non tantum crucibus, coronis et rosariis, ut huc usque, sed post concessionem S. Congr. Indulg. 18 Aug. 1835 etiam numismatibus, parvis statuis aliisque piis devotionis objectis applicantur;[5]—2. indulgentiantur per benedictionem Sacerdotis, qui ad hoc legitimam obtinuit facultatem, uti eam apud nos obtinere *solent* pro omnibus rebus enumeratis quoad applicationem indulgentiarum papalium vi hujus Articuli per communicationem Episcopi *presbyteri sacro ministerio fungentes*;—

[1] *Decr.* n. 249 ad 1 et 2, 271 ad 2, 281 ad 6, 333, 387; cfr. Beringer p. 328 (301); *Coll. Prop.* n. 1081 seq.

[2] *Decr.* n. 32.—Cfr. Beringer p. 329 (302).

[3] Cfr. Ber. p. 330 (303).

[4] *Decr.* n. 249 ad 3.

[5] *Raccolta*, p. 448; Ber. p. 345 (318); *Mon. eccl.* vol. ix. part. i. pag. 173.

3. quoad ritum adhibenda est formula, si qua est præscripta, ut in benedictione Rosarii S. Dominici et Septem Dolorum formula Ordinis propria adhibenda est, quamvis facultas non a Generali Ordinis, sed a S. Sede obtenta sit.[1]—Si pro benedictione alicujus rei nulla habetur formula in Rituali Rom., sufficit formare Crucem super eam dicendo: *In nom. P. et F. et Sp. S.* eamque aspergere aqua benedicta;—pro applicatione autem indulgentiarum Papalium et S. Birgittæ sufficit efformare Crucem super rem.[2]—Si tamen hæ res publice benedicuntur, convenit ad reverentiam eis servandam, adhibere superpelliceum, stolam coloris diei, aquam benedictam et formulam benedictionis ex Rit. Rom. Tum, si benedicenda est Crux, quæ habet imaginem crucifixi, adhibenda est formula benedictionis imaginum;[3]—4. res valide benedicuntur in globo.[4]

c. Cessat indulgentiatio seu res amittunt indulgentias:

1. Si in sua materia aut forma notabiliter mutantur aut destruuntur; non autem si mutatio est tantum accidentalis, ut si granis aliquibus Rosarii amissis in eorum locum sufficiuntur alia, quamvis non benedicta, dummodo sint quoad numerum infra dimidium benedictorum.—Porro cum in crucifixis benedictis indulgentiæ adhæreant soli Christo, hic ab una Cruce in aliam transferri potest sine dispendio.[5]—Dein in Coronis indulgentiæ annexæ sunt globulis, ita ut impune ex uno filo in aliud transsumi possint, quamvis inter se commixti fuerint.

2. Si quis proprietatem rei indulgentiatæ ad usum suum acceptæ vel adhibitæ in alium transfert sive donando aut legando sive (quod insuper prohibitum est) vendendo, licet sine ullo lucro ad expensas tantum acquirendas—et generatim, "si aliquid quocumque titulo sive pretii sive permutationis sive muneris sive eleemosynæ requiratur vel accipiatur" (S. C. Ind. 16 Julii 1887); item si quis talem rem alicui commodat ea intentione, ut etiam hic indulgentias lucretur.[6] Res enim hæ

[1] *Decr.* n. 401.

[2] *Decr.* n. 281 ad 5 et 313 ad 2.

[3] S. R. C. 4 Sept. 1880 ad iv.—Cfr. etiam DeHerdt: *Præx. Rit. Rom.* c. 10, *Rit. Rom.* tit. viii. cap. 1.—Ber. ed. 10, iii. p. 1.*

[4] *Decr.* n. 363.

[5] Ib. n. 281 ad 6.

[6] Ib. n. 34, 78, 82, 151, 344; *Act. S. Sed.* xx. 63.—Ber. ed. 10. p. 305 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

devotionis privatæ sunt et valent tantum pro primo possessore. At nihil obstat, quominus quis res ita benedictas et ad usum suum non acceptas per se vel per alios gratis distribuat,[1] aut *ex mandato* cujusdam res emat, easque post benedictionem mandanti tradat pretio sibi soluto; tum enim jam in actu emptionis et ante benedictionem huic propriæ fuerunt. S. C. Indulg. 10 Julii 1896 ap. *Anal. eccl.* iv. pag. 494.

184.—II. Indulgentiæ, quæ rebus devotionis adnecti solent, sunt:

a. *Indulgentiæ Apostolicæ seu Papales* (quarum Elenchus 23 Febr. 1878 publicatus, videatur in *Rescr. auth.* p. 345 seq.), omnibus supra dictis rebus adnecti possunt, scil. quibuscumque Coronis (*Decr.* n. 161) etc.

Si quis unam ex his rebus legitime benedictam aut apud se habet aut saltem in loco decenti suæ domus conservat, et *ante* eam Rosarium quinque decadum (quamvis sine meditatione mysteriorum) saltem semel in hebdomade uno tractu recitat vel alia in Elencho exposita opera peragit, omnibus festis majoribus sub solitis conditionibus indulgentiam plenariam defunctis applicabilem, et præter permultas partiales, etiam indulgentiam plenariam in articulo mortis sub ordinariis conditionibus et absque interventu Sacerdotis lucrari potest.

b. *Coronis* quinque, decem, quindecim decadum applicari possunt insuper indulgentiæ S. Dominici et S. Birgittæ.

c. *Crucifixis* (at sine speciali indulto non Crucibus *sine* Christo) applicari possunt etiam indulgentiæ Viæ Crucis (n. 210).

Corollarium.

Facultas in hac sectione Art. concessa consistit in hoc, ut solo signo Crucis applicari possint: I. omnibus supradictis objectis devotionalibus indulgentiæ Papales seu Apostolicæ, et præter has II. Rosariis quinque, sex, decem et quindecim decadum etiam indulgentiæ S. Birgittæ, prout hoc constat ex Responso Card. Præf. Franchi ad Rmum Elder, tum Eppum Natchetens., de 26 Jan. 1877.[2] De indulgentiis Rosarii S. Birgittæ cfr. n. 201 ad ii.—Indulgentiæ Rosarii S. Dominici vi hujus

[1] *Coll. Prop.* n. 1098 ad 1; *Decr.* n. 363.
[2] *A. E. Rev.* 1890, vol. ii. p. 54.

facultatis applicari nequeunt, neque vi facultatis erigendi Confraternitatem S. Rosarii (n. 204, iii.).

NOTA. 1. Præter Episcopos, apud nos etiam Excellmus D. *Delegatus Apost.* perdurante ejus commoratione in Statibus Fœderatis Americæ gaudet facultate, "benedicendi coronas precatorias, cruces et sacra numismata, eisque applicandi Indulgentias lucrandas juxta folium typis impressum atque insertum, necnon D. Birgittæ nuncupatas, cum potestate delegandi Presbyteris eandem facultatem petentibus."

NOTA. 2. Putaverunt aliqui, cum Rosario quinque vel quindecim decadum birgittato seu "brigittato" i. e. benedicto cum applicatione indulgentiarum S. Birgittæ indulgentias hujus Rosarii lucrifieri posse per simplicem recitationem Rosarii S. Dominici ordinarii (quinquies unum Pater et decem Ave). At hoc erroneum est. Decr. enim, quibus hæc opinio innitebatur, scil. illa in Rothomagen. de 2 Oct. 1840, et 28 Jan. 1842 cum illis de 12 Aug. 1726, 25 Dec. 1841 et 24 Jan. 1824 desumpta ex collectione *privata*,[1] a Prinzivalli confecta, in nova et authentica collectione de anno 1883 omissa sunt tanquam dubia aut spuria, illud vero de 15 Jan. 1839[2] non probat et insuper provocat ad priorem editionem operis *Raccolta* minus exactam quam illa de anno 1886, in qua p. 190 dilucide exponitur modus lucrandi indulgentias Rosarii S. Birgittæ. Demum S. C. Ind. 20 Maji 1886[3] decidit, ad lucrandas indulgentias Rosarii S. Birgittæ semper in singulis decadibus præter unum Pater et decem Ave dicendum esse symbolum Apostolicum. Veritas autem, quæ huic opinioni subjacere videtur, in hoc consistit, quod indulgentiæ S. Birgittæ, sive Rosarium brevius sive longius recitetur (n. 201 ad ii.), lucrifieri possint non tantum cum Rosario materiali sex, sed etiam quinque, decem et quindecim decadum,[4] modo sit benedictum ab habente facultatem.

§ 2. DE CONFRATERNITATIBUS.[5]

AA. *De eisdem in genere.*

I. Definitio.

Confraternitas ecclesiastica est corporatio *sæcularium* ad vitam Christianam promovendam auctoritate ecclesiastica erecta et gubernata, Ecclesiæ cuidam adnexa.[6]

[1] *Linz. Qu. Schr.* 1889, p. 379. [2] *Decr.* n. 268.
[3] Ber. p. 360 (331). [4] Ber. p. 362–364 (332–334).
[5] Beringer p. 532 (475); *Le Canoniste contemporain*, Paris, 1890, p. 7 seq.; 1894 p. 193 seq.; Lucidi vol. ii. cap. vii. § 2.
[6] Aichner p. 495. Cfr. *Coll. Prop.* n. 452.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

NOTA. Illæ associationes, quæ, licet approbatæ, non tamen erectæ sunt per auctoritatem ecclesiasticam, confraternitates mere laicales, piæ uniones aut etiam collegia mere laicalia sunt, nec subjacent dispositionibus canonicis de confraternitatibus.[1]

185.—II. Erectio Confr. i. e. actus decretorius, Societatem saltem trium ("tres faciunt Collegium") constituens corporationem ecclesiasticam (seu personam moralem), fieri potest nonnisi ab habente jurisdictionem in foro externo ordinariam vel ad hoc delegatam. In specie quoad erectionem confraternitatum notanda sunt sequentia:

A. *Episcopus* confraternitates erigere potest tum jure ordinario tum delegato:

1. Jure ordinario et absque alia facultate[2] erigere potest quaslibet Confraternitates, exceptis illis, quas S. Sedes reservavit et Generalibus Ordinum Religiosorum delegavit, nisi pro his exceptis facultatem obtinuerit. Vicarius Cap. (Administrator) abstineat ab usu juris ordinarii.[3] Vic. Gen. indiget speciali mandato.[4] 2. Erectio Confraternitatum, quam vi indulti Episcopus perficit, delegari potest nonnisi in quantum ei hoc expresse in indulto concessum est.[5]—In Art. præsenti Episcopus facultatem erigendi Confraternitates B. M. V. de Monte Carmelo etc. communicare potest omnibus *presbyteris sacro ministerio fungentibus.*

NOTA. I. Episcopis eam supplicantibus facile conceditur facultas confraternitatibus in eorum Diœcesibus erectis vel erigendis indulgentias et gratias communicandi, quæ Archiconfraternitatibus sub iisdem titulis de Urbe aliisque a S. Sede respective concessæ sunt. (Cfr. Ber. ed. 10, pag. 521.) Attamen licet hujus indulti tenor generaliter sonet, vi ejusdem erigere nequeunt:

a. Sodalitatem SS. Rosarii,[6] **b.** Associationem Rosarii viventis,[7] **c.** Confraternitates SS. Trinitatis, B. M. V. de Monte Carmelo, a Septem Doloribus,[8]—"nisi obtentis a resp. Ordinum Superioribus litteris facultativis, ita tamen ut iidem Generales . . . litteras Sacer-

[1] Cfr. *Anal. eccl.* 1895 pag. 220.
[2] *Rescr. auth.* n. 406; *Decr.* n. 195.
[3] *Decr.* n. 438.
[4] Ber. ed. 10, p. 482.
[5] *Decr.* n. 321 et 420 ad 1.
[6] Ib. n. 405 de 11 Apr. 1864.
[7] *Irish Rec.* 1891 p. 134 seq.
[8] Decr. de 16 Julii 1887 ap. *Act. S. Sed.* xx. 253 et *Coll. Prop.* n. 465.

dotibus suorum Ordinum vel ubi eorum Conventus non existunt, aliis ecclesiasticis viris . . . Episcopis benevisis expediant, ipsæque litteræ nonnisi de consensu Ordinariorum . . . executioni mandentur." Quoad confrat. SS. Ros. S. C. Ind. 20 Maj. 1896 ad V. et VI. (ap. *Act. S. Sed.* xxviii. p. 751) decidit: "De valore erectionis est, ut in litteris facultativis sacerdos ad erectionem deputetur, locus erectionis exprimatur et consensus Ordinarii prævie ad erectionem non ore tantum, sed etiam litteris testimonialibus obtineatur." Demum tum in Decreto de 11 Apr. 1864 tum in illo de 16 Jul. 1887 Confraternitates prædictæ usque ad respectivam diem datam insciis Generalibus Ordinum erectæ revalidatæ sunt.

II. *Aliæ Confraternitates* ab Episcopis vi talis indulti canonice quidem erigi possunt, at pro indulgentiis et privilegiis obtinendis Archiconfraternitatibus in Urbe sunt aggregandæ.[1] Tales sunt Confraternitates **a.** B. M. V. de Annunciatione, **b.** de Bona Morte,[2] **c.** B. M. V. de Salute,[3] **d.** B. M. V. de Perpetuo Succursu et S. Alphonsi,[4] **e.** B. M. V. in Cœlum Assumptæ ad juvandas Animas Igne Purgatorii detentas (S. Mariæ in Monterone).[5]—Verumtamen etiam recurri potest ad Generalem respectivi Ordinis, petendo ut Confraternitatem ipse erigat. Formulas ad hoc vide infra post n. 195.

III. Prædicta vero sub I. et II. non valent pro Episcopis S. Congregationi de Prop. Fide subjectis. Hæc scilicet S. Congr. Episcopis sibi subditis facultates generales erigendi confraternitates non solum per specialia indulta, sed etiam per Formulas in quibusdam regionibus concedi solitas procurat. Ita e. gr. Articulus Formulæ R Vicariis Apost. Indiarum Orientalium concessæ ab Art. præsenti Form. C plane differt, dum sonat: "Erigendi in locis sui Vicariatus, in quibus non adsint Regulares ex privilegio sui Ordinis ejusmodi facultate gaudentes, quascumque pias Sodalitates a S. Sede approbatas, iisque adscribendi utriusque sexus Christifideles ac benedicendi coronas et scapularia earundem sodalitatum propria cum applicatione omnium indulgentiarum, quas Summi Pontifices prædictis Sodalitatibus, coronis et scapularibus impertiti

[1] Cfr. Formulas infra post n. 195.
[2] S. C. Ind. de 17 Sept. 1887 ap. *Act. S. Sed.* xx. 364. Cfr. ib. xxiv. 125.
[3] S. C. Ind. eod. die. Vide *The Pastor*, vol. vi. 183 seq.; *Act. S. Sed.* xx. 367.
[4] S. C Ind. 22 Febr. 1888 ap. *Acta S. Sedis*, xx. p. 479.
[5] S. C. Ind. 18 Junii 1892 ib. xxiv. 742.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sunt." Idem conceditur Episcopis aliarum regionum in suis respective Formulis.[1]

Etenim Leo XIII. die 15 Dec. 1888 declaravit, hanc S. Congregationem eisdem facultatibus quoad erectionem Confraternitatum a S. Sede approbatarum uti prosequi posse, quas ante Decr. 16 Julii 1887 habebat, ita "ut Moderatores Missionum S. Congregationi de P. F. subjecti facultates ab eadem sibi faciendas quoad omnium Confraternitatum erectionem, fidelium in easdem aggregationem, Scapularium benedictionem et indulgentiarum applicationem valide et licite exerceant quin a quopiam cujusvis Ordinis Moderatore veniam aut assensum expetere aut obtinere antea teneantur;" die vero 31 Martii 1889 "decidit CONFRATERNITATES SS. ROSARII erigi quidem posse, at tantum, ut fideles iis adscripti lucrentur *indulgentias communiter concessas omnibus in genere Confraternitatibus canonice erectis*, non autem peculiares, quæ competunt Confraternitatibus auctoritate Magistri Generalis O. P. erectis, nisi ad hunc recursum habeant." Ita Emus Card. Præf. S. C. de P. F. 30 Jun. 1889.[2]—Ergo Confraternitates S. Rosarii post Decr. 11 Apr. 1864 apud nos vi fac. 9 Form. C erectæ ex se habent tantum indulgentias Confraternitatibus *ab Episcopis erectis concedi solitas*. (Cfr. tamen n. 202.) Quæ sunt: **a.** indulgentia plenaria 1. die receptionis, 2. festo principali Confraternitatis, 3. in articulo mortis;—**b.** indulgentia septem annorum et septem quadrag. quatuor festis ab Episcopo statutis, et indulgentia sexaginta dierum pro quolibet bono opere.[3]

B. Sive agatur de erectione ex jure ordinario sive ex indulto Apostolico, Episcopi non tenentur ad observandam Const. Clementis VIII. *Quæcumque* de 7 Dec. 1604,[4] nec ad determinatam formulam. Sufficit authenticum Decretum Episcopi (vel Delegati), quod in archivio parochiali servandum est;[5] quoad Consociationem a S. Familia[6] autem diploma Emi Vicarii Urbis,[7] qui ejus præses et patronus est.

[1] *N. R. Th.* xxi. p. 487. 488, ubi plura.

[2] *A. E. Rev.* 1889, p. 465.—*Past. Bl.* 1889 p. 132.—*Coll. Prop.* n. 466.

[3] Cfr. *A. E. Rev.* 1890, i. 196; *N. R. Th.* xxii. p. 160–177; *Rescr. auth.* n. 74, 113, 358, 394; Ber. p. 556 (499).

[4] Quam videsis ap. Lucidi vol. iii. p. 543 et alibi.

[5] *Decr.* n. 298 ad 4, 308 ad 2, 312 ad 1. Formulæ ap. Monacelli pars i. tit. 6, Form. 11 et 12, pars ii. tit. 13, Form. 6.

[6] Litteras erectionis de 14 Junii 1892 et indulgentiarum ejusdem de 20 Junii 1892 vide ap. *Act. S. Sed.* xxv. 8 seq. Regulas ib. pag. 567.

[7] Ex Ædibus Vicariatus Urbis 7 Apr. 1893 ap. *Act. S. Sed.* xxvii. 61.

C. Erectio gratis fieri debet; taxa cancellariæ tamen postulari potest.

D. Erectio confraternitatum *generatim loquendo* duplici legi subjecta est: 1. *legi loci*, ita ut in eodem loco una tantum confraternitas ejusdem nominis et instituti erigi possit, nisi ex gravi causa a S. C. Indulg. in casibus singularibus dispensatio obtineatur.[1] Locus (sine addito) in *sensu canonico* est agglomeratio habitantium ab aliis agglomerationibus uno saltem milliario italico (n. 135, nota 2) distans, sive dicatur vicus, sive pagus, sive oppidum vel urbs, non autem parochia nec civilis communitas præcise talis, nedum Diœcesis.[2] Attamen S. C. Ind. 20 Maj. 1896 ad. iii. ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 751 declaravit, communitatem pro erectione confraternitatum ejusdem nominis et instituti constitui etiam a quolibet ejusdem municipii oppido, situ et nomine ab aliis disjuncto, adeo ut in eodem municipio plures ejusdem nominis et instituti confraternitates erigi possint, dummodo in unoquoque oppido habeatur propria Parochia.—Præterea ex eodem Resp. ad iv. elucet, Leonem XIII. derogando constitutioni Clem. VIII. *Quæcumque*, Ordinariis, ut *in magnis urbibus*, quæ unam tantum constituunt communitatem, plures ejusdem nominis et instituti confraternitates erigi possent, facultatem concessisse, providendo pro eorum arbitrio et prudentia in singulis casibus, servata tamen in hujusmodi erectionibus convenienti, eorum judicio, distantia.

NOTA. Lex loci, nisi expresse contrarium concessum est, etiam exigere videtur, ne Episcopus in loco, ubi Regularium conventus est, confraternitatem hisce propriam erigat in eorundem præjudicium. Unde clausula (supra n. 185, a. nota III.) in Form. R apposita, in hoc Art. Form. C subintelligi videtur juxta dicta n. 9 ad **b.**

2. *legi distantiæ*, vi cujus una confraternitas ab altera ejusdem nominis et instituti, etsi in diverso loco erecta aut nationalitatis et linguæ plane diversæ[3] sit, unam leucam (=3 milliaria

[1] *Decr.* n. 403 ad 2; Ber. p. 542 (484).

[2] Feije n. 652 ad fin.—*Decr.* n. 382 ad 1 et 2.

[3] S. C. de Prop. Fide 21 Oct. 1883 ap. *Past. Bl.* 1883 pag. 132, et *The Pastor* ii. 22.

romana = unam horam = a league) distare debet,[1] nisi in hoc dispensatio obtineatur.

Dixi: *generatim loquendo*; nam *α.* absque respectu ad locum et distantiam erigi possunt in omnibus Ecclesiis parochialibus Confraternitates SS. Sacramenti, de doctrina christiana,[2] et Consociatio a S. Familia etc.—A lege loci *et* distantiæ dispensatæ sunt: Sodalitas filiarum Mariæ,[3] Sodalitas B. M. V. in cœlum assumptæ ad animas purgatorii levandas.[4] Confraternitates SS. Cordis Jesu,[5] Bonæ mortis,[6] SS. Cordis Mariæ (cum distantia tertiæ partis leucæ, si in Ecclesiis Parochialibus erecta est,[7] Congregationes Marianæ Primæ-Primariæ aggregatæ,[8] Confraternitas S. Familiæ Leodiensis.[9]

β. Ad legem loci quidem, sed non distantiæ tenentur, Confraternitas SS. Rosarii,[10] Sodalitas matrum christianarum.[11]

Demum Leo XIII. per Decr. S. C. Ind. 31 Jan. 1893 ad 4, (supra) legem distantiæ quoad omnes confraternitates erigendas in distinctis Diœcesibus et communitatibus abrogavit.

E. In *ecclesiis Monialium* et conservatoriorum puellarum Confraternitates laicorum erigere generatim non expedit,[12] et S. Congr. Ep. et Reg. die 22 Aug. 1891 juxta priorem decisionem de 9 Nov. 1595 respondit: "Non placet Sac. Congregationi, ut in Monasteriis Monialium sub quovis titulo instituantur Confraternitates laicorum, ad tollenda quamplurima, quæ exinde oriri possunt, incommoda; imo præcipit, ut erectæ tollantur; secus transferantur."[13]—Per modum indulti generalis autem Pius IX. in Ecclesiis Monialium permisit 26 Nov. 1861 erectionem Confraternitatis Cordis Mariæ, Leo XIII. 7 Julii 1883 erectionem Confr. SS. Cordis Jesu.[14]

[1] *Decr.* n. 308 ad 3, 403 ad 2 et 3;—S. C. Ind. 31 Jan. 1893 ad 2 ap. *Act. S. Sed.* xxv. 510 et Ber. ed. 10 p. 806.
[2] *Decr.* n. 308 ad 3, 343 ad 2.
[3] *Decr.* n. 416. [4] Ber. ed. 10 pag. 760.
[5] Ib. pag. 593. [6] Ib. p. 713.
[7] Ib. p. 664. [8] Ib. p. 647.
[9] Ib. p. 755 et Anhang p. 42. [10] Ber. p. 616.
[11] S. C. de Prop. Fide 28 Mart. 1886. (Doc. auth. Pittsburg.) Imo, prout ex declaratione S. C. Indulg. nuperrime data liquet, hæc Associatio nec lege loci tenetur.
[12] *Decr.* n. 403 ad 4, Ferraris v. Confraternitates, Art. ii. n. 38.
[13] *Linz. Qu. Schr.* 1892, p. 702. [14] Ber. p. 543 (485).

F. Numerus Confraternitatum in eadem Ecclesia ne sit nimius.—Cæterum plures Confraternitates idem altare possunt habere, modo quoad functiones perturbationi præcaveatur.

186.—III. Statuta, quibus finis et media singularum determinantur, si qua conduntur, ab Episcopo aut ex mandato speciali ab ejus Vicario Gen. sunt examinanda et approbanda,[1] etiamsi erectio fiat a Generalibus Ordinum aut statuta desumpta sint ab Archiconfraternitate. Insuper pro loco et tempore etiam postmodum ab Episcopo mutari possunt, exceptis essentialibus et ad opera spectantibus, quæ indulgentiis sunt ditata,[2] necnon illis, quæ privilegia a S. Sede concessa continent,[3] aut ab eadem approbata sunt. Quoad *contributionem pecuniæ* non potest statui, ut aliquid solvatur pro adscriptione, nec conditio apponi, ut quis, ni solvat certam quotam, possit expungi. Præsertim pauperes omnino gratis admittendi et retinendi sunt. Cæterum "nihil obstat, quominus Confraternitates eleemosynas colligant juxta legem . . . ab Ordinario præscriptam, erogandas in Ecclesiæ seu Oratorii reparationem vel in alios pios usus de consensu ejusdem Ordinarii,"[4] vel ad onera Confraternitatis (solemnitates etc.) sustinenda.[5] In statutis consulendum est etiam pro vices-gerente Rectoris.

NOTA. A statutis (societatum opificum), in quibus, etsi nil contra Religionem et bonos mores notetur censura dignum, nihil sacri ac religiosi habetur, approbandis abstineat Episcopus. Ita S. Pœnit. 14 Junii 1893 ad Ep. Neocastren.[6]

187.—IV. Rector seu Præses Confrtis est Sacerdos *ab Episcopo* secundum statuta ejusdem *institutus* pro receptione fidelium et gubernatione Confraternitatis peragenda ad normam statutorum;—non autem Parochus eo ipso, quod Confraternitas in ejus Ecclesia est erecta; nisi sit unicus ejusdem Ecclesiæ Sacerdos.[7] Vi Decreti de 8 Jan. 1861[8] ab Episcopo in Recto-

[1] *Decr.* n. 420 ad 4; Bened. XIV. *de Syn. Diœc.* lib. vi. c. 1, n. 1.
[2] *Decr.* n. 308 ad 2, 320; *Acta S. Sedis*, xv. p. 191; Ber. p. 549 (488).
[3] S. C. C. 18 Mart. 1882 ap. *Mon. eccl.* vol. iii. part. i. 49.
[4] *Decr.* n. 260. [5] Ber. p. 548 (489).
[6] *Mon. eccl.* vol. ix. part. i. 56.
[7] *Decr.* n. 298 ad 3 et n. 304 ad 1. [8] Ib. n. 389.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rem Confraternitatum institui potest etiam *Parochus pro tempore*, ita ut successores non indigeant speciali institutione, sanatis omnibus hucusque propter hunc defectum male peractis.[1]—Et hoc, quod dictum est de Parocho, valet etiam quoad Vicarios Parochi, Cappellanos locorum piorum[2] etc. Dicitur: *ab Episcopo institutus.* Excipe ab hac regula Confraternitatem SS. Rosarii, in qua ex privilegio Rector instituitur a Generali Ordinis. Item pro Confr. in Ecclesiis Regularium erectis ex consensu tacito Episcopi Rector instituitur a Superiore Ordinis. (Ber. ed. 10, p. 491.)—Rector eo ipso quod ab Episcopo est institutus non habet facultatem quoad Rosaria, Scapularia etc. Confraternitatis, sed speciali ad hoc indiget facultate Episcopi, resp. Archiconfraternitatis aggregantis aut Generalis Ordinis.[3] Rector in Officio suo valide suppleri nequit, nisi habeat ab Episcopo facultatem alium Sacerdotem subdelegandi,[4] quam facultatem Leo XIII. 23 Junii 1885 in perpetuum concessit Confraternitatibus B. M. V. et Bonæ Mortis, Confraternitatibus Primariis Romæ aggregatis.[5]—Unde, nisi Rector facultate subdelegandi sit præditus, adscriptio membrorum et benedictio Scapularium, Rosariorum etc. Confraternitatis ab alio facta invalida est. Cæteræ ceremoniæ et solemnitates ab alio peragi possunt.[6] Electio Officialium Confraternitatis, ut Secretarii etc. a Rectore fieri potest jure proprio,[7] nisi agatur de iis, a quibus *etiam* pendet gubernatio Confraternitatis. Tum accedat oportet approbatio Episcopi.[8] Sæpe vero ex statutis electio ministrorum et officialium relinquitur confratribus, ita tamen, ut Episcopus semper electos, quatenus non sint idonei et graves exceptiones patiantur, removere possit.[9]

[1] Decr. de 25 Junii 1887 ap. Ber. p. 907 (494).
[2] S. C. Ind. 3 Dec. 1892 ad iii. ap. *Acta S. Sedis*, xxv. 428.
[3] *Decr.* n. 270 ad 1, 312 ad 4, 343 ad 1.
[4] Ib. n. 306. Cfr. *Act. S. Sed.* xxvi. 508 ad iii.
[5] Ber. p. 553 (496).
[6] S. C. Ind. 3 Dec. 1892 ad iv. ap. *Acta S. Sedis*, xxv. 429.
[7] *Decr.* n. 308 ad 2, 312 ad 2.
[8] *Acta S. Sedis*, xxii. p. 596.
[9] S. C. C. *in Asculana* 24 Mart. 1725 ap. *Mon. eccl.* vol. ix. part. i. pag. 194.

188.—V. Indulgentiæ.

a. Confraternitatibus ab Episcopo jure proprio erectis, si excipias quasdam pias Associationes Confraternitatibus similes,[1] nullæ sunt annexæ, sed obtinendæ sunt, 1. aut *directe* a S. Sede, eo quod (exponendo in supplica ad S. Pontificem finem specialem Confraternitatis, adjectis testimonialibus Episcopi de ejus canonica erectione) vel speciales quædam vel concedi solitæ (supra n. 185, nota iii. ad fin.) petantur.[2] 2. aut *indirecte* per aggregationem ad Archiconfraternitatem hoc jure a S. Sede præditam[3] (cfr. infra n. 189). Indulgentiæ a S. Sede directe acquisitæ cessant, si postea fit aggregatio.[4]

b. Actu erectionis canonicæ habent indulgentias a S. Pontifice concessas: 1. Confraternitates SS. Sacramenti,[5] 2. Confraternitates Doctrinæ Christianæ, dummodo una in Diœcesi sit aggregata Archiconfraternitati ad S. Mariæ del Pianto Romæ;[6] 3. Consociatio a S. Familia et 4. Confraternitates a Generalibus Ordinum vi specialium privilegiorum S. Sedis cum consensu Episcopi aut ab Episcopo vi indulti Ap. erectæ. Quoad Confr. SS. Rosarii cfr. supra n. 185, nota ad fin.—Notandum tamen, Confraternitati *vi indulti* Apostolici erectæ communicari quidem omnes indulgentias et gratias eidem tempore erectionis concessas, non autem eas, quæ correspondenti Archiconfraternitati in futurum conceduntur, nec acquiritur, si excipias Confr. de SS. Sacr. et de Doctr. Christ., per talem

[1] *Acta S. Sedis*, i. p. 321, 689 seq.
[2] *Formula:* Beatissime Pater!—In Ecclesia Sanct. . . . loci . . . diœcesis . . . canonice instituta est pia Sodalitas sub titulo Sanct. . . . eo fine ut . . . Quo magis Sodalium fervor et devotio augeatur, ipsa Sodalitas humillime petit, ut Sanctitas Vestra eam indulgentiis ditare dignetur, scil. . . . Sodalitas prædicta nulli Archiconfraternitati est aggregata neque ab Ordine religioso instituta, sed a Rmo Episcopo N. N. canonice erecta, ejusque testimonium hisce adjungimus. Et Deus etc. (*ad Sacram Congregationem Indulgentiarum.—Romæ Cancellaria Apostolica.*)—Confer n. 195 App. i.
[3] *Decr.* n. 31, 68, 83.
[4] Ib. n. 48, 64. Cfr. etiam Ber. ed. 10 p. 498.
[5] Ib. n. 13, 192, 308 ad 1 et 4.
[6] Paul V. 6 Oct. 1607, *Decr.* n. 35.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
BIBLIOTECA GENERAL DE HUMANIDADES

erectionem communicatio bonorum operum hujus Archiconfraternitatis vel Ordinis.[1]

c. Summaria indulgentiarum, numquam a S. Congr. Indulg. approbata, typis evulgare prohibitum est ex regulis Indicis (§ iii. n. 12), nisi accedat licentia hujus S. Congr.; pro aliis, ut pro desumptis ex Brevi Apostolico, sufficit licentia Episcopi, nisi quid in contrarium statutum sit.[2]

d. Indulta quoad *indulgentias* vide n. 193 ad **c.**

189.—VI. Erectio Confraternitatum per Generales Ordinum et earum aggregatio ad Archiconfraternitates.[3]

a. Utraque fieri debet servata Const. Clementis VIII. de 7 Dec. 1604 *Quæcumque*, (quæ habetur ap. *Decr. auth.* pag. 433 et Lucidi vol. iii. p. 543) saltem in substantialibus. Ita Pius IX. 8 Jan. 1861, qui tamen erectiones et aggregationes ex hoc defectu invalide factas eodem die sanavit.[4] Ad dictam Const. non tenentur Congregationes B. M. V. Primariæ aggregandæ.[5]—**b.** Pro utroque fine adhibenda est *formula præscripta*, saltem in substantialibus[6]—quæ *in singulis casibus* subscribenda est ab eo, qui ad hoc facultatem S. Sedis habet,[7]—et aut inserta aut in folio adnexo addita continere debet præcipua capita dictæ Const. cum variationibus subsequentium Ss. Pontificum.[8]—Unde S. C. Indulg. 3 Dec. 1892 ad ii.[9] erectiones et aggregationes illas qua validas noluit retinere, quæ ob magnam distantiam Moderatoris Archiconfraternitatis aut Superioris Ordinis ita peraguntur, ut formulæ ab his subscriptæ sigilloque munitæ ac in cancellaria Episcopali vel in aliqua domo Ordinis in antecessum depositæ suo tempore a depositario nomen Rectoris diesque data apponatur.—Ab usu prædictæ formulæ dispensatæ sunt Confr. SS. Cordis Jesu et Bonæ

[1] Ib. n. 135, 308 ad 4; Ber. p. 587 (527).
[2] *Decr.* n. 383. [3] Ber. p. 560 (518) seq.
[4] *Decr.* n. 286 ad 3, 388, 417 et pag. 442. Lucidi vol. iii. 550.
[5] Ib. n. 413.
[6] Eam vide ap. Ber. p. 563 et 565 (504-506) et *Decr. auth.* pag. 465 seq. Lucidi iii. 552.
[7] Ber. p. 579 (518). [8] Ib. p. 562 (505) seq.; *Coll. Prop.* n. 2158.
[9] *Acta S. Sedis*, xxv. 428.

Mortis.[1]—**c.** Observanda sunt, quæ supra quoad locum, distantiam, statuta, eleemosynas præscripta habentur. Præterea requiritur quoad aggregationem, ut Confraternitas aggreganda nulli Ordini, Instituto vel Archiconfraternitati jam sit aggregata[2] et ejusdem nominis ac instituti sit, cujus est Archiconfraternitas aggregans. Excipe vero Archiconfraternitatem B. M. V. in coelum assumptæ ad animas purgatorii levandas in Eccl. S. Mariæ in Monterone Romæ erectam, cui confraternitates etiam diversi nominis et instituti aggregari possunt, modo suo priori titulo addant: *et pro levamine animarum Purgatorii*.[3]—**d.** Erectio et aggregatio fieri nequit, nisi *præcedat* consensus Ordinarii cum ejus litteris testimonialibus de Confraternitatis pietate, et (quoad aggregationem) etiam de ejus canonica erectione; neque sufficit, ut Ordinarius in diplomate erectionis vel aggregationis sibi transmisso subscribat: *Vidimus et consensimus* seu *Vidimus et executioni dari permisimus* aut similiter.[4]—Vicarius Gen. has litteras dare potest tantum vi mandati specialis Episcopi mentione ejusdem in litteris facta.[5]—Consensus Episcopi oretenus tantum datus absque speciali indulto non videtur sufficere, sed in scriptis requiritur. (*N. R. Th.* xxv. 150, b et 156.)—**e.** Confraternitati erectæ vel aggregatæ *expresse* et *in specie* (in Elencho) communicari debent *in perpetuum* omnes indulgentiæ et privilegia omnia Ordini vel Archiconfraternitati instituenti vel aggreganti ad communicandum Confraternitatibus concessa;[6] non vero possunt communicari concessa Ordini qua tali.[7] Unde Ecclesia, in qua Confraternitas cujusdam Ordinis

[1] Ber. p. 569 (509).
[2] Plura Decreta huc spectantia habentur ap. Lucidi iii. p. 550 seq.
[3] Ber. ed. 10, p. 760.
[4] S. C. Ind. 3 Dec. 1892 ad i. ap. *Acta S. Sedis*, xxv. 428. Ex decr. S. C. de Prop. F. (pro Sin.) 21 Mart. 1678 (*Coll. Prop.* n. 400) non licet Religiosis cujuscumque Ordinis et Instituti, etiam Societatis Jesu, sodalitia seu confraternitates sub quovis prætextu erigere absque permissione Vicariorum Apostolicorum.
[5] S. R. C. 7 Oct. 1617 (Gard. n. 548); *Decr.* n. 420 et n. 438 et Rescr. de 2 Aug. 1888 ap. *N. R. Th.* xx. p. 469.
[6] *Decr.* n. 171. [7] Ib. n. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

est erecta, non potest haberi pro Ecclesia hujus Ordinis.[1] Communicari debent etiam indulgentiæ et privilegia Archiconfraternitati *post* aggregationem concessa.[2] Excipiuntur a communicatione, nisi speciale indultum sit obtentum, privilegia localia altaris,[3] et quædam alia expresse excepta.—**f.** Gratiæ et indulgentiæ Confraternitati communicatæ, quæcumque sint, prævia *cognitione* Ordinarii dumtaxat promulgari possunt. Recognitio, de qua *C. Trid.* xxi. cap. 9 *de Ref.*, non amplius requiritur, cum ea jam facta sit ab Episcopo vel Ordinis erigentis vel Archiconfraternitatis aggregantis et insuper summaria nunc approbentur a S. Congr. Ind.[4]—**g.** Litteræ aggregationis et erectionis gratis dandæ sunt; tantum pro expensis et Secretarii labore (prius[5] non ultra unum scutum aureum) nunc non ultra sex scutata romana (30 frs.) recipere licet.[6]

Nota. I. Omnia et singula sub vi. exposita servanda sunt sub pœna nullitatis erectionis et aggregationis necnon indulgentiarum concessionis; insuper in casu transgressionis Superiores et Officiales inhabilitatem incurrunt quoad Officia in erectione aut aggregatione Confraternitatum, aliasque pœnas, quæ a Summo Pontifice dumtaxat remitti possunt.—Si dein defectus detegitur, pro sanatione ad S. C. Ind. recurrendum est. Tali modo Archiep. (nunc Card.) Quebecensis 9 Maji 1875 a S. Sede, ob dubitationes exortas, ad cautelam obtinuit sanationem erectionum Confraternitatum, altarium privilegiatorum etc. suæ Diœcesis. (Card. Taschereau: *Discipline de Québec* p. 44.)

II. Erectio confraternitatum Ordinibus Religiosis concreditarum fit aut a Generali Ordinis ipso adhibita formula præscripta (ut supra) aut a Sacerdote delegato (juxta dicta n. 185, A. nota i.).—Uti in Confr. SS. Rosarii erectione "prædicatio" fieri *debet* (cfr. n. 202), ita etiam in reliquis solemnitatem quamdam cum statutorum explanatione instituere, rationi omnino congruum est (modo, ut infra n. 190, b.).

III. Ex supra dictis necnon ex formulis infra post n. 195 in

[1] Ib. n. 190 et de 27 Apr. 1887 ap. Ber. p. 574 (514).
[2] *Decr.* n. 135.
[3] Ib. n. 135, 171 ad 3, 233 ad 1; *Rescr. auth.* n. 225.
[4] *Decr.* n. 388; Ber. p. 576 (516). Resp. S. C. Ind. 20 Maj. 1896 ad ii. ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 751.
[5] Decr. de 6 Martii 1608. [6] Ber. 563 (517) seq.

Appendice appositis perspicuum est, quid Parochis aliisque in erectione et aggregatione Confraternitatum, ut valide fiant, observandum sit.

190.—VII. Receptio fidelium in Confraternitates.

a. Receptio canonica in Confraternitatem (seu admissio, adscriptio, investitio)[1] est species contractus, in hoc consistens, ut volens admitti suam intentionem manifestet habenti facultatem recipiendi, hic vero legitimo modo externe sive verbis sive actu in ejus admissionem consentiat. Invalide ergo inscribuntur Confraternitatibus ii, qui id omnino ignorant aut jam defuncti sunt.[2]

b. Modus receptionis consistit *regulariter*: 1. in *inscriptione nominis* in registro Confraternitatis, quod apud Rectorem custodiendum est. Inscriptio nominis in omnibus Confraternitatibus proprie dictis *per se* necessaria est.[3] Materialis inscriptio fieri potest a quocumque, dummodo postea accedat receptio facultatem habentis;[4]—2. in *formulæ* cujusdam pronunciatione et quodam *ritu*, ut Scapularis impositione etc.—Formula præscripta quoad substantialia de valore servanda est in receptione in Confraternitates Scapularium;[5] in aliis Confraternitatibus ea habetur in statutis, aut ex generali modo recipiendi in Confraternitates hic addito ad libitum desumi potest. Receptio tamen in Confraternitatem Scapularis per se est actus diversus a benedictione et impositione Scapularis, etiamsi regulariter, si ad utrumque habeatur facultas, uterque actus eodem tempore fiat et quando impositio Scapularis, quod signum est Confraternitatis, perficitur ab habente facultatem, ea valeat pro receptione in Confraternitatem.

Formula pro receptione solemni in confraternitates.[6]

Adscribendi genuflectunt ante scamnum communicantium, candelam in manibus tenentes. Sacerdos facultatem habens,

[1] *Decr.* n. 298 ad 2 et passim in *Rescr. auth.* Cfr. Ber. ed. 10 p. 528.
[2] *Decr.* n. 158 et S. Off. 13 Dec. 1876 ap. Ber. p. 602 (539).
[3] Decr. de 16 Julii 1887 ad iv. ap. Ber. p. 908 (535).
[4] *Decr.* n. 331.
[5] *Decr.* n. 329 ad 3 et n. 421 ad 2, et Decr. de 27 Apr. 1887 ap. Ber. p. 593 (533). [6] Ber. p. 886 (iii. 28).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

superpelliceo et stola indutus ante altare flexis genibus incipit: *Veni Creator Spiritus* et *Deus qui corda fidelium*, dein versus adscribendos dicit: *Auctoritate mihi concessa ego te (vos) recipio et adscribo Confraternitati (SS. Sacramenti vel SS. Cordis etc.) teque participem (vosque partipes) facio omnium gratiarum, indulgentiarum, privilegiorum; bonorumque spiritualium ejusdem Confraternitatis. In nomine P. et F. † et Sp. S. Amen.* —Postea recitatur aut cantatur hymnus *Te Deum*, et nomina receptorum inscribuntur in albo Confraternitatis. Receptione peracta ordinarie benedicuntur Rosaria etc.

c. Ulterius notanda sunt sequentia:

1. Receptio fieri debet *gratis*. Quoad contributiones autem confer quæ dicta sunt supra n. 186.

2. Receptio *semel valide facta valet pro semper*,[1] nisi quis expresse, ex Confraternitate egressus, ei renunciaverit. Usus membra singulis annis conscribendi et denno recipiendi nuper Romæ rejectus est.[2]

3. *Traditio diplomatis* aut testimonii adscriptionis, quamvis universaliter fere in usu, non requiritur, nec supplere potest inscriptionem in libro Confraternitatis.[3]

d. *Quis potest recipere?* Resp. 1. Ordinarie Rector Confraternitatis tantum aut ejus substitutus aut alius ab Episcopo ad hoc delegatus; in consociatione a S. Familia autem solus parochus proprius aut per se aut per sacerdotem ad hoc a se electum, ita ut nec adscriptio directoris Diœcesani independenter a parocho facta valeat.[4]—2. Extraordinarie: qui a S. Sede aut a Superiore Ordinis vel Archiconfraternitatis ad hoc facultatem accepit.[5]

NOTA. Facultatem, "adscribendi Confraternitatibus et Sodalitiis Romæ existentibus, cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum et Privilegiorum, quæ Summi Pontifices memoratis Confraternitatibus et Sodalitiis impertiti sunt: necnon benedicendi et imponendi quinque Scapularia ac utendi quoad quatuor ex illis unica formula, servato novissimo Decreto Sacræ Congregationis Indulgentiarum"—habet etiam noster Excellmus D. *Delegatus*

[1] *Decr.* n. 379. [2] Ber. p. 598 (536) ad 5. [3] Ber. p. 597 (536).
[4] Ex Ædibus Vicariatus Urbis 12 Dec. 1893 ap. *Act. S. Sed.* xxvii. 61, 63. [5] Ber. p. 589, 590 (529).

Apostolicus perdurante ejus commoratione in Statibus Fœd. Americæ septemtrionalis, sed, ut videtur, pro sua persona tantum.

191.—c. *Quis potest recipi?* Resp. 1. Quicumque fidelis, cupiens finem Confraternitatis consequi, postulat ut recipiatur. Ideo defuncti recipi nequeunt, nec pueros ante usum rationis recipere universim expedit,[1] licet quoad Scapulare et receptionem in Unionem S. Infantiæ S. Congr. id permiserit.[2] Attamen habens facultatem adscribendi ad aliquam confraternitatem adscribere potest etiam seipsum, si facultatem habeat *indiscriminatim*, et non tantum *taxative*. (S. C. Ind. 16 Julii 1887 ap. *Act. S. Sed.* xx. 63.)

2. De jure[3] non possunt adscribi *absentes*, et requiritur *personalis* adscribendorum *præsentia*. Hoc tamen per declarationem de 26 Nov. 1880[4] ita explicatum est: *α.* In Confraternitates pro certa tantum Diœcesi aut regione erectas fideles, qui extra earum limites commorantur, nequeunt recipi. In consociationem a S. Familia, cum sit parochialis, solum qui in parochia saltem quasi-domicilium habent, recipi possunt.[5] *β.* In Confraternitates universales recipi possunt omnes, qui quocumque in loco coram facultatem adscribendi legitimam, etiam delegatam tantum, habente personaliter præsentes sunt; non autem sufficit, generatim loquendo, præsentia moralis per litteras aut interpositas personas. *γ.* In illis Confraternitatibus, quæ collegialiter constitutæ sunt et in adscriptione certam formam aut ritum observare tenentur, ut impositionem habitus, Scapularis etc., earum Moderatores horumque delegati in casibus singularibus dispensare possunt a statuta forma inter præsentes et ita per exceptionem absentes adscribere. Quæ vero

[1] S. Inquis. 13 Dec. 1876 ap. Ber. p. 602 (540). Juxta hoc decretum S. C. Ind. 14 Aug. 1889 declaravit, fideles non posse post eorum mortem adscribi alicui sodalitati ad effectum, ut suffragiis potiantur, quibus post obitum gaudent ii, qui adhuc viventes ei nomen dederunt. Excipe Confraternitatem SS. Rosarii, in quam ad dictum effectum ex Privilegio Alex. VI. etiam defuncti recipi possunt. *Mon. eccl.* vol. ix. part. i. pag. 164.
[2] *Decr.* n. 410. [3] Ib. n. 226 et 437.
[4] Ib. n. 453; Ber. p. 599 (537).
[5] Ex Ædibus Vicariatus Urbis 12 Dec. 1893 ap. *Act. S. Sed.* xxvii. 63.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ad talem formam non tenentur, adscribere possunt absentes per intermedios promotores, qui juxta approbatas earum leges subdelegatam facultatem adscribendi habere debent.—Quodsi nec hoc fieri possit, indultum apostolicum impetrandum est, vi cujus absentes per litteras aut interpositas personas, quæ eos repræsentent, adscribi valeant.—Si demum finis alicujus Sodalitatis præcipue per magnum adscribendorum numerum obtinendus est, etiam absentes adscribi possunt. *δ*. Porro exceptiones speciales vel ob probata quarundam Sodalitatum statuta, quæ absentium etiam inscriptionem includere aut supponere aut flagitare videntur, vel ob privilegia et dispensationes concessas, ratæ habentur. *ε*. Denique absentium usque ad 26 Nov. 1880 irritæ inscriptiones sanatæ sunt.

3. Si quis habet facultatem extraordinariam recipiendi fideles in aliquam Confraternitatem, ea *regulariter* uti non potest *α. nisi in locis*, ubi illa Confraternitas non est erecta nec Conventus Ordinis (exceptis Conventibus Monialium) existit, ad quem Confraternitas pertinet, et *β*. nisi *sub conditione* ut nomina receptorum in privato regesto, quod penes se habere debet, inscribat et quamprimum commode potest, transmittat ad Confraternitatem pro eorum inscriptione in albo Confraternitatis[1] "aut ad proximiorem domum Religiosam respectivam, si de Confraternitatibus agitur, quæ Regularis cujusdam Ordinis auctoritate fuerint erectæ."[2]—Ad quod notandum: "Si quando ob ingentem fidelium aggregandorum numerum aliave ratione contingat eorum in albo recensionem difficultatem Sacerdoti cooptanti facessere, tunc designare is poterit unam vel plures . . . personas, quæ fidelium nomina scripto referant in catalogum, quem ipse postea subsignabit, et ad proximiorem Confraternitatem seu domum Religiosam . . . transmittat."[3]—Illi, qui a Sacerdote, facultatem legitimam habente, in privato registro inscribuntur, juxta Decr. S. C. Ind. de 12 Dec. 1892, ipso die hujus inscriptionis lucrari possunt indulgentiam plenariam pro die inscriptionis in albo Confraternitatis concessam, et prout videtur sequi ex Decr.

[1] *Decr.* n. 428 ad 1.
[2] S. Congr. de Prop. Fide 30 Jun. 1889 ap. *Past. Bl.* 1889 p. 132.
[3] S. C. de Prop. Fide l. c.

de 13 Nov. 1893, etiam quoad reliquas indulgentias et gratias proximi temporis perfecta membra Confraternitatis sunt, independenter a Sacerdote inscribente, cui firma manet obligatio, nomina transmittendi, ut supra.[1]

192.—Dicitur n. 190 **b.** et 191, 3 *regulariter* i. e. **a.** *præcisa dispensatione.* Talem e. gr. obtinuerunt *PP. Redemptoristæ* quoad quatuor Confraternitates, quibus Scapularia sunt concessa, et in quas secundum morem S. Fundatoris[2] obtentis ad hoc a respectivis Generalibus Ordinum facultatibus fideles recipere solent. Possunt scil.[3] I. his Scapularibus investire etiam in locis, ubi Conventus respectivorum Ordinum existunt, II. sub unica impositione omnium quatuor simul junctorum et unica formula eis indulta, quæ cum substantialia ex Rituali resp. Ordinum contineat, valide quidem, at (absque indulto S. Sedis) *illicite* etiam ab aliis adhiberi potest;[4]—III. concedere, ut si multitudo investiendorum adsit, singuli Scapularia antea benedicta sibi ipsi imponant;[5]—IV. ita ab eis investiti valide in respectivas Confraternitates sunt recepti et omnibus earum indulgentiis et gratiis fruuntur etiam absque inscriptione nominum,[6] et V. benedictio primi Scapularis valet pro omnibus subsequenter assumendis (etiam relate ad illud SS. Trinitatis).[7]—Quoad Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo supplicanti P. Generali Carmelitarum 30 Apr. 1838 concessum fuit,[8] ut receptio etiam sine inscriptione nominum valide fieri possit. Hoc indultum 27 Apr. 1887 revocatum est,[9] ita ut facultatem habens nomina in registro suo conscripta saltem semel per annum debeat ad proximam Confraternitatem aut proximum Conventum Carmelitarum transmittere. Sufficit ea transmittere ad proximum Conventum Monialium de Monte Carmelo.[10]—At vero PP. Redemptoristæ hac revocatione minime tanguntur, cum indultum eis concessum jam sit ex Decr. S. R. C. de 8 Jan.

[1] *Past. Bl.* 1893, p. 48 et 1894 p. 19; Ber. ed. 10, p. 804.
[2] St. Alphonsus: *Glories of Mary* (Grimm), Benziger, 1887, vol. ii. page 155.
[3] Documenta cfr. ap. Ulrich: *Trésor spirituel*, Paris, 1863, p. 137–144.
[4] *Rescr. auth.* p. 680 ad 3.
[5] Ulrich l. c. p. 141.
[6] Ulrich l. c. et *Decr.* n. 350.
[7] Ulrich p. 143.
[8] *Decr.* p. 470.
[9] Ber. p. 718 (532).
[10] *Decr.* n. 309.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1803.[1]—Demum cum Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo præ cæteris sit honore dignum, ex Decr. S. C. Ind. de 27 Apr. 1887, non amplius commixtim cum reliquis quatuor vel pluribus, sed separatim est benedicendum et imponendum, et *indultum in perpetuum* postmodum non amplius conceditur, atque illi, quibus est concessum, eo tantummodo *ad decennium* (i. e. usque ad 27 Apr. 1897) perfrui possunt.[2]—Hunc in finem etiam a S. R. C. 24 Julii 1888 brevior et specialis formula benedicendi et imponendi Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo concessa est.—**b.** *præcisa declaratione S. Sedis* in contrarium. Ita in Consociatione a S. Familia non requiritur nomina, sed sufficit *numerum* membrorum cujusque familiæ adscribere. Adscriptionem procurare potest non tantum pater, sed quævis ex præcipius personis familiæ, ut avus. Si reliqua membra recusant adscribi, unus seorsim adscribi potest.[3] Notandum vero est, sub numero, licet totali, non comprehendi prolem post membrorum consecrationem natam, nec membra defuncta. Ita ex Æd. Vic. 26 Jul. 1896 ap. *Anal. eccl.* iv. 321.

193.—VIII. Gratiæ et obligationes in Confraternitatibus.

Gratiæ sunt: **a.** major communicatio in bonis operibus, præsertim pro iis, quæ aggregatæ sunt *Religiosis Ordinibus*, (**cfr. n. 188. b.**)—**b.** plurimæ indulgentiæ;—**c.** adscripti cuicumque Confraternitati, si infirmi aut incarcerati sunt, ex indultis de 25 Febr. 1877[4] et 20 Aug. 1887[5] omnes indulgentias, quas alii adscripti in illo loco per visitationem Ecclesiæ lucrantur, possunt lucrari, si reliqua opera fideliter exequuntur; si vero ex judicio confessarii prudentis aliter legitime impediti sunt, loco visitationis opus pium a confessario impositum perficere debent.[6]

Ad participationem harum gratiarum præter legitimam receptionem requiritur observatio statutorum, *quatenus* conditiones pro indulgentiis lucrandis continent. Cæterum statuta

[1] *Decr.* n. 350 et Ulrich p. 137. [2] Ber. p. 719 (370).

[3] Ex Ædibus Vicariatus Urbis 12 Dec. 1893 ap. *Act. S. Sed.* xxvii. 62, 63.

[4] *Decr.* n. 431.

[5] Ber. p. 906-909 (544); *Acta S. Sedis*, xx. 207.

[6] Indult. de 16 Jun. 1887 ap. *Act. S. Sed.* xx. 108, ii. ad 4.

non obligant sub peccato, nec transgressio eorum efficit, ut quis desinat esse membrum Confraternitatis aut inhabilis fiat ad indulgentias Confraternitatis lucrandas.[1]

194.—IX. Gubernatio Confraternitatum.

a. Supremus Moderator est Episcopus Diœcesis, ut patet ex dictis de erectione, statutorum approbatione ac mutatione, Rectoris institutione. Unde Episcopus eas visitare potest, uti definivit *Conc. Trid.* xxii. cap. 8 et 9.—Hoc valet etiam, at in iis tantum, quæ bonorum administrationem respiciunt, si Confraternitas quædam in Ecclesia Regularium exemptorum instituta est. Et si tali Confraternitati incumbit onus manutenendi altare et illius cultum, Episcopus potest visitare circa ea, quæ respiciunt ipsam manutentionem, cultum et ornamenta altaris seu cappellæ, onera Missarum atque divinorum Officiorum ibidem celebrandorum et circa ea omnia, quæ ad obligationem eorundem Confratrum relationem habent.[2]—In bonis suis ad finem pium applicandis dependent Confraternitates ab Episcopo; et cum eorum bona sint ecclesiastica, *alienari* possunt tantum cum licentia S. Sedis (S. C. C. 6 Martii 1797), i. e. servatis solemnitatibus, quæ pro alienatione bonorum ecclesiasticorum apud nos in Conc. Pl. Balt. III. præscriptæ sunt.[3]—Nulla Confraternitas potest transferri ab una Ecclesia in aliam absque consensu Episcopi.

b. Rector Confraternitatis jus habet adscribendi fideles, eam juxta statuta dirigendi, adhibito ad hoc pro suo arbitrio, quodam magistratu; non vero potest statuta immutare, imo nec potest, si indulgentia die ad libitum eligendo est lucranda, decernere, ut omnes die a se statuto eam lucrentur.[4]

c. Sodales defectuosi non statim a catalogo delendi sed præmittendæ sunt monitiones. Iis in vanum adhibitis ejici possunt ab Episcopo vel præhabita ad hoc facultate a Rectore. *Mon. eccl.* vol. ix. part. i. p. 194.

[1] *Decr.* n. 298 ad 2, 379.

[2] S. C. C. 23 Junii 1719 ap. Ferraris v. *Confraternitas*, art. iii.—Cfr. Bened. XIV. *Inst.* 105, § 87; Ber. p. 614 (551). Vide Card. Melchers: *De canonica Diœcesium visitatione*. Coloniæ Rhen. 1893, pag. 13. n. 8, et pag. 76.

[3] Cfr. ib. in indice v. *Alienatio*. [4] Ber. p. 606 (545).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

d. Præcedentia Confraternitatum ex Const. Gregorii XIII. *Exposcit* regulatur secundun illud: "Prior tempore, potior est jure;" in processionibus vero theophoricis omnibus præcedit Confr. de SS. Sacramento.[1] Præcedentiam præ omnibus Confraternitatibus habent Tertiarii cujuscumque Ordinis, dummodo collegialiter et cum proprio habitu incedant.[2]

e. Relatio Confraternitatum ad Parochum, *si hic non est Rector earum*, salvis conventionibus et pactis, constitutionibus Synodalibus, consuetudinibus immemorabilibus etc. determinatur per Decr. S. R. C. U. et O. de 10 Dec. 1703,[3] vi cujus 1. Confraternitas *erecta in Ecclesia parochiali* a Parocho dependet in omnibus functionibus ecclesiasticis, etiam non parochialibus, non autem in aliis, ita ut independenter ab eo possit conventiones habere, bona sua administrare, de eis juxta statuta disponere etc.;—2. Confraternitas vero erecta in alia Ecclesia aut in oratorio quodam a Parocho dependet nonnisi quoad ea, quæ sunt jurium parochialium aut alia de causa ad Parochum spectant.

195.—X. Dissolutio Confraternitatum.[4]

Confraternitas **a.** non dissolvitur: 1. si Ecclesia, cui inhæret, diruta iterum in eodem aut alio loco, sub eodem aut sub alio titulo rædificatur, 2. si Ecclesia Ordinis huic subtrahitur et Clero Sæculari traditur, aut profanata cultui iterum restituitur;[5] nec perit Confraternitas 3. si injuste e. gr. a potestate civili supprimitur,[6] aut ob defectum membrorum ad tempus vita caret,[7] dummodo hoc non duraverit per centum annos aut ultra,[8] et unum saltem membrum adhuc in vivis sit. Nam "jus collegii sustinetur in uno."

b. Confraternitas cessat, si vel adscripti scientes et volentes vel auctoritas ecclesiastica eam solvunt. Episcopus supprimere potest Sodalitium, si a fine suo defecerit.[9]

[1] S. Congr. Conc. ap. Ber. p. 613 (549).
[2] S. C. Ep. et Reg. ib. et S. C. Indulg. 4 Julii 1888 ap. *Acta S. Sed.* xxiii. p. 125.—*S. R. C.* 27 Mart. 1893 ap. *Mon. eccl.* vol. viii. part. i. 115.
[3] Bened. XIV. *Inst.* 105. Gard. n. 3670. Ber. ed. 10, p. 546.
[4] Ber. p. 616 (552) seq. [5] *Decr.* n. 396. [6] Ib. n. 285.
[7] Ib. n. 269. [8] *Acta S. Sedis*, xix. p. 319.
[9] Ib. xxii. p. 596. Monacelli P. i. Tit. v. n. 53.

Appendix formularum. (Beringer ed. 10, p. 497, 518 seq.)

I. *Pro erectione Confraternitatis per Episcopum.*

a. Rme et Illme Dne!—N. N. motus desiderio promovendi devotionem erga . . . humiliter petit a Te, Rme etc.: 1. ut Confraternitatem . . . sub titulo . . . in Ecclesia S. . . loci N. . . *erigas*, 2. statuta ejusdem hisce litteris inclusa approbes, 3. R. D. . . (Parochum . . .) Confraternitatis Præsidem constituas cum facultatibus necessariis et opportunis, præsertim substituendi sibi alium Sacerdotem, si opus fuerit, ad recipiendos fideles et alia præsidis munia exercenda.—(Confraternitas hujus nominis et instituti hic et in distantia trium milliariorum non existit.)[1] Aliæ Confraternitates in hac ecclesia jam erectæ sunt hæ . . . Datum . . . N. N.

b. His litteris Episcopus subjungere potest *Decretum erectionis:*[2] Visis precibus Nobis oblatis auctoritate Nostra (vi facultatis . . .) erigimus Confraternitatem, de qua in precibus, ejusque statuta a Nobis revisa approbamus, eandem Nobis et successoribus Nostris subjicientes . . . Rectorem ejusdem Confraternitatis nominamus . . . tribuendo ei facultates necessarias et opportunas . . . et præsertim, ut possit, si opus sit, alium sibi Sacerdotem substituere ad fideles etc. Datum . . . N. N.

II. *Pro erectione Confr. per Generalem Ordinis.*

a. *Supplica pro consensu et testimonialibus Episcopi.*

In illa sub I. **a.** (supra) *loco:* "erigas" *ponitur:* "a Rmo P. Generali N. . . erigi concedas;" et *post:* "exercenda" *additur:* "4. ut litteris testimonialibus Rmo P. Generali prædicto ejus Confraternitatis pietatem et Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit. pro erectione commendes."—

b. *Litteræ testimoniales Episcopi in folio proprio.*[3]

Visis precibus Nobis oblatis concedimus erigi Confraternitatem etc. ut supra sub I. **b.**—*In fine additur:* "Denique ipsius Confraternitatis instituendæ pietatem et Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, Rmo P. Generali . . . pro benigna erectione enixe commendamus."—

Hæ litteræ testimoniales mittuntur (a Parocho) unacum sequenti:

c. *Supplica ad P. Generalem.*

Rme P. Generalis. Quum infrascriptus Orator N. N., Rector Ecclesiæ . . . Sancti N. loci N. in Diœcesi N. Confraternitatem . . . in prædicta Ecclesia constituere desideret, Rmo et Illmo Dno

[1] Cfr. n. 185 **d.** [2] Cfr. n. 185 **b.**
[3] Sequentem formulam sufficere, perspicitur ex Resp. S. C. Ind. 20 Maj. 1896 ad i. ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 751.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

N. N. Episcopo N. statuta ejusdem Confraternitatis jam proposuit atque ab eodem approbationem ac commendationem pro erectione obtinuit, prout litteræ adnexæ testantur: quare prædictus Orator Paternitatem Tuam humiliter rogat, ut dictam Confraternitatem in hac Ecclesia S. N. (ad altare S. N.) erigere et Præsidi a Rmo Episcopo designato ejusque successoribus facultates necessarias et opportunas (benedicendi Coronas, benedicendi et imponendi Scapularia . . .) communicare velis, concessa etiam venia, ut Confraternitatis pro tempore Rector ex rationabili causa alium sibi Sacerdotem substituere possit ad fideles recipiendos, Scapularia benedicenda . . . et alia præsidum munia exercenda. Datum etc.

(Decretum acceptum Episcopo pro cognitione proponendum est.)

III. *Pro aggregatione Confraternitatis ad Archiconfraternitatem.*

Confraternitate ab Episcopo (ut supra I. ad **b.**) erecta, **a.** eidem submittitur *subscribendum* simile fere *testimonium:*

Tenore præsentium fidem facimus, per Decretum diei . . . a Nobis editum in Ecclesia N. loci N. Diœcesis Nostræ canonice erectam esse Confraternitatem . . . Cum autem Nobis expositum sit, pro majore dictæ Confraternitatis incremento desiderandum fore, ut Archiconfraternitati ejusdem nominis (Romæ . . . existenti) aggregetur; cum præterea laudatæ Confraternitatis institutum, pietatem et Christianæ charitatis Officia maxime commendanda censeamus, precibus Nobis porrectis libenter annuentes, per præsentes litteras licentiam concedimus, quinimo valde exoptamus, ut eadem Confraternitas prædictæ Archiconfraternitati uniatur et aggregetur.—Testamur demum (in dicto vel alio ad tria milliaria propinquo loco aliam Confraternitatem huic Archiconfraternitati jam aggregatam non existere et[1]) dictam Confraternitatem alteri Archiconfraternitati non esse aggregatam.

Hoc testimonium transmittitur ad Archiconfraternitatem una cum sequenti:

b. *Supplica.* Rev. Dne . . . Rector Confraternitatis . . . in Ecclesia ad S. in loco . . . Diœcesis . . . legitime erectæ enixe rogat ut Rev. Vestra (vel venerabilis istius Archiconfraternitatis Præses) hanc nostram Confraternitatem Archiconfraternitati ejusdem nominis ibi existenti aggregare velit cum communicatione omnium indulgentiarum et gratiarum eidem concessarum, facta etiam facultate, ut Rectores pro tempore Sacerdotes, quos iidem cum Ordinarii licentia sibi substituerint, possint benedicere Coronas . . . et alia

[1] Cfr. n. 185 d.

præsidum munia exercere. Aggregationi nihil obstare, ex litteris Rmi Episcopi hisce appositis evidens est.

(Diploma aggregationis cognitioni Episcopi subjiciendum est.)

IV. *Pro obtinenda facultate fideles inscribendi in Confraternitates:* e. gr.

a. Revdme Pater: N. N. Sacerdos Diœcesis N. humiliter petit facultatem aggregandi (ad Confraternitatem SS. Rosarii et benedicendi Rosaria B. M. V.) Pro qua gratia etc.

Datum . . . N. N. (*addendo ut p.* 127.)

Directio: Ad Reverendiss. Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum, via S. Sebastiano 10 presso Piazza di Spagna.—Rome, Italy.

b. (Ut sub **a.**) . . . (ad Archiconfraternitatem B. M. V. in Cœlum Assumptæ ad juvandas Animas in Purgatorio detentas) . . .

Directio: Ad Rmum P. Procuratorem Generalem C. SS. R., Sta Maria in Monterone, Via Teatro Valle, 58 A, Rome, Italy.

Nota. Cum facultate aggregandi in *hanc* Confrat. conjuncta est —præter alias—facultas: 1. benedicendi Scapulare SSmæ Trinitatis et fideles adscribendi Confraternitati Ordinis SS. Trinitatis et 2. benedicendi et imponendi Scapulare Passionis Dni et SS. Cordium.[1]

BB. *De Confraternitatibus, quæ vi fac. 9 Form. C. erigi possunt.*

I. De Confraternitate B. M. V. de Monte Carmelo.

Confraternitas hæc, si vi hujus Art. erigitur, non est conjuncta cum Scapulari B. M. V. de Monte Carmelo (cfr. infra n. 204 ad iii.). Attamen cum fideles harum regionum frequenter ex aliis facultatibus non tantum praedictum, sed etiam alia Scapularia per investitionem in ea suscipiant, opportunum visum est, de eisdem scitu necessaria heic conscribere, eo magis, quod etiam Confraternitas Ordinis Carmelitarum, cui Scapulare annexum est, in pluribus locis erecta est et non pauci Sacerdotes, præsertim PP. Redemptoristæ (cfr. n. 192 et 198 Nota) non tantum in Confraternitatem Ordinis Carmelitarum, sed etiam in alias variorum Ordinum confraternitates fideles per benedictionem et impositionem scapularium respectivorum recipere possunt. Sit ergo

[1] *Rescr. auth.* p. 548.

Punct. 1. *De Scapularibus.*

196.—Notio et Divisio.

"Scapularia, quæ fideles gestare solent, sunt Scapularia variis Ordinibus Religiosis propria, ad parvam formam redacta."[1]—Ex magis usitatis alia sunt signa cooptationis in Confraternitatem Ordini respectivo annexam, sc. I. *Scapulare SS. Trinitatis* Ordinis Trinitariorum (signum zeli pro fide propaganda et conservanda), II. *Scap. B. M. V. de Monte Carmelo* Ordinis Carmelitarum (signum specialis devotionis erga B. M. V. cum spe certa ejus ope consequendi liberationem ab igne æterno et a diuturno purgatorio), III. *Scap. Septem Dolorum B. M. V.* Ordinis Servitarum (signum devotionis erga Matrem Dolorosam); alia sunt mere devotionalia, at certis Congregationibus Religiosis concredita, scil. *Scapulare Immac. Conceptionis B. M. V.* Ordinis Theatinorum (signum propositi ineluctabilis, in honorem Immaculatæ Conceptionis B. M. V. vitandi vitia carnis eaque impugnandi) et *Scap. Passionis* Congregationis Missionis seu Lazaristarum (signum assiduæ meditationis Passionis Christi Domini).[2]—Haec Scapularia gestantes ideo specialiter communicant in precibus et bonis operibus Ordinum respectivorum aliisque gratiis; insuper indulgentiis innumeris gaudent. Scapulare vero B. M. V de Monte Carmelo *peculiaribus privilegiis* prædítum est.

Conditiones.

Ut quis gratiarum et privilegiorum *cujusvis* Scapularis particeps fiat, præcisa dispensatione (n. 198 nota), requiritur I. *Scapulare modo præscripto confectum*, II. *Ejus legitima benedictio et impositio*, III. *Ejus continua per modum Scapularis gestatio.*—Requiritur ergo:

197.—I. *Debita confectio.*—Quodvis Scapulare **a.** quoad *materiam* et *formam* constare debet ex duabus partibus quadrangularibus—oblongis vel saltem quadratis—*panni lanei*, funiculis

[1] *Decr.* n. 423. Cfr. *Coll. Prop.* n. 1099 seq.

[2] Decr. de 27 Apr. 1887 ad v. (Ber. p. 722 [363]; *Acta S. Sedis*, xix. p. 557.) Præfata conjunctim sumpta constituunt *quintuplex*, uti vulgo dicitur, Scapulare. Cfr. *Linz. Qu. Schr.* 1896 p. 376. Sunt præterea alia, ut Scapulare tertii Ordinis etc.

ita junctis, ut una super pectus, altera super "scapulas" per tergum descendat.—Non valet: 1. si una pars tantum adest; 2. si partes sunt ovales, triangulares;[1] 3. si sunt ex gossypio, serico, lino; 4. si sunt quidem ex lana, sed non textæ in pannum, verum reticulatæ (*knitted*), subcoactæ (*felt*), aut acu pictæ. Ornamenta tamen reticulata aut acu picta, etiam non lanea addi possunt, modo non sint nimia et color præscriptus prævaleat.[2]—**b.** Quoad *colorem*, quo singula distinguuntur, 1. Scap. SS. Trinitat. debet esse *album* et panniculo albo super pectus descendenti crux superposita, cujus stipes ex rubra, trabes (sub ea) ex cærulea lana sit oportet;[3] 2. Scap. VII. Dolor. *nigrum*; 3. Scap. de Monte Carmelo *fuscum* (*brown*) (aut etiam nigrum, nisi conjunctim cum priore gestetur); 4. Scap. Immac. Conceptionis *cæruleum* (*azure*); 5. Scap. Passionis *rubrum*—cum imaginibus peculiaribus utrique panniculo assuendis, una crucifixum, altera SS. Corda Jesu et Mariæ repræsentantibus.—**c.** Quoad *funiculos* materia, forma, et color non sunt præscripta, excepto Scapulari Passionis, pro quo etiam rubri funiculi requiruntur. Si ergo hoc interveniente duo funiculi pluribus Scapularibus (e. gr. quinque supra enumeratis) inserviunt, prout id licet[4] et in more est, funiculi debent esse rubri coloris, singula vero Scapularia distincta, ideo consultius in superiori tantum margine consuenda[5] et ea sub **b.** 1 et 5 exteriora.

198.—II. *Legitima benedictio et impositio.* Quodvis Scapulare in *prima* receptione ab habente facultatem cum formula præscripta est benedicendum et ab eodem singulis induendis debite imponendum.[6]—Dico:

a. In *prima* receptione. Primo enim detrito aut perdito aut deposito novum Scapulare quamvis longo post tempore assumptum, dummodo quis non expresse et ex contemptu ei renunci-

[1] *Decr.* n. 423 ad 5.

[2] Ib. ad 1–4 et 6 et Resp. S. C. Ind. 6 Maji 1895 ap. *A. E. Rev.* xiii. 68.

[3] Cfr. *A. E. Rev.* vol. x. pag. 372. [4] *Decr.* n. 408.

[5] S. C. Indulg. 26 Martii 1887; Ber. p. 402; *Coll. Prop.* n. 1111 ad 4.

[6] Ber. p. 392 (359) et seq.; Ulrich p. 109.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

averit,[1] non indiget nova benedictione et impositione, a quo nec amplius excipitur Scapulare SS. Trinitatis.[2] Novum autem Scapulare ad gratias acquirendas assumatur oportet, quando id quod gestatur, aut essentialiter mutatum (e. gr. crux in Scap. SS. Trin. amissa) aut valde deformatum apparet.

b. Ab *habente facultatem*—ordinariam vel delegatam. Facultas obtineri potest (præterquam a S. Sede) privative a respectivis Ordinibus.—Facultatem delegatam habentes ea uti nequeunt in locis, ubi Religiosi (non Religiosæ) Ordinis correspondentis Conventum habent aut Confraternitas ejusdem Scapularis erecta est.[3] Generaliter Delegatus etiam sibi Scapulare potest imponere.[4]

c. *Benedicendum et . . . imponendum:* ab eodem Sacerdote,[5] at benedictio separatim prius fieri potest, et si multitudo adest, Scapularia autem non in sufficiente numero, cum uno benedicto omnes possunt investiri, illud singulis imponendo, dummodo primum, quod dein ita investiti induunt, sit benedictum.[6]

d. Cum *formula præscripta*—saltem in substantialibus servata.[7] Si multitudo investitur, primo omnium Scapularium simul fit benedictio, dein singulis imponuntur, quo facto omnium receptio in plurali pronunciatur.[8]

e. *Debite* imponendum, scil. 1. si una cum aliis etiam Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo imponitur, hoc primo loco, et separatim a reliquis,[9] (cum formula a S. R. C. die 24 Julii 1888 concessa[10]) est benedicendum et imponendum; 2. in iis Scapularibus, ad quorum impositionem cooptatio in Confraternitatem perficitur, requiritur etiam ut a Delegato nomina in

[1] *Decr.* n. 379; Ber. p. 400 (368). Decr. S. C. Ind. de 10 Martii 1856 citatum in contrarium non est in collect. authent.

[2] S. C. Ind. 24 Aug. 1895 ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 256.

[3] *Decr.* n. 326, 309, 316. [4] Ib. n. 280.

[5] *Decr.* n. 430. [6] Ib. n. 394 et 421 ad 1.

[7] Ib. n. 329 ad 3, 421 ad 2; *Coll. Prop.* n. 1111.

[8] Ib. n. 286 ad 4 et de 18 Apr. 1891 ap. *Past. Bl.* 1891, p. 104; *Coll. Prop.* n. 2175.

[9] S. C. Ind. 27 Apr. 1887 ap. Ber. p. 719 (370, 636) et *Acta S. Sedis*, xix. p. 554.

[10] Eam habes ap. *A. E. Rev.* vol. i. (1889) p. 233; *Act. S. Sed.* xxi. 433; Ber. ed. 10, iii. 23.*

albo vicinioris Confraternitatis inscribenda transmittantur,[1] quod nunc etiam valet de Scap. de Monte Carmelo;[2]—3. impositio Scapularis per ipsum habentem facultatem fieri debet, eo ut investiat corporaliter præsentem,[3] licet infirmum in lecto decumbentem aut (saltem quoad Scapulare de Monte Carmelo) parvulum usu rationis nondum pollentem;[4]—4. sufficit Scapulare uni tantum humero imponere.[5]

NOTA. 1. Prædicta de valore sunt, nisi per indulta specialia dispensatio obtenta fuerit. Talem obtinuerunt PP. Redemptoristæ (cfr. supra n. 192) et PP. Jesuitæ in Neerlandia et Belgio.—Advertit autem S. C. Ind. 26 Sept. 1892:[6] "Admonentur . . . PP . . . , ut nomina receptorum in albo ipsius Sodalitatis vicinioris sive Monasterii Religiosorum inscribere non omittant, ne in eorum obitu suffragiis priventur."—2. Leo XIII. per Rescr. S. C. Ind. 20 Julii 1884[7] omnes investitiones in quodcumque Scapulare bona fide invalide factas sanavit.

199.—III. *Continua gestatio.* Gratiæ Scapularis non acquiruntur **a.** tempore, quo non gestatur (ideo diu noctuque præsertim in articulo mortis gestandum. Non tamen necessario debet immediate super corpus ita deferri, ut illud physice tangat)[8]; **b.** si non per modum Scapularis, i. e. a collo pendens, una sui parte pectus, altera scapulas contegens gestatur, sed alio quovis modo.[9]

Hæc jam sunt ea, quæ in quovis Scapulari requiruntur ad gratias et—positis conditionibus—indulgentias lucrandas. Preces speciales non sunt præscriptæ.

Notandum est singulare privilegium Scapularis cærulei Immac. Concept.,[10] quo id gestantes quocumque in loco indulgentias septem basilicarum Urbis, Portiunculæ, Jerusalem et

[1] *Decr.* n. 428.

[2] S. C. Ind. 27 Apr. 1887 (Ber. p. 717 [637]; *Acta S. Sedis*, xix. p. 556).

[3] *Decr.* n. 397. [4] Ib. n. 410.

[5] S. C. Ind. 26 Sept. 1892 ap. *Acta S. Sedis*, xxv. 319.

[6] *Act. S. Sed.* xxv. 319; Ber. ed. 10. p. 801.

[7] *Acta S. Sedis*, xvii. 242; Ber. p. 404 (371).

[8] *Decr.* n. 367 ad 2.

[9] Ib. n. 277, 279, 394, 408, 423 ad 6 etc.

[10] *Decr.* n. 374 et *Coll. Prop.* n. 1106.—*Decr.* n. 398 ad 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. Jacobi de Compostella[1] lucrantur, si sex Pater, sex Ave et sex Gloria in honorem SSmæ Trinitatis et Deiparæ Virg. Immaculatæ pro hæresum extirpatione, exaltatione S. Matris Ecclesiæ atque Christianorum principum pace et concordia orando, licet genibus non flexis, recitaverint—i. e. lucrantur omnes illas indulgentias, quas eadem die ii lucrantur, qui prædictas Ecclesias cum vel sine Sacramentorum susceptione visitant,—et quidem (exceptis illis plenariis in certos dies concessis Ecclesias prædictas visitantibus,[2] nisi expresse a S. Sede eas pluries in die lucrifieri posse permissum sit) toties, quoties præfates preces fuderint, idque sine Sacramenti Pœnitentiæ et Eucharistiæ susceptione et cum licentia, omnes has indulgentias animabus in purgatorio detentis applicandi.[3]

Appendix formularum pro facultate obtinenda Scapularia imponendi:

I. Rme Pater!—N. N. Sacerdos Diœcesis N. petit humiliter facultatem benedicendi et imponendi *Scapulare SS. Trinitatis*. Pro qua gratia etc.

Datum . . . N. N. (*addendo ea sub p.* 127).

Directio: Ad Revdmum P. Generalem Ord. SS. Trinitatis—S. Crisogono (Trastevere)—Rome, Italy.

II. Ut sub I. . . . *Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo* . . .

Directio: Ad Rvdmum P. Generalem Ord. Carmelitarum—S. Maria Traspontina—*aut:*[4] Via della Panetteria, 45.

III. Ut sub I. . . . *Scapulare cæruleum B. M. V. sine labe conceptæ* . . .

Directio: Ad Rdmum Generalem Congregationis Clericorum Regularium—S. Andrea della Valle, Via dei Chiavari, 3.

IV. Ut sub I. . . . *Scapulare Septem Dolorum B. M. V.* . .

Directio: Ad Rmum P. Generalem Ord. Servorum B. M. V.—S. Marcello, Via S. Marcello, 20 A.

[1] Indulgentiæ harum Ecclesiarum sunt permultæ. at quoad singulas parum notum est. De indulgentiis Septem basilicarum Urbis cfr. Beringer p. 387, de illis Ecclesiæ Compostellæ ib. p. 377.

[2] Ex *Decr. Delatæ sæpius* (*Decr.* n. 18 ad finem) juxta *Decr.* n. 374 ad 3.

[3] Plura de hoc apud *Le Canoniste contemporain* 1892 p. 58 seq.

[4] In priori loco calceatorum, in posteriori discalceatorum Superior Generalis habitat. Facultas utriusque est æqualis valoris.

V. Ut sub I. . . . *Scapulare rubrum Passionis* et Sacratissimi Cordis D. N. J. Chr. necnon et Cordis amantissimi et compatientis B. M. V. Immaculatæ. . .

Directio: Ad Rvdmum P. Procuratorem Congregationis Missionis—Monte Citorio, Via della Missione, 2.

Nota. Facultas sub I. et V. obtineri potest etiam ut supra n. 195 App. iv. **b.** indicatur.

VI. *Pro facultate utendi unica breviori formula in quatuor Scapularium impositione.*

Beatissime Pater!—N. N. Sacerdos Diœcesis . . . ad confessiones excipiendas approbatus, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus humiliter petit facultatem benedicendi et imponendi sub unica formula quatuor scapularia, scilicet SS. Trinitatis, rubrum Passionis D. N. J. Chr., Immaculatæ Conceptionis et Septem Dolorum B. M. V. quæ ex facultate sibi a respectivis Ordinum Superioribus concessa singula seorsim jam potest benedicere et imponere. Et Deus etc. (*Ad Sacram Congregationem Rituum—Rome, Italy. Cancellaria Apostolica.*)

Nota. I. Solvendi sunt qua taxa 10 franci, pro agente 6 fr.—II. Formula, de qua in supplica, habetur ap. Ber. ed. 10, iii. p. 26.*

Punct. 2. *De Confraternitate S. Scapularis ipsa.*[1]

Regulis de Confraternitatis erectione, Scapularis impositione et gestatione jam expositis, hic manent notanda, quæ sequuntur:

200.—I. Valor facultatis.

Facultas æqualis valoris est, sive a Carmelitis calceatis sive a discalceatis accipiatur.[2]—Simul cum facultate Scapulare benedicendi conceditur altera impertiendi Benedictionem Papalem in articulo mortis, quam, si deficiat Sacerdos potestate præditus munia directoris Confraternitatis exercendi, quilibet confessarius dare potest,[3] adhibita tamen formula Bened. XIV.

II. Privilegia.

Duo sunt privilegia, quibus hæc Confraternitas præ cæteris eminet:

a. *Primum* derivatur a revelatione facta S. Simoni Stock,

[1] Ber. p. 708-727 (630-643); *Coll. Prop.* n. 1099 seq.

[2] S. C. Ind. 27 Apr. 1887 ad x.; *Acta S. Sedis*, xix. 556.

[3] S. C. Ind. 27 Apr. 1887 ad xiii.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Superiori Generali Ord. Carm. 16 Julii 1251, ubi B. M. V. ei Scapulare porrigens dixit: "Hoc tibi erit et cunctis Carmelitis privilegium: *in hoc moriens æternum non patietur incendium;*" unde etiam *privilegium bonæ mortis* dicitur. Hæc promissio tanquam genuina defenditur a Bened. XIV. *de Festis* p. ii. n. 76, intelligenda autem est secundum morem loquendi in S. Scriptura usitatum, ut: "justificari hominem per fidem" (*Rom.* iii. 28) "qui manducat hunc panem, vivet in æternum" (*Joan.* vi. 59) etc.[1]—Ad hoc acquirendum nihil requiritur nisi pia gestatio hujus Scapularis præsertim in articulo mortis, supposita legitima ejusdem susceptione.

b. *Secundum* privilegium est promptæ liberationis ex purgatorio seu *sabbatinum*, quia B. M. V. in apparitione Joanni XXII. facta gestantibus hoc Scapulare promisit se eosdem, præcipue *Sabbato* post eorum mortem, ex purgatorio liberaturam esse. Pontifex autem, ut ipse enarrat in Bulla: *Sacratissimo uti culmine* de die 3 Martii 1322, authentica declarata a Clem. X. 8 Maji 1673, hanc promissionem tanquam indulgentiam extraordinariam ratam habuit. Confirmatur hoc privilegium per lectiones II. Noct. festi B. M. V. de Monte Carmelo (16 Julii) secundum votum Card. Bellarmini 20 Junii 1609 et 15 Julii 1612 a S. Pontifice approbatas, et per Decr. S. Off. 15 Febr. 1613[2] quo Carmelitis permissum fuit, illud publice prædicare. Unde juxta Bened. XIV.[3] nulli catholico id impugnare licet.—Conditiones autem ad hoc privilegium acquirendum sunt[4] (præter dicta):

1. Ut *pro sui quisque status ratione* castitatem colat.[5]

2. Ut, qui legere norit, quotidie recitet Officium parvum B. M. V. i. e. Nocturnum diei cum Laudibus et cæteras horas ejusdem diei, idque juxta ritum Romanum, nisi quis habeat proprium ritum a S. Sede approbatum.[6] Qui ad Officium magnum aut parvum obligati sunt, id adimplentes satisfaciunt.

[1] Sylveira: *Apologia Carmelitana seu Commentaria ad Lectiones B. M. V. de Monte Carmelo*, Opuscula, Venetiis 1728, qu. 24.
[2] *Rescr. auth.* ii. n. 34. [3] *De Festis*, ii. c. 6.
[4] *Rescr. auth.* l. c. [5] Brev. Rom. 16 Julii Lect. VI.
[6] *Decr.* n. 419; Ber. ed. 10, p. 97, ubi ex hoc infert, illud recitari debere in lingua latina.

Qui vero legere nesciunt, debent servare jejunia Ecclesiæ, et abstinentiam feria quarta et Sabbato, nisi in hos dies incidat Nativitas Domini.—Conditiones prædictæ in sensu stricto accipiendæ sunt, ita ut qui legere potest, nequeat proprio arbitrio eligere abstinentiam et observantiam jejunii supra expositam, et ab iis, qui legere nesciunt, abstinentia servanda sit etiam illis diebus prohibitis, in quibus vi indulti comestio carnium concessa est. At ovis et lacticiniis uti possunt.[1]

Hanc tamen conditionem de Officio vel abstinentia "ob justam causam *confessarius*, habens *specialem* facultatem, in aliud opus pium *commutare* potest." Ita *Ritus servandus.*[2] Hæc facultas, quæ per se in illa benedicendi et imponendi Scapularia non est contenta,[3] nunc una cum illa concedi solet.[4] Commutatio a confessario facultate donato fieri potest etiam extra Confessionem[5] et semel pro semper, attamen semper considerata cujusque justa causa, ergo nonnisi in casu raro generaliter pro communitate in unum et idem opus facienda est. *Commutatio* tamen in omni casu videtur requiri. Decreta enim, quæ allegantur pro argumento, quod confratres accedente *gravi* impedimento non teneantur ad hanc conditionem, non sunt in Collect. auth.

Nota. Ex indulto S. Congr. Ind. 20 Junii 1894 omnes receptiones in Confraternitatem S. Scapularis quacumque ex causa usque ad hanc diem invalide peractæ sanationem acceperunt. (*N. R. Th.* xxvi. 482.)

II. De Confraternitate SS. Rosarii.

Punct. 1. *De Rosariis in genere.*

201.—I. Rosarium proprie dictum[6] est illa series precum, quæ S. Dominicum præcipuum auctorem habet, et si constat centum quinquag. Salutationibus Angelicis in quindecim decadibus, *integrum Rosarium* seu *Psalterium*, si vero ex quinquaginta in quinque decadibus consistit, *tertia pars Rosarii* aut etiam Rosarium simpliciter, proprie vero *Corona* vocatur, sub

[1] S. Congr. Indulg. 3 Dec. 1892 apud *Acta S. Sedis*, xxv. 430.
[2] Ber. p. 713 (633). [3] *Decr.* n. 305. [4] Ber. ib.
[5] S. Alph. vi. 534 ad 15; Ber. ed. 10, pag. 633.
[6] Ber. p. 372 (311); Leikes: *Rosa aurea*, Dülmen, 1886; *Coll. Prop.* n. 1081 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qua voce tamen omnes quoque similes devotionis species comprehenduntur. Inde patet ratio, cur juxta decis. S. Off. de 2 Julii 1884 ad viii. in fac. 26 Formulæ I. Rosarium quindecim decadum intelligatur.—Rosarium hoc est, quod P. Leo XIII. ex anno 1883 identidem, et præsertim per Decreta S. R. C. de 20 Aug. 1885 et 26 Aug. 1886 necnon per Litteras encyclicas: *Magnæ Dei Matris* de 8 Sept. 1892 et per alias fidelibus per Orbem pro mense Octobri ob pericula Ecclesiæ commendavit variis gratiis adjectis.[1]—Rosarium etiam ab iis recitatum, qui non sunt aggregati Confraternitati, permultis indulgentiis (centum dierum pro singulis Pater et Ave etc.) gaudet,[2] ad quas lucrandas requiritur:

a. Ut Rosarium materiale *benedictum sit ab habente ad hoc specialem facultatem* (quæ propria est Religiosis Ordinis Prædicatorum et tum a S. Sede tum a Generali dicti Ordinis[3] obtineri potest, non autem concessa esse censetur in sola facultate erigendi Confraternitatem[4] aut in eam fideles recipiendi),—adhibita *formula Ordini Prædicatorum propria*,[5] ea scil., quæ est in Rit. Rom. ed. Ratisbon. 1882, p. 112 et ap. Ber. p. 860, (iii. 4*), non vero illa in "Excerpt." ex Rit. Rom. ed. 8, pag. 433.

b. Ut *constet quinque*, decem aut *quindecim* decadibus, non vero *sex* etc. (Ber. ed. 10, p. 344.)

c. Ut inter *orandum Rosarium a singulis manu teneatur* et juxta morem adhibeatur, nisi duo vel plures simul sese congregent ad Rosarium recitandum, ubi sufficit, ut unus Rosarium adhibeat, reliqui autem ab occupationibus exterioribus, quæ internam attentionem ad devotam Rosarii recitationem pro lucrandis indulgentiis præscriptam impediunt, abstineant et ei uniantur.[6]

d. Ut recitatio Rosarii fiat pro cujusque capacitate cum *meditatione mysteriorum*, quæ ex vita Domini de more nominantur, quamvis hæc expressa nominatio non requiratur sed sufficiat meditatio mentalis, dum recitantur Pater et Ave, rudes

[1] Ber. p. 294; *N. R. Th.* xxiv. 565; *Coll. Prop.* n. 2206.
[2] *Raccolta*, p. 204. [3] Cfr. n. 195, App. iv. a.
[4] *Decr.* n. 270, 1. [5] Ib. n. 401.
[6] Ib. n. 384 et Decr. S. C. Ind. 13 Nov. 1893 ap. *Act. S. Sed.* xxvi. 310.

vero et meditationibus non assueti saltem devote Rosarium recitent.[1]

e. Ut *saltem* Rosarium *quinque decadum uno tractu* i. e. sine notabili interruptione recitetur. Nihil refert, quæ mysteria eligantur: an gaudiosa, an dolorosa, an vero gloriosa.[2]

Hæc valent de illis, qui non sunt membra Confraternitatis S. Rosarii. De membris infra punct. 2.

II. Aliæ Coronæ Rosario S. Dominici similes sunt:

a. *Corona S. Birgittæ*,[3] quæ sive in originaria forma sex decadum, sive in breviori cum quinque decadibus, in singulis decadibus præter unum Pater et decem Ave habere debet unum Credo (additis in priori uno Pater et tribus Ave), cum diversis indulgentiis,[4] a facultatem habente (qualem Episcopi nostri unacum facultate benedicendi res devotionis cum applicatione indulgentiarum Papalium accipiunt[5]) benedici potest solo signo Crucis, modo contineat quinque, sex, decem, aut quindecim decades. Meditatio mysteriorum in ea non requiritur.[6]

b. *Corona VII. Dolorum B. M. V.*[7] consistens ex septem decadibus (singulis ex uno *Pater noster* et septem Salutationibus Angelicis) additis tribus *Ave* in fine: cum multis et magnis indulgentiis (centum et plurium dierum ad singula Ave),[8] quæ (exceptis aliquibus) lucrifieri possunt etiam absque meditatione dolorum B. M. V.[9]—Corona benedicenda est cum propria formula[10] ab habente ad hoc specialem facultatem. Hæc obtineri potest a P. Generali Servitarum. (Cfr. n. 199, App. iv.)

c. *Corona Domini* consistens ex triginta tribus Pater noster ob totidem annos commorationis Christi Domini in terra. Benedicitur a Monachis Camaldulensibus.[11]

d. *Corona parva Immac. Conc. B. M. V.* consistens ex tribus decadibus (singulis ex vers. *Benedicta sit Sancta et Immaculata*

[1] Ib. n. 273. [2] Ib. n. 385 ad 2 et 273 ad 5, n. 291 ad 8.
[3] Ber. p. 358 (328); *A. E. Rev.* 1890, p. 352 et supra n. 184.
[4] *Raccolta*, p. 190. [5] Cfr. supra n. 184, nota.
[6] *Decr.* n. 273 ad 1. [7] Ber. p. 367 (326).
[8] *Raccolta*, p. 201; *Rescr. auth.* p. 650.
[9] Ita Leo XIII. 15 Maji 1886.
[10] *Decr.* n. 401; Ber. ed. 10, iii. 24*.
[11] Ber. p. 346 (319) et *Raccolta*, p. 46.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Conceptio B. M. V.—uno Pater et quatuor Ave et uno Gloria Patri). Corona materialis non requiritur, nec ejus benedictio.[1]

e. Reliquæ Coronæ describuntur apud Beringer et quoad indulgentias etiam in opere: *Raccolta.*

Punct. 2. *De Confraternitate SS. Rosarii ipsa.*[2]

202.—Ejus nomen ex eo oritur, quod eidem adscripti sibi proponunt, *per hebdomadam saltem* semel integrum Rosarium quindecim decadum recitare cum meditatione mysteriorum. Hæc fere unica obligatio (peccatum non attrahens, si violatur), est quidem conditio ad lucrandas indulgentias recitationi Rosarii annexas, non autem pro aliis in eadem concessis,[3] et adimpleri potest per recitationem etiam *pluries* interruptam.[4] Quoad erectionem etc. vide supra n. 185 etc. de Confraternitatibus in genere, et nota insuper, erectionem hujus confraternitatis non fieri per Generalem PP. Dominicanorum ipsum, sed per Sacerdotem ab eo delegatum (juxta dicta n. 185 *A.* Nota 1.), eamque nunc de valore faciendam esse "media prædicatione" i. e. in actu erectionis habendum esse sermonem de excellentia SS. Rosarii.[5]

Demum a Leone XIII. 28 Sept. 1893 omnes Confraternitates S. Rosarii invalide erectæ revalidatæ et iterum die 20 Maj. 1896 eædem ob quemcumque defectum nullitatis vitio affectæ in radice sanatæ et quatenus opus fuerit, auctoritate apostolica de novo erectæ sunt.[6]

Plurimas ejus indulgentias et gratias vide ap. Beringer p. 695 (618) et in summario approbato in *Rescr. auth.* ii. n. 21. Eminet vero inter omnes *indulgentia plenaria defunctis applicabilis*, quæ (ut indulgentia Portiunculæ in Ecclesiis Ordinum S. Francisci die 2 Augusti)[7] sub conditione Confessionis et Communionis in *Solemnitate SS. Rosarii* ab *omnibus Christifidelibus* lucrifieri potest *toties, quoties* in honorem B. M. V. ob victoriam apud Echinadas Insulas (Lepanto) 1571 de Turcis

[1] Ber. p. 193 (178). [2] Ber. p. 689 (610); Leikes l. c.
[3] *Decr.* n. 431 ad 3. [4] Ib. n. 385 ad 2.
[5] Ber. ed. 10, p. 614.
[6] *Past. Bl.* 1894 p. 84; *Act. S. Sed.* xxviii. 751.
[7] Ber. p. 429 (389).

reportatam a primis Vesperis cappellam Confraternitatis aut simulacrum B. M. V. Rosarii extra dictam cappellam publicæ venerationi expositam[1] visitaverint ibique ad intentionem S. Pontificis oraverint.[2]—Ideo in erectione Confraternitatis talis cappella aut saltem simulacrum a Parocho cum consensu Eppi designandum est.[3]

Nota. I. "Omnibus *Sacerdotibus Ordinis Prædicatorum* sub jurisdictione Nostra viventibus, et juxta leges Ordinis ad audiendas confessiones approbatis, impertimus . . . facultatem recipiendi Christifideles ad Societatem SS. Rosarii, sub ea . . . conditione, ut receptorum nomina regesto alicujus confraternitatis canonice erectæ inscribantur, simul ac facultatem benedicendi coronas, rosas et candelas SS. Rosarii." Ita Rmus Mag. Gen. Ord. Præd. die 18 Dec. 1894, et die sequenti: "Omnibus *Presbyteris*," ait, "*Congregationis SS. Redemptoris*, dummodo juxta leges sui instituti ad audiendas confessiones sint approbati, facultatem impertimus ut omni tempore, ubique terrarum, locis dumtaxat exceptis, ubi sunt domus patrum Ordinis Prædicatorum, sive intra, sive extra domus Congregationis SS. Redemptoris reperiantur, sive publice sive privatim, nullo super hoc consensu Ordinarii loci requisito, Christifideles utriusque sexus Societati SS. Rosarii adscribere, dummodo tamen novorum sodalium nomina transmittantur regesto alicujus Confraternitatis SS. Rosarii canonice erectæ inscribenda, simulque coronas, ex quinque, decem vel quindecim decenariis coalescentes, rosas et candelas SS. Rosarii cum formulis de more præscriptis benedicere valeant." *Nouv. Revue Théol.* xxvii. p. 382–387.

II. Magnopere juvat erigere Associationem *Rosarii viventis*, in qua sorte aut alio modo attentis personarum et locorum circumstantiis opportuniori singulis mensibus una tantum decas cuique ex membris obvenit recitanda cum mysterii meditatione, utendo Rosario S. Dominici benedicto.[4]

III. Confraternitas Bonæ Mortis.

203.—Hujus plenus titulus est: "Congregatio sub invocatione D. N. J. Christi in Cruce morientis ac Beatissimæ V. M.

[1] *Rescr. auth.* i. n. 404. [2] Ber. p. 697 (620). [3] Ib. p. 694 (617).
[4] Ib. p. 703 (625); *Irish Rec.* 1890 p. 815; 1891 p. 134 seq.; *N. R. Th.* xx. 50.—S. C. Ind. 25 Maj. 1894 ap. *Il Mon. eccl.* vol. ix. part. i. p. 29.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ejus Genitricis perdolentis, vulgo Bonæ Mortis."[1]—Ejus finis est præparatio fidelium ad bene moriendum per varia pietatis exercitia, præsertim per meditationem devotam *agoniæ* Domini. Unde vulgo vocatur *Confraternitas agoniæ Domini*. Quoad ejus erectionem etc., cfr. supra de Confraternitatibus in genere. Indulgentias vide in *Rescr. auth.* ii. n. 77.

204.—Corollaria quoad facultatem erigendi Confraternitates in præs. Art. contentam.

I. Dicitur in eo: *erigendi* (Quid sit erectio Confraternitatis cfr. n. 185.) *Confraternitates B. M. V. de Monte Carmelo, etc.* Episcopus ergo et Presbyteri sacro ministerio fungentes, quibus communicavit hanc facultatem, erigere possunt: **a.** Confraternitatem B. M. V. de Monte Carmelo et Bonæ Mortis cum applicatione omnium indulgentiarum et privilegiorum, quæ S. Pontifices iisdem impertiti sunt (n. 188 **b.** 3, n. 193 etc.); **b.** Confraternitatem SS. Rosarii autem cum applicatione indulgentiarum concedi solitarum tantum (n. 185 **a.** nota iii. ad fin.) Pro indulgentiis Confraternitati SS. Rosarii in *Rescr. auth.* ii. n. 21 contentis aggregatio in Archiconfraternitatem (per litteras directas ad Revdmum. Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum—via S. Sebastiano 10 presso Piazza di Spagna—Rome, Italy) facienda est juxta dicta n. 189.

II. Sacerdotes, quibus hæc facultas communicata est, Confraternitates erigere possunt absque alio consensu Episcopi, et in actu erectionis etiam constituere Rectorem ejusque substitutum. Pro statutis vero requiritur approbatio Episcopi (n. 186). Facultas communicata non corruit morte Episcopi (n. 31).

III. Episcopus (Rector) vi facultatis erigendi Confraternitatem SS. Rosarii et B. M. V. de Monte Carmelo non potest benedicere Rosaria S. Dominici nec potest benedicere et imponere Scapularia B. M. V. de Monte Carmelo confratribus et multo minus omnibus fidelibus. Hoc nunc certum est ex Responso Emi Card. Præfecti die 11 Sept. 1895 mihi per Excellmum D. Delegatum Apostolicum gratiosissime dato.[2]

[1] Ber. p. 792 (712).

[2] Vide *A. E. Rev.* xiv. p. 345.

Ratio est, quia facultas erigendi confraternitatem plane distincta est a facultate benedicendi Rosaria et Scapularia, et utraque in Formulis alibi concessis distinctim et speciatim communicatur.[1] Insuper idem eruitur ex *Decr.* n. 312 ad 4 et 343 ad 1.

ARTICULUS X.

"ERIGENDI IN LOCIS SUÆ DIŒCESIS, IN QUIBUS NON ADSINT PP. FRANCISCALES, PIUM EXERCITIUM VIÆ CRUCIS CUM APPLICATIONE OMNIUM INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM, QUÆ SUMMI PONTIFICES EJUSMODI EXERCITIUM PERAGENTIBUS IMPERTITI SUNT, ADDITA INSUPER POTESTATE HANC FACULTATEM COMMUNICANDI PRESBYTERIS SACRO MINISTERIO FUNGENTIBUS."

Pro recto usu hujus Art. addo sequentia:[2]

205.—I. Ubi Via Crucis erigi potest?

Resp. **a.** in Ecclesiis, sub quibus intelliguntur etiam oratoria publica, auctoritate Episcopi erecta et per viam publicam ingressum habentia;[3]—**b.** in oratoriis hospitalium, conservatoriorum aliorumque locorum piorum talem ingressum non habentium;—**c.** in cœmeteriis;—**d.** in oratoriis privatis, sub quibus eâ tantum intelliguntur, quæ privilegio celebrationis Missæ gaudent;—**e.** extra Ecclesias et oratoria in locis communibus Conventuum, conservatoriorum, hospitalium, dummodo hæc loca sint decentia et usui profano non deserviant,[4] etiam in locis sub dio, modo ædiculæ pro singulis stationibus erectæ cancellis tutentur, ne animalia aut homines ingrediantur;[5]—**f.** in cappellis privatis et cellis domesticis, facultate celebrationis Missæ carentibus, modo non pro dormitorio aut alio usu domestico vel profano destinata sint.[6]

Porro in eodem loco, præsertim in Conventibus, conservatoriis

[1] Cfr. supra n. 185 **a.** Nota iii. Formula R.

[2] Cfr. Ber. p. 265 (244) seq. Instructio de Stationibus Viæ Crucis—approbata a S. C. Ind. 21 Martii 1884. Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1884.—*Coll. Prop.* n. 1064 seq.—De facultate Epporum Canadens. cfr. n. 249 ad 14.

[3] *Decr.* n. 365 ad 1.

[4] *Decr.* n. 236.

[5] Ib. n. 100 ad 3.

[6] *Instr.* cit. n. 19.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ejus Genitricis perdolentis, vulgo Bonæ Mortis."[1]—Ejus finis est præparatio fidelium ad bene moriendum per varia pietatis exercitia, præsertim per meditationem devotam *agoniæ* Domini. Unde vulgo vocatur *Confraternitas agoniæ Domini*. Quoad ejus erectionem etc., cfr. supra de Confraternitatibus in genere. Indulgentias vide in *Rescr. auth.* ii. n. 77.

204.—Corollaria quoad facultatem erigendi Confraternitates in præs. Art. contentam.

I. Dicitur in eo: *erigendi* (Quid sit erectio Confraternitatis cfr. n. 185.) *Confraternitates B. M. V. de Monte Carmelo, etc.* Episcopus ergo et Presbyteri sacro ministerio fungentes, quibus communicavit hanc facultatem, erigere possunt: **a.** Confraternitatem B. M. V. de Monte Carmelo et Bonæ Mortis cum applicatione omnium indulgentiarum et privilegiorum, quæ S. Pontifices iisdem impertiti sunt (n. 188 **b.** 3, n. 193 etc.); **b.** Confraternitatem SS. Rosarii autem cum applicatione indulgentiarum concedi solitarum tantum (n. 185 **a.** nota iii. ad fin.) Pro indulgentiis Confraternitati SS. Rosarii in *Rescr. auth.* ii. n. 21 contentis aggregatio in Archiconfraternitatem (per litteras directas ad Revdmum. Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum—via S. Sebastiano 10 presso Piazza di Spagna—Rome, Italy) facienda est juxta dicta n. 189.

II. Sacerdotes, quibus hæc facultas communicata est, Confraternitates erigere possunt absque alio consensu Episcopi, et in actu erectionis etiam constituere Rectorem ejusque substitutum. Pro statutis vero requiritur approbatio Episcopi (n. 186). Facultas communicata non corruit morte Episcopi (n. 31).

III. Episcopus (Rector) vi facultatis erigendi Confraternitatem SS. Rosarii et B. M. V. de Monte Carmelo non potest benedicere Rosaria S. Dominici nec potest benedicere et imponere Scapularia B. M. V. de Monte Carmelo confratribus et multo minus omnibus fidelibus. Hoc nunc certum est ex Responso Emi Card. Præfecti die 11 Sept. 1895 mihi per Excellmum D. Delegatum Apostolicum gratiosissime dato.[2]

[1] Ber. p. 792 (712).

[2] Vide *A. E. Rev.* xiv. p. 345.

Ratio est, quia facultas erigendi confraternitatem plane distincta est a facultate benedicendi Rosaria et Scapularia, et utraque in Formulis alibi concessis distinctim et speciatim communicatur.[1] Insuper idem eruitur ex *Decr.* n. 312 ad 4 et 343 ad 1.

ARTICULUS X.

"ERIGENDI IN LOCIS SUÆ DIŒCESIS, IN QUIBUS NON ADSINT PP. FRANCISCALES, PIUM EXERCITIUM VIÆ CRUCIS CUM APPLICATIONE OMNIUM INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM, QUÆ SUMMI PONTIFICES EJUSMODI EXERCITIUM PERAGENTIBUS IMPERTITI SUNT, ADDITA INSUPER POTESTATE HANC FACULTATEM COMMUNICANDI PRESBYTERIS SACRO MINISTERIO FUNGENTIBUS."

Pro recto usu hujus Art. addo sequentia:[2]

205.—I. Ubi Via Crucis erigi potest?

Resp. **a.** in Ecclesiis, sub quibus intelliguntur etiam oratoria publica, auctoritate Episcopi erecta et per viam publicam ingressum habentia;[3]—**b.** in oratoriis hospitalium, conservatoriorum aliorumque locorum piorum talem ingressum non habentium;—**c.** in cœmeteriis;—**d.** in oratoriis privatis, sub quibus eâ tantum intelliguntur, quæ privilegio celebrationis Missæ gaudent;—**e.** extra Ecclesias et oratoria in locis communibus Conventuum, conservatoriorum, hospitalium, dummodo hæc loca sint decentia et usui profano non deserviant,[4] etiam in locis sub dio, modo ædiculæ pro singulis stationibus erectæ cancellis tutentur, ne animalia aut homines ingrediantur;[5]—**f.** in cappellis privatis et cellis domesticis, facultate celebrationis Missæ carentibus, modo non pro dormitorio aut alio usu domestico vel profano destinata sint.[6]

Porro in eodem loco, præsertim in Conventibus, conservatoriis

[1] Cfr. supra n. 185 **a.** Nota iii. Formula R.

[2] Cfr. Ber. p. 265 (244) seq. Instructio de Stationibus Viæ Crucis—approbata a S. C. Ind. 21 Martii 1884. Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1884.—*Coll. Prop.* n. 1064 seq.—De facultate Epporum Canadens. cfr. n. 249 ad 14.

[3] *Decr.* n. 365 ad 1.

[4] *Decr.* n. 236.

[5] Ib. n. 100 ad 3.

[6] *Instr.* cit. n. 19.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

etc. etiam plures Viæ Crucis erigi possunt.'—Demum ex concessione Pii IX. 14 Maji 1871[2] nihil obstat, quin in loco, ubi Conventus Ordinum S. Francisci, ut infra, existunt, extra horum Ordinum Ecclesias Viæ Crucis erigantur.

II. Quis Viam Crucis erigere potest?

Resp. Viam Crucis erigere possunt: **a.** potestate *ordinaria* ex *privativa* concessione S. Sedis *Ordo Minorum S. Francisci* sive Observantium, sive Reformatorum, sive Recollectorum, et quidem 1. *Minister Generalis* cum facultate etiam alios ut Episcopos, Ordines Religiosos etc. delegandi eisque concedendi facultatem subdelegandi,—2. reliqui *Superiores* legitimi et proprie dicti cum facultate delegandi in scriptis Sacerdotes sibi subditos,[3] si sunt concionatores aut saltem confessarii approbati.[4] Et quidem hæc potestas se extendit tantum ad loca sub **I. a.—e.** contenta. Pro illis sub. **f.** requiritur indultum S. Sedis;[5]—**b.** potestate *delegata:* qui sive a Sede Apostolica sive a Ministro Generali sive ab alio expresse facultatem subdelegandi habente eam *in scriptis*[6] acceperunt et quidem stricte in locis, pro quibus eam acceperunt (cfr. supra ad **I.**), et *sub conditione: si ibi Ordo Minorum S. Francisci non existat* aut *in locis, in quibus non adsint PP. Franciscales,* i. e. in quibus Religiosi prædicti non habent Conventum canonice erectum.[7] Locus in sensu canonico quid sit cfr. n. 185 D. Dixi: *sub conditione etc.* scil. nisi per speciale indultum S. Sedis ab interventu PP. Franciscanorum in loco degentium fuerit dispensatum, prout id factum est pro Archidiœcesi Neo-Eboracensi per indultum ad tempus concessum, sed non amplius repetitum. Vi Articuli præsentis Episcopi per se et per Sacerdotes, quibus facultatem in scriptis communicant, servata restrictione prædicta Vias Crucis erigere possunt omnibus in locis, in quibus id possunt Ministri Generales Ord. S. Franc.

[1] *Instr.* cit. n. 19; *Decr.* n. 100 ad 4.
[2] *Decr.* n. 429; *Instr.* n. 9, 17, c.; *Coll. Prop.* n. 1078.
[3] *Decr.* n. 175. S. C. Ind. 26 Sept. 1892, ap. *Il Mon. eccl.* 1892, ii. p. 201 ad 1.
[4] *Instr.* n. 11–13; *Decr.* n. 100 ad 1 et 2.
[5] *Instr.* n. 14; Ber. p. 268 (247).
[6] *Decr.* n. 175.
[7] *Instr.* n. 9; *Decr.* n. 133.—Præsentia Conventualium et Capucinorum non nocet.

206.—III. Quid ad Viam Crucis valide erigendam requiritur?

Resp. **a.** *Facultas,* quæ 1. si subdelegata aut vi hujus Articuli communicata est, haberi debet *in scriptis*[1]—(pro Religiosis, quorum Superiores obtinuerunt facultatem etiam pro suis subditis, sufficit testimonium ab iisdem Superioribus subscriptum;)[2]—et 2. si obtenta est a S. Sede aut si Sacerdos non-Franciscanus eam acquisivit a Ministro Generali Franciscanorum, præcipitur, ut ante ejus usum exhibeatur Ordinario casu, quo erectio fit in loco ab ejus jurisdictione non exempto.[3]

b. *Antecedenter* ad unamquamque erectionem *consensus specialis* et *in scriptis* eorum omnium, quibus obligatio incumbit, in Viæ Crucis legitimam erectionem necnon honestam conservationem invigilandi, ut 1. Episcopi et Parochi quoad Ecclesiam parochialem;—2. Episcopi, Parochi et Superioris (resp. Superiorissæ) Ecclesiæ, Monasterii, Conservatorii, Hospitalis, loci pii etc. non exemptorum, si ibi erigenda est; si tamen de facto independenter a Parocho per Cappellanum diriguntur, Parochi consensus non requiritur;[4]—3. Episcopi tantum non autem Parochi pro erectione in oratorio domestico, sive cum sive sine privilegio celebrandi Missam;[5]—4. pro erectione Viæ Crucis in locis exemptis a jurisdictione Ordinarii, ut in Ecclesiis, oratoriis, locis internis Ordinum exemptorum, licet ea fiat vi facultatis hujus Art. in scriptis communicatæ nec Ordinarii nec Parochi consensus requiritur.[6] Ex paritate rationis tamen consensus Superioris

[1] *Decr.* n. 175, cfr. *A. E. Rev.* vol. x. 301 seq.
[2] Ib. n. 286 ad 2, 365 ad 2; Ber. p. 271 (249).
[3] *Decr.* n. 286 ad 2.—Ber. l. c.
[4] *Decr.* 175, 194 ad 2, 294, 445 et Decr. de 6 Aug. 1890; Ber. ed. 10, p. 794.
[5] S. C. Indulg. 26 Sept. 1892 ad 6 et 7 ap. *Acta S. Sedis,* xxv. 317; Ber. ed. 10, p. 792.
[6] Ead. ad 9.—Ecclesia Ordinis ea est, quæ aut Ordini propria est et a Religiosis Ordinis in domo adnexa, etsi non contigua, conventualiter habitantibus, in sacris ministeriis administratur, aut quamvis ad Ordinem proprie non pertineat, sed ad Episcopum aliumve, tamen legitime Ordinis curæ concredita est, ut ibi sua ministeria obeat, dummodo sit publica et penes eam Religiosi Ordinis resideant et ministeria propria inibi obeant et usus sit constans et plenus. (Ita ex *Decr.* n. 424, 174, 206, 47, 102. Cfr. Ber. p. 57.) Unde e. gr. Ecclesia sæcularis, quæ a Religiosis excurrendo administratur, non est Ecclesia Ordinis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quasi-episcopalem potestatem habentis in scriptis requiri videtur pro singulis casibus, si fit ab habente facultatem delegatam.

NOTA. Dicitur supra I. *consensus* in scriptis; non enim necessarium est, ut in scriptis *supplicetur* Episcopo pro facultate et consensu;[1]—II. consensus *specialis* i. e. pro singulis erectionibus datus;—*generalis* communicatio enim sola præsentis facultatis, ut apud nos fieri solet, non sufficit.[2]—III. *antecedenter in scriptis:* nam "Viæ Crucis erectio, si Parochus vel Superior ecclesiæ, monasterii, hospitalis, loci pii . . . consensum quidem *ante* erectionem præstiterunt, non tamen in scriptis, nisi post erectionem, invalida est.[3] Cæterum consensus eorum, quorum interest, facile in uno et eodem instrumento exprimi potest. Cfr. infra n. 209, Append. I. Demum notandum, prædicta de consensu in scriptis obtinendo omnino valere de prima erectione Viæ Crucis. "In casu vero quo ob Crucium vetustatem vel ob aliam justam causam renovari debent Stationes Viæ Crucis in eadem Ecclesia sive Oratorio, in quo rite cum omnibus documentis, ut supra, a S. Sede præscriptis erectæ reperiebantur, præfata documenta non sunt denuo postulanda, dummodo præsumi possit perseverare consensum eorum, ad quos pertinet, et sufficit novarum Crucium benedictio facta a Sacerdote ad id legitime deputato."[4]

c. *Quatuordecim Cruces ex ligno* factæ et *visibiles adstantibus* in devotione. Quæ ergo non sunt tegendæ Crucibus ferreis, ut non amplius sint conspicuæ; at inaurari, deargentari, coloribus obduci aut alio modo ornari possunt.[5] *Imagines*, licet soleant adhiberi, non requiruntur, et quamvis de more, non tamen necessario benedicuntur.[6]

d. *Crucium* 1. *benedictio* sive publica sive privata cum formula in Rituali Rom. (*Excerpt.* ed. 8, p. 393; Ber. iii. p. 11*) per Sacerdotem erigentem, in loco erectionis moraliter præsentem,

[1] Decr. de 6 Aug. 1890.
[2] Cfr. Decr. 21 Oct. 1883 ap. *The Pastor*, vol. ii. 23 et *A. E. Rev.* vol. iii. (1890), 229, et Decr. 21 Junii 1879 ad 3 (*Decr.* n. 445).
[3] S. C. Ind. 26 Sept. 1892 ad 10 (supra) et 3 Aug. 1748 ap. *Coll. Prop.* n. 1064.
[4] Ex secretaria S. C. Ind. 11 Jan. 1896 ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 502.
[5] *Decr.* n. 100 ad iii. n. 261, 270 ad 2, n. 442.
[6] *Instr.* n. 25; *Decr.* n. 258, 261, 270, 275, 332 ad 2, 442 ad 3.

ad quod quoad Monasterium Monialium sufficit, si fit ad crates,[1] —et 2. *affixio* in loco erectionis (quæ fieri potest sive ante sive post benedictionem,[2] sive ab erectore sive ab alio quocumque etiam diverso tempore, erectore jam domum reverso, ac privatim sine ceremoniis), ita facienda, ut *aliqualis distantia* inter unam et alteram stationem sit, nec iter paucis admodum passibus absolvatur.[3]

207.—IV. Quid post erectionem Viæ Crucis notandum est?

Resp. **a.** Statim non quidem de valore sed ne dubium postea oriatur, instrumentum ab erectore subscriptum, est conficiendum, in quo de legitima facultate, deque consensu Ordinarii, Parochi, Superioris loci ante erectionem in scriptis obtento et de erectione ipsa in loco, ubi facta est, testatur, quodque in archivio concessionarii et in transsumpto unacum documentis postulationis, et concessionis (ut supra) in Curia Episcopali est custodiendum aut vicissim.[4]

b. Nova erectio ob mutationem *accidentalem in Crucibus non requiritur*, ut si Cruces renoventur vel mutentur salva earum substantia,[5] aut veteribus novæ, at in minori parte, substituantur, quamvis sine benedictione,[6] aut imagines tantum novis substitutis removeantur,[7] aut si Cruces ad tempus remotæ denuo eidem loco restituantur[8] vel in eodem loco (v. gr. in eadem Ecclesia, in eodem oratorio) melius disponantur[9] aut si veteri Ecclesia destructa nova ædificetur sub eodem titulo et in eodem fere loco.[10] Secus esset, si hisce contrarium fieret et Via Crucis *essentialiter* destrueretur.[11]—Unde nova erectio, servatis omnibus, quæ supra n. 206 exposita sunt, requiritur, si, e. gr. Oratorium construatur in cella, priori Oratorio, in quo Via Crucis erecta fuit, contigua sed omnino separata vel in alia ejusdem domus contignatione.[12]

[1] *Instr.* n. 26, 27; *Decr.* n. 100, n. 270, 261, 441.
[2] *Decr.* n. 311, 447. [3] Ib. n. 119, 194.
[4] *Instr.* n. 29, 30; *Decr.* n. 294, 325. [5] *Decr.* n. 223 ad 1.
[6] *Decr.* n. 258, 270, 275. [7] Ib. n. 258, 311, 328.
[8] Ib. n. 264, 270, 275. [9] Ib. n. 223, 270, 275, 311, 328.
[10] Ib. n. 323 et de 29 Martii 1886 (*N. R. Th.* xviii. p. 607).
[11] *Instr.* n. 32-36. [12] S. C. Ind. 26 Sept. 1892 ad 4 (supra).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

c. Demum notandum, per PP. Leonem XIII. 31 Julii 1883 et 7 Apr. 1894 omnes ubique erectiones usque tum invalide factas convalidatas et sanatas esse.[1]

208.—V. Quid ad indulgentias Viæ Crucis lucrandas requiritur?

Prænoto. Indulgentiæ Viæ Crucis sunt plurimæ tum plenariæ tum partiales, quoad numerum determinatum autem ignotæ, omnes animabus purgantibus applicabiles.[2]—

Resp. Conditiones requisitæ ad eas lucrandas sunt: **a.** Meditatio—aliqualis, quantumvis brevis et pro captu—Passionis Domini saltem in genere, ad quam pro simplicibus sufficit, ut sciant Cruces, quas visitant, repræsentare loca, ubi Christus passus est et ut compassionem habeant cum eo.[3]—**b.** Motus localis de una statione ad aliam, quantum multitudo populi et angustia loci permittit;[4]—et quidem etiam in publico Viæ Crucis exercitio, si perturbatio non timetur. Tum enim juxta monitum quintum (*Decr.* n. 100) processio virorum præcedentium et mulierum sequentium sub ductu unius vel plurium sacerdotum incedit; ad singulas stationes legitur consideratio mysterii respondentis, et recitato *Pater* cum *Ave* et elicito actu contritionis ulterius proceditur, inter unam et aliam stationem *Stabat mater* vel aliam orationem interponendo.—Si vero in publico exercitio perturbatio excitari potest, sufficit, ut Sacerdos cum duobus Clericis vel cantoribus circumeat et ad quamlibet stationem consuetas preces aut ipse aut alius sacerdos ex pulpito[5] recitet, cæteris in suo loco respondentibus.[6] Suadetur tamen hoc in casu, ut hi ad singulas stationes se erigant et genuflectant cum Sacerdote. Vi indulti, quod e. gr. pro Diœcesi Quebec 8 Maji 1873[7] concessum est, sufficit in publico Viæ Crucis exercitio, ut sacerdos in pulpito genuflexus legat meditationes precesque recitet, et ut omnes ad singulas stationes surgant statimque genuflectant in eodem loco manentes.—**c.** Visitatio quatuordecim stationum uno tractu et sine notabili interruptione facta, qualis interruptio non esset auditio Missæ, sumptio Eucharistiæ, Confessio etc.[1]—Aliæ preces, utut suadendæ, pro indulgentiis non requiruntur. Lucrifieri possunt etiam noctis tempore,[2] an autem toties, quoties per diem iteratur, ex documentis non constat.[3]

[1] *The Pastor*, vol. ii. p. 21, *Instr.* p. 83, *Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. 56.
[2] *Instr.* n. 38 seq.; Ber. ed. 10, p. 260.
[3] *Instr.* n. 41.
[4] *Decr.* n. 287.
[5] Ber. ed. 10, pag. 257. S. C. de Prop. Fide 1 Mart. 1884 ap. *N. R. Th.* xxvii. 447.
[6] *Decr.* n. 210.
[7] Card. Taschereau: Disc. de Québec, p. 29.

209.—VI. Corollaria quoad facultatem hujus Art.

a. Sacerdotes, sacro ministerio fungentes, quibus facultas hæc in solita pagella facultatum ab Episcopo subscripta communicata est, pro singulis erectionibus indigent scripto consensu Episcopi et reliquorum, ut supra ad **III.**, servatis ceteris quoad locum et modum erectionis.

b. Facultas scripto communicata per mortem Episcopi non videtur cessare (n. 31). Unde vi facultatis Episcopo vivente ita acquisitæ etiam sub Administratore Diœcesis consensu ejusdem in scriptis obtento Via Crucis erigi potest, licet hic facultatem Formulæ non habent (n. 171).

Appendix I. *Formulæ diversis casibus congrue adaptandæ.*

a. *Supplica pro licentia Episcopi.*

Rme ac Illme Dne!

Infrascriptus N. N. Rector Ecclesiæ N. in oratorio hospitalis infra limites suæ Parochiæ siti, Superiore (Superiorissa) N. N. per nominis sui appositionem ut infra consentiente, Stationes Viæ Crucis erigere intendit. Quapropter supplicat Reverendissimæ Dominationi Tuæ, ut, quia Sacerdos ex Ordine S. Francisci in loco nec existit nec commode advocari potest, una cum facultate ex Formula extraord. C. Art. 10 in favorem N. N. earundem stationum Erectoris licentiam hunc in finem requisitam benigne concedere eamque heic in calce apponere dignetur, quo in futurum, si opus fuerit, opportune caveatur. Pro qua gratia etc.

N. N. *Rector.*

[1] Ib. n. 385, 223.
[2] Ib. n. 245.
[3] Decr. de 10 Sept. 1883 ap. *Instr.* n. 44.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Datum . . . Consentit N. N. *Superior* (*Superiorissa*).

Episcopus apponere poterit:

Concedimus facultatem ac licentiam pro erectione Viæ Crucis in loco, de quo in præfatis precibus.

Loco † sigilli. N. N. *Episcopus N.*

b. *Litteræ supplices pro erectione Viæ Crucis in cella privata mittendæ ad S. Sedem, resp. ad Secretariam Brevium vel S. Congregationem Indulgentiarum.*

Beatissime Pater!—N. N. Diœcesis N. ad pedes Sanctitatis Tuæ provolutus enixis precibus postulat indultum, quo S. Viæ Crucis Stationes cum adnexis indulgentiis erigi valeant in decenti loco suæ habitationis.

Pro qua gratia etc. N. N.

Datum . . . (*Adjiciatur accurata directio ut p.* 127.)

Hæ preces a S. Sede ordinarie remittuntur ad Rmum P. Ministrum Generalem, qui in suo Rescripto, ad Oratorem directo, committere solet erectionem Sacerdoti ex suo Ordine "vel si talis commode vocari non possit, Parocho loci." Orator Rescriptum obtentum, ut de ejus consensu in Viæ Crucis erectionem constet, debet subscribere et dein illud tradere Episcopo pro ejus licentia in scriptis obtinenda.

c. *Testimonium factæ erectionis.*

Vigore facultatis a Rdmo Episcopo mihi benigne in litteris de . . . communicatæ, ego N. N. in oratorio hospitalis loci N. consensu ejusdem Rdmi Episcopi et Rectoris Parochiæ N. necnon Superioris (Superiorissæ) N. in scriptis præhabito juxta regulas a S. Congr. Indulg. præscriptas Viam Crucis cum adnexis indulgentiis canonice erexi.

In quorum fidem testimonium hoc mea manu subscripsi hac die . . . N. N.

210.—Appendix II.

De crucifixis Viæ Crucis.[1]

a. Indulgentiæ Viæ Crucis acquiri possunt etiam utendo *crucifixo* i. e. *Cruce cum Christo* in ea non depicto aut impresso tantum, sed *prominente*,—benedicto ab habente facultatem.—Hæc habetur ab Ordine S. Francisci et accipi potest a Ministro Generali aut a S. Sede.

[1] Ber. p. 350 (322); *Instructio de Stationibus*, p. 71 seq.

b. Indulgentiæ adhærent *Christi imagini*[1] (quæ potest etiam esse parva, at congruit, ut non sit nimis parva e. gr. unius pollicis vel dimidii). Ideo sine dispendio ab una Cruce in aliam transferri potest. *Crucifixus* non necessario ex aurichalco, sed ex quacumque materia esse potest, modo non sit stannum, plumbum aut alia materia fragilis.[2]

c. Pro indulgentiatione sufficit efformare Crucem cum intentione applicandi indulgentias;[3]—super pluribus in globo,—una cum applicatione Papalium.[4]

d. Cum tali crucifixo indulgentias Viæ Crucis lucrari possunt solum illi, qui infirmitate vel alio legitimo impedimento i. e. incommodo mediocriter gravi prohibentur, quominus stationes alicubi erectas visitent.—Conditiones ab eis adimplendæ sunt: 1. ut corde saltem contrito et devote uno tractu i. e. sine notabili interruptione recitent *viginti Pater, Ave et Gloria* (unum pro quavis statione, quinque in honorem quinque Vulnerum J. Chr., unum juxta mentem S. Pontificis.)[5] Ex indulto tamen a Pio IX. Ministro Generali pro tempore muneris generalatus die 18 Dec. 1877 concesso et determinatione ejusdem vi hujus indulti facta illi, qui recitandis viginti Pater, Ave et Gloria ob gravem morbum impares sunt, satisfaciunt, si eorum loco *semel* actum contritionis recitent, *vel* invocationem: *Te ergo quæsumus tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.*[6] Leo vero XIII. die 9 Sept. 1890 ejus Successori item pro tempore sui muneris indulsit quoad prædictos, ut loco viginti Pater etc. "*ipsi ore* recitent actum contritionis *et* invocationem: *Te ergo quæsumus etc., et* mente saltem sequantur recitationem ab alio adstante factam trium Pater, Ave, Gloria."[7]—Itaque, qui habent crucifixum vi prioris indulti benedictum priori determinatione uti possunt, dum reliqui, quorum crucifixus vi posterioris indulti fuerat benedictus, commuta-

[1] *Decr.* n. 281 ad 6.
[2] Ib. n. 387 ad 2.
[3] Ib. n. 281 ad 5 et 313 ad 2 et 4.
[4] Cfr. n. 183, 2.
[5] *Decr.* n. 387 ad 1.
[6] *N. R. Th.* xi. p. 128.
[7] Ib. xxiii. p. 14; *Canoniste contemporain*, 1891, pag. 335, 543; *A. E. Rev.* vol. vii. p. 318.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tionem a S. Pontifice Leone XIII. factam observare debent;—2. ut durante precum dictarum recitatione crucifixum pro se benedictum quisque manu teneat. Si tamen plures in communi hanc devotionem peragunt, sufficit,[1] ut una persona crucifixum teneat, reliqui vero omnibus curis semotis sese ei aggregent. (De quo cfr. n. 201, **I. c.**)

Nota. I. Ex audientia SSmi diei 29 Nov. 1887 Presbyteris Congr. SS. Red. gratia ad decennium concessa est, benedicendi crucifixos cum applicatione indulgentiarum Viæ Crucis sub conditionibus prædictis, iis vero, qui ex morbo recitationis viginti Pater, Ave et Gloria non sunt capaces, imponendi, ut eorum loco recitent semel actum contritionis vel invocationem : *Te ergo quæsumus etc.*

II. Ante diem 29 Nov. 1887 PP. Redemptoristæ ex indulto Apostolico non tantum crucifixos, sed etiam Cruces cum applicatione indulgentiarum Viæ Crucis benedicere poterant, et sufficiebat legitime a visitatione Viæ Crucis impeditis, si coram tali Cruce vel crucifixo Passionem D. N. J. C. per aliquod tempus meditabantur aut quatuordecim Pater, quatuordecim Ave et quatuordecim Gloria recitabant.[2] Qui crucifixum aut Crucem vi prioris indulti ab eis benedictam possidet, adhuc has conditiones observare poterit.

III. Facultatem personalem (non delegabilem) benedicendi non solum crucifixos, sed etiam Cruces cum applicatione indulgentiarum Viæ Crucis habent Episcopi Canadenses in Form. T. Art. 14. (Cfr. n. 249 ad 14.)

IV. *Supplica pro facultate obtinenda.*

Rme Pater!—N. N. Sacerdos Diœcesis N. humiliter petit facultatem benedicendi Cruces cum indulgentiis Viæ Crucis. Pro qua gratia . . .
N. N. (*addendo ut p.* 127.)

Directio : Ad Revdmum Patrem Generalem Ordinis Minorum—Collegio S. Antonio—Via Merulana—Rome, Italy.

[1] Ex indulto Leonis XIII. 19 Jan. 1884 ; *Instr.* p. 84.
[2] Ulrich : *Trésor spir.* Paris. 1863. p. 236.

ARTICULUS XI.

"PROMOVENDI CLERICOS SIBI SUBDITOS AD SUBDIACONATUM ALIOSQUE ORDINES MAJORES USQUE AD PRESBYTERATUM INCLUSIVE TITULO MISSIONIS, PRÆSTITO TAMEN AB EISDEM CLERICIS JURAMENTO ANTEQUAM SUBDIACONI ORDINENTUR, QUO SPONDEANT, AD INSTAR PONTIFICIORUM ALUMNORUM, SUÆ DIŒCESI VEL MISSIONI SE ESSE PERPETUO INSERVITUROS."[1]

211.—Explicatio.

I. Agitur hic de *titulo* ordinationis seu sustentationis i. e. de cautione, qua providetur Ordinando in Sacris de "congrua" perpetuaque sustentatione.[2]—Titulus *Missionis*, ab Urbano VIII. 18 Maji 1638 concessus fuit illis, qui per triennium alumni et convictores S. C. de P. Fide fuerunt,[3] et conceditur nunc "sæpe in locis Missionum, ubi commune Ecclesiæ jus circa ea, quæ ad prærequisitum pro Sacra Ordinatione titulum spectant, servari ad amussim nequeant."[4] Est ergo cum quadam dispensatione juris communis conjunctus. Unde : **a.** Ordinarii non possunt Clericum ad hunc titulum ordinare, nisi speciali indulto S. Sedis muniti sint,[5] quod Nostris in hoc Art. nunc ad quinquennium conceditur,—et **b.** "hortatur S. Congr. Ordinarios, ut quantum fieri potest, alii quoque legitimi tituli pro Sacra Ordinatione introducantur"[6]—nimirum titulus patrimonii et pensionis,[7] quamvis ex *Trid.* l. c. ad hos titulos ordinari non possint, nisi quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum.

II. *Acquiritur titulus Missionis* vel **a.** *in Ordinatione* (ad Subdiaconatum) ab iis, quos Ordinarius consideratis eorum

[1] Eandem facultatem Episcopi Canadenses habent in Form. T. Art. 2. (Cfr. infra n. 249.) Alibi indultum hoc pro numero casuum conceditur.
[2] Cfr. *Trid.* xxi. c. 2 *de Ref.*; Instr. S. C. de P. F. 27 Apr. 1871 ap. *C. Pl. B. III.* p. 204; *Coll. Miss.* n. 785; *Coll. Prop.* n. 1179.—In hac Instructione n. 1–5, ap. Aichner, p. 220, Nilles *Comment. in C. Pl. B. III.* parte i. p. 202, Péries in *A. E. Rev.* vol. xiii. 269 seq. aliosque habes plura de variis titulis. Cfr. et Gasp. *de S. Ord.* n. 584 seq.
[3] De Martinis : *Jur. Pont.* pars i. p. 173.
[4] *Instr.* cit. n. 6.
[5] Ib. n. 7.
[6] Ib. n. 14.
[7] Nilles p. 208.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qualitatibus, in *Instr.* cit. n. 7 expositis, dignos judicaverit, præcedenter præstito juramento,[1] quo spondent, se post promotionem ad S. Ordines nullam Religionem aut Congregationem Regularem sine S. Sedis licentia ingressuros, et voto jurato, se (apud nos nunc[2]) in Provincia, et imprimis in Missione (Diœcesi, Vicariatu), cui destinati sunt vel destinabuntur, perpetuo permansuros et in divinis administrandis laborem ac operam sub omnimoda directione et jurisdictione pro tempore Ordinarii in salutem animarum impensuros—et etiam pro salute animarum Missionis laboraturos esse, cum ex licentia S. Sedis in Congregatione Regulari professionem emiserint;[3]—vel **b.** *in incorporatione* (incardinatione) ad Diœcesin, et quidem si *in eadem Provincia* ecclesiastica post diem 22 Nov. 1885 juramentum tempore Ordinationis præstiterint, absque novo juramento, novo vero præstito, si id factum est ante dictum diem, absque tamen recursu ad Apostolicam Sedem in utroque casu.[4] In reliquis vero casibus incorporationis, ut fieri possit cum concessione tituli Missionis præter juramentum speciale S. Sedis indultum requiritur. Facultas enim hujus Art. ad ordinandos exclusive pertinet.[5]—Incorporatio fit aut absolute et immediate ex communi Episcopi dimittentis et suscipientis necnon sacerdotis, de quo agitur, consilio et consensu, prætermisso probationis tempore—aut prævia triennali (vel quinquennali, si Episcopus hanc in scriptis exigit) probatione.[6] Porro incorporatio est vel formalis i. e. per actum Episcopi documento signatum facta, vel præsumpta ex omissione recusationis finita probatione.[7]—Religiosi cum indulto sæcularizationis aut dispensatione a votis ex suo instituto egressi primo admitti possunt ad missæ celebrationem, ad triennalem vero probationem demum post obtentas informationes.[1]—Incorporatio plenum effectum non habet nisi post monitum ab Episcopo, qui litteras dimissoriales dedit, acceptum.[2]—Qui alium titulum jam habent, ab Ordinariis adstringi nequeunt ad titulum missionis subrogandum.[3]

III. *Obligationes et jura tituli Missionis:* **a.** Obligationes adhærent juramento et voto jurato. Unde confer dicta in præcedenti. Quomodo hæ obligationes violentur, vide ap. Konings *Camp.* n. 374, 8, et Kenrick *Th. mor.* tr. viii. n. 24.—**b.** Dispensatio ab obligationibus fit a S. Sede prævia relatione Ordinarii[4] (cfr. n. 107, **a.** 3), ingredientibus dein in Religionem regulariter manente etiam post professionem vinculo, seipsos applicandi in auxilium animarum Missionis. Unde[5] si Religionem ingredi voluerint, "quæ huic muneri minime vacet vel quantumvis vacaverit, aut munia in fundatione Collegii præscripta in ea exercere aut Nationibus, quibus se devoverunt, prodesse non concedatur, *æquum* prorsus erit ut ab ea excludantur."—Cæterum obligatio, etiam post professionem religiosam se applicandi animabus Missionis, potius hypothetice assumi videtur, sc. *si* et *quantum fieri potest.* Nam Religiosus, voluntate sua carens, obedire debet Superioribus suis; nec Superiores tenentur hoc juramento, quod non emiserunt.[6]—**c.** Qui titulo Missionis ordinati sunt, "ex apostolico ministerio in Missione, cui fuerunt addicti, ad victum necessaria consequuntur."[7]—i. e. Diœcesis vel Vicariatus Apostolicus, cujus in bonum sese obligaverunt, eorum necessitatibus, etiam casu, quo ad operandum sine sua culpa inhabiles evaserunt, providere tenetur. Unde titulus missionis non est absimilis titulo *mensæ episcopalis* aut *servitii Ecclesiæ.*[8]—**d.** Obligatio ex juramento huic titulo adnexo minime efficit, ut Episcopus in titulatum

[1] *Instr.* n. 8.—Cfr. Breve Alex. VII. 20 Julii 1660 ap. De Martinis *Jur. Pont.* p. i. p. 318, *Bull. S. C. de P. F.* vol. i. p. 140 et *Coll. Prop.* n. 360.

[2] Post indultum de 30 Nov. 1885 ap. *C. P. Balt. III.* p. civ.; *Coll. Prop.* n. 1182.

[3] Juramenti formulam vide ap. *C. Pl. B. III.* p. 209; *Coll. Prop.* n. 1179.

[4] C. Pl. B. III. p. civ.

[5] *Instr.* n. 13, S. C. de P. F. 4 Febr. 1873 ad dub. 4 et 5 ap. C. Pl. B. III. p. 210 et *Coll. Prop.* n. 1180.

[6] C. Pl. B. III. n. 63.

[7] L. c. n. 63 et 66.

[1] L. c. n. 65. Hoc. ut patet, non valet de Religiosis Apostatis et ob incorrigibilitatem canonice dimissis ideoque perpetuo suspensis. S. C. de P. F. 4 Febr. 1873 ad dub. 3. (Cfr. infra ad iv. in fine.)

[2] L. c. n. 67. [3] *Instr.* n. 14. [4] *Instr.* n. 10.

[5] Prout declaravit S. C. de P. F. 8 Apr. 1661 quoad alumnos Collegiorum Pontificiorum.—*Bull. S. C. de P. F.* vol. i. p. 146 ad iv.

[6] Ball. Palm. *Op. mor.* vol. v. tr. x. sect. 7, n. 85, nota.

[7] *Instr.* n. 6. Cfr. Declar. S. C. de P. F. 8 Apr. 1661 ad xiii.

[8] Péries l. c. p. 355.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

majus jus acquirat, ac ei ex jure communi competit. Unde privatio et remotio ab officio rectoris, si in pœnam criminis vel reatus disciplinaris fit, fieri non potest nisi confecto processu canonico; translatio autem ab una missione ad aliam aut ad aliud officium fieri debet ab Episcopo ex causis gravibus et habita meritorum ratione. Remotis et translatis appellatio ad S. Congr. de Prop. Fide aut Delegatum Apostolicum conceditur, at in devolutivo tantum.[1]—**c.** Juramentum die anniversaria vel alio stato die præmissa Confessione et Communione, pie renovantes indulgentiam plenariam, defunctis applicabilem, lucrantur.

IV. *Amittitur titulus Missionis:* **a.** *per privationem* ab Ordinario factam, postquam hic paternis ac repetitis monitis sacerdotem ad resipiscendum frustra invitavit, atque de ejus criminibus et publica diffamatione probationes certas etiam extrajudicialiter conquisitas sibi comparavit, quas in casu recursus exhibere valeat Sacræ Congregationi;[3]—**b.** *per dimissionem Officii Missionarii*;[4]—**c.** per voluntariam *substitutionem tituli patrimonii* factam cum consensu Ordinarii et S. C. de Prop. Fide, quo in casu etiam dispensatio a juramento et voto jurato obtineri ab eadem S. C. potest;—**d.** per *professionem* in religioso instituto, ut supra ad iii. **b.**—Ad quæ notandum: 1. Quamdiu Sacerdos, eo quod se indignum reddidit sacri ministerii exercendi, titulo missionis privatus, nullo resipiscentiæ signo exhibito in prava vivendi consuetudine perseverat, Episcopus non tenetur ad sustentationem illi præbendam;[5]—2. Eos, qui titulum Missionis amiserunt, Ordinarii tenentur compellere ad alterius tituli subrogationem,[6] dummodo talis in loco haberi possit;[7]—3. Quodsi titulo generatim aut etiam titulo Missionis amisso alter non substituatur, Sacerdos haud propterea remanet suspensus.[8] Ideo nec per se in ordinibus ministrare prohibe-

[1] Baart: *The Roman Court* n. 221 seq.; S. C. de Prop. Fide 20 Maj. 1887 ap. Smith *Comp. jur. can.* pag. 420 et *Coll. Prop.* n. 2153. —*Conc. Plen. Balt. III.* n. 286.

[2] *Instr.* n. 15. Cfr. Gasparri de *S. Ordinatione* n. 82.

[3] Ib. n. 11; S. C. de P. F. 4 Febr. 1873 ad Dub. 1.

[4] *Instr.* n. 13.

[5] S. C. de P. F. ibid.

[6] *Instr.* n. 11.

[7] S. C. de P. F. ib. ad Dub. 2.

[8] *Instr.* n. 11; Gasp. n. 608, 613.

tur.—E contra perpetuo suspensi sunt, donec a S. Sede eis consulatur, et ipsi Episcopum benevolum receptorem invenerint ac de ecclesiastico patrimonio sibi providerint, non solum illi, qui votis solemnibus emissis ex Ordine Religioso canonice ejecti sunt, sed etiam illi, qui in Sacris constituti vota simplicia, licet temporalia tantum, in Instituto Religioso nuncupaverunt et ex eo canonice dimissi fuerunt,[1] prout etiam ab Ordinibus ipso facto suspenduntur, qui votis simplicibus aut per dimissionem ab Apostolica Sede sponte petitam et obtentam aut per dispensationem Apostolicam aut per lapsum temporis cessantibus ex suo Instituto exeunt, priusquam Episcopum benevolum receptorem invenerint et de ecclesiastico patrimonio sibi providerint.[2] Invento tamen tali benevolo receptore et patrimonio sibi constituto suspensio hæc ipso facto cessat, quin absolutione indigeat, non autem benevolo receptore tantum invento.[3] At vero S. C. Ep. & Reg. Episcopo facultatem concedit, Clerico, qui nec receptorem nec patrimonium invenit et quem nec ipse vult recipere, permittendi, ut, dum manet in sua Diœcesi, sacros Ordines ad tempus sibi benevisum exerceat.

ARTICULUS XII.

"DELEGANDI BENEDICTIONEM CAMPANARUM, QUANDOCUMQUE EAM IPSI ABSQUE GRAVI INCOMMODO PERFICERE NEQUEANT, SACERDOTIBUS SIBI BENE VISIS, SERVATO RITU PONTIFICALIS ROMANI, ATQUE ADHIBITIS OLEIS ET AQUA AB EPISCOPO BENEDICTIS; NECNON ETIAM SINE AQUA AB EPISCOPO BENEDICTA, SI GRAVIS CAUSA CONCURRAT."

212.—Explicatio. Dicitur:

I. *Delegandi.* Episcopus enim jure ordinario gaudens benedicendi campanas facultatem hanc quidem delegare potest alii

[1] Dimissio vel expulsio Religiosi fit per sententiam a Superiore cum ejus Consilio pronunciatam (et per appellationem non suspensam) ex processu contra eum instructo, eo quod *graviter*, *externe* et *publice* culpabilis necnon, licet ter, distinctis temporibus admonitus et correctus, *incorrigibilis* fuit. S. C. Ep. et Reg. 4 Nov. 1892 *Auctis admodum* ad iii. ap. *Act. S. Sed.* xxv. 313, *N. R. Th.* xxv. 29.

[2] Ib. ad iv. et v.

[3] *N. R. Th.* xxv. 44.—*S. C. Ep.* et *Reg.* 20 Nov. 1895 ap. *Act. S. Sed.* xxviii. 559.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Episcopo in sua Diœcesi commoranti (*Coll. Prop.* n. 95), non autem (ob unctionem benedictioni adnexam) simplici Sacerdoti, licet hic sit Canonicus vel Prælatus;[1]—imo Abbates et Prælati usum pontificalium habentes, qui campanas benedicere possunt pro suis Ecclesiis,[2] hoc nec de Ordinariorum licentia possunt pro usu aliarum Ecclesiarum.[3]—Jam vero vi facultatis hujus Articuli Episcopis conceditur id quod a jure eis limitatum est; et quidem tum in hoc Art. tum in aliis concessionibus hujus facultatis, ut e. gr. in illa Episcopis Prov. Quebecensis facta, dicitur *delegandi*, non *subdelegandi*, ita ut merito inferri possit, Episcopos, dum hanc facultatem exercent, ex concessione S. Sedis jure ordinario procedere, ideoque potestatem delegatam non expirare morte Delegantis. (Cfr. n. 37, **d.**) Facultas hujus Art. ortum habet ex Decr. S. C. de P. F. 24 Jan. 1868.[4]

II. *Benedictionem.* "Campana debet benedici, antequam ponatur in campanili." (*Pont. Rom.*) Si ante benedictionem in eo ponitur, Episcopus potest prohibere, ne pulsetur et jubere eam deponere.[5]

III. *Campanarum*—earum scil., quæ pro usu sacro destinatæ sunt; cui nihil obstat, si campanæ sunt ex ferro vel chalybe. (*S. R. C.* 6 Febr. 1858 ap. Gard. n. 5259.) Non possunt benedici solemni ritu campanæ, quæ solum deserviunt profanis usibus.[6] Pro his tamen specialis formula benedictionis approbata est a S. R. C. 4 Martii 1892.[7]

IV. *Quandocumque . . . absque gravi incommodo*—e. gr. si campanæ jam sunt in campanili et absque gravibus sumptibus non possunt desumi. Tum autem si Episcopus ipse benedictionem perficit, quia non decet, ut in habitu pontificali ascendat

[1] S. R. C. 19 Apr. 1687 n. 3134, 9 Maji 1857 ap. *Coll. Miss.* n. 1318, 1320.
[2] S. R. C. 5 Apr. 1620.
[3] Alex. VII. in Decr. S. R. C. 27 Apr. 1659 ad xix. ap. Ferraris v. *Abbas* n. 31.
[4] *Conc. Pl. B. II.* p. cl. n. vi.
[5] S. C. Ep. et Reg. ap. Ferraris v. *Campana*, n. 6. 7.
[6] S. R. C. 16 Julii 1594, n. 83 ad 1. [7] *Acta S. Sedis*, xxv. 57.

turrim, etiam aliquis Sacerdos posset ascendere et aqua benedicta campanas aspergere.[1]

V. *Servato ritu Pont. Rom.* in p. ii. sub tit. *de Benedictione Signi vel Campanæ*—ubi præparanda etc. pro hac benedictione exponuntur. Servandæ ergo sunt a Sacerdote delegato unctiones[2] et reliqua. Adverte tamen ad desumpta ex Decr. S. R. C. de 14 Apr. 1885.[3] Scil. si plures campanæ simul a Sacerdote ad hoc ex indulto Apostolico delegato sunt benedicendæ, lotiones et unctiones faciendæ sunt supra singulas campanas per modum unius, dum interea semel et pausatim recitantur aut cantantur Psalmi præscripti et semel dicuntur Orationes plurali numero; thuribula seu focula aut vasa, in quibus ardeat incensum, tot adhibenda sunt et supponenda, quot sunt campanæ.—Aqua benedicenda est toties, quoties benedictio campanarum fit, et Oratio specialis ex *Pontificali* recitanda est in numero singulari vel plurali, prout perficitur benedictio unius vel plurium campanarum.

VI. *Oleo et aqua ab Episcopo benedictis* i. e. "dummodo adhibeat aquam ab eodem Rmo . . . vel ab alio Episcopo pacem et communionem cum Apostolica Sede habente ad hoc benedictam," uti habetur in aliis indultis a S. R. C. Episcopis concedi solitis.[4] *Necnon sine aqua* i. e. ita, ut facultas benedicendi aquam simul Sacerdoti sit delegata. Si delegatio hæc fuisset omissa, abstinendum esset a benedictione campanarum, quamvis omnia jam parata essent et recursus pro facultate hac obtinenda fieri non posset.[5]

Nota. Administratores Diœcesium hac facultate gaudent in Provincia Balt. et Philadelph. tantum (n. 171). Auctores, qui de campanis consuli possunt, præcipue sunt: Bened. XIV. *Inst. eccl.* xx., xxi. n. 9, 10, xlvii. n. 29, 33 (*de Baptismo Campanarum*), 34 (*de Compatribus*), lxi.—Ferraris *Biblioth.* v. *Campanæ; Freib. Kirchenlex.* v. Bd. 2. Aufl. col. 697, *Glocken.*

[1] S. R. C. 16 Julii 1594, n. 83 ad 3.
[2] S. R. C. 23 Junii 1853 ap. *Coll. Miss.* n. 1319; *Coll. Prop.* n. 1947.
[3] *Acta S. Sedis*, xxii. pag. 570-575.
[4] *Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. 65.
[5] Ita S. R. C. 14 Apr. 1885 ad vii.; *Coll. Prop.* n. 1959.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS XIII.

"ET PRÆDICTÆ FACULTATES GRATIS ET SINE ULLA MERCEDE EXERCEANTUR, NEC ILLIS UTI POSSIT EXTRA FINES SUÆ DIŒCESIS."

213.—Articulus intelligitur ex dictis n. 172.

FORMULA D.

Prænotatio. Formula hæc inscribitur:

Extr. D.

Ex audientia Sanctissimi habita die . . . Sanctissimus Dominus Noster . . . Divina Providentia Papa . . . referente subscripto S. C. de Propaganda Fide . . . attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, et spiritualibus necessitatibus animarum Christi fidelium in dissitis regionibus prospicere cupiens R. P. D. . . . sequentes facultates ad decennium (*in ed. rec.* ad quinquennium) duraturas benigne concessit.—*Sequuntur octo Art. ut infra et subscriptio ut in Formula præcedenti.*

ARTICULUS I.

"DISPENSANDI SUPER IMPEDIMENTO COGNATIONIS SPIRITUALIS INTER LEVANTEM ET LEVATUM."

214.—Vide dicta n. 125. Valet facultas pro contractis et contrahendis.

ARTICULUS II.

"DISPENSANDI IN CASIBUS OCCULTIS ET IN FORO CONSCIENTIÆ TANTUM SUPER PRIMO ET SECUNDO GRADU SIMPLICI ET MIXTO AFFINITATIS EX COPULA ILLICITA PROVENIENTIS, IN LINEA SIVE COLLATERALI SIVE ETIAM RECTA, DUMMODO, SI DE LINEA RECTA AGATUR, NULLUM SUBSIT DUBIUM QUOD CONJUX POSSIT ESSE PROLES AB ALTERO CONTRAHENTIUM GENITA, TAM IN MATRIMONIIS SCIENTER VEL IGNORANTER CONTRACTIS, QUAM IN CONTRAHENDIS."

215.—Explicatio.

Dicitur: I. *In casibus occultis.*—Quando casus sit occultus, vide supra n. 23.

II. *Et in foro conscientiæ tantum.* Quid sit dispensare pro foro conscientiæ tantum, vide n. 18, 19.

III. *Super . . . . . simplici et mixto.* Recole dicta n. 114, **b.**

IV. *Ex copula illicita:—copula* scil. per seminis immissionem ita perfecta, ut apta sit ad generationem;[1]—*illicita*—habita in fornicatione, adulterio, stupro, licet cum fœmina dormiente, amente, ebria etc. seu generatim copula extramatrimoniali, qualis consideranda etiam est ea, quæ habetur in matrimonio civili contracto in loco, ubi Tridentinum promulgatum est. Ex tali enim nec oritur publica honestas.[2]

Cum vero ex matrimoniis etiam invalide initis (nisi invaliditas veniat ex defectu consensus) impedimentum publicæ honestatis dirimens usque ad quartum gradum oriatur, etiam copula in iis habita affinitatem causat dirimentem usque ad quartum gradum, et hoc probabilius etiam, quando alterutra aut imo utraque pars fuerit in mala fide. Alii tamen in casibus malæ fidei affinitatem usque ad secundum gradum tantum sustinent.[3] Facultas vero hujus Art. in casibus, ubi publica honestas concurrit, saltem apud nos adhiberi nequit (n. 123). Ea non concurrente vi articuli dispensari potest, licet copula habita sit in adulterio aut stupro.[4]

V. *Super primo et secundo gradu . . . in linea sive collaterali sive etiam recta.*—Ergo super affinitate ex copula illicita habita cum sponsæ aut sponsi (**a.** *in lineæ* RECTÆ *gradu primo:*) patre vel matre, filio vel filia, (*gradu secundo:*) avo vel avia [*grandfather or grandmother*], nepote vel nepte [*grandson or granddaughter*],—(**b.** *in lineæ* LATERALIS *gradu primo:*) fratre vel sorore,—(*gradu primo et secundo mixto:*) patruo vel amita [*paternal uncle or . . . aunt*], avunculo vel matertera [*maternal uncle or . . . aunt*], nepote vel nepte ex fratre vel sorore [*nephew or niece*],—(*gradu secundo*) consobrino vel consobrina [*first cousin*].

[1] Feije n. 370; Konings *Comp.* n. 1589, ii.
[2] Leo XIII. 17 Martii 1879 ap. *Acta S. Sedis*, xiii. 126.
[3] Feije n. 377, 378. Unde cum in his ultimis casibus impedimentum dubium sit, matrimonio contracto standum est pro valore actus. Cfr. etiam Rosset n. 1933.
[4] Ben. XIV. *Inst.* 87 n. 20.

ARTICULUS XIII.

"ET PRÆDICTÆ FACULTATES GRATIS ET SINE ULLA MERCEDE EXERCEANTUR, NEC ILLIS UTI POSSIT EXTRA FINES SUÆ DIŒCESIS."

213.—Articulus intelligitur ex dictis n. 172.

FORMULA D.

Prænotatio. Formula hæc inscribitur:

Extr. D.

Ex audientia Sanctissimi habita die . . . Sanctissimus Dominus Noster . . . Divina Providentia Papa . . . referente subscripto S. C. de Propaganda Fide . . . attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, et spiritualibus necessitatibus animarum Christi fidelium in dissitis regionibus prospicere cupiens R. P. D. . . . sequentes facultates ad decennium (*in ed. rec.* ad quinquennium) duraturas benigne concessit.—*Sequuntur octo Art. ut infra et subscriptio ut in Formula præcedenti.*

ARTICULUS I.

"DISPENSANDI SUPER IMPEDIMENTO COGNATIONIS SPIRITUALIS INTER LEVANTEM ET LEVATUM."

214.—Vide dicta n. 125. Valet facultas pro contractis et contrahendis.

ARTICULUS II.

"DISPENSANDI IN CASIBUS OCCULTIS ET IN FORO CONSCIENTIÆ TANTUM SUPER PRIMO ET SECUNDO GRADU SIMPLICI ET MIXTO AFFINITATIS EX COPULA ILLICITA PROVENIENTIS, IN LINEA SIVE COLLATERALI SIVE ETIAM RECTA, DUMMODO, SI DE LINEA RECTA AGATUR, NULLUM SUBSIT DUBIUM QUOD CONJUX POSSIT ESSE PROLES AB ALTERO CONTRAHENTIUM GENITA, TAM IN MATRIMONIIS SCIENTER VEL IGNORANTER CONTRACTIS, QUAM IN CONTRAHENDIS."

215.—Explicatio.

Dicitur: I. *In casibus occultis.*—Quando casus sit occultus, vide supra n. 23.

II. *Et in foro conscientiæ tantum.* Quid sit dispensare pro foro conscientiæ tantum, vide n. 18, 19.

III. *Super . . . . . simplici et mixto.* Recole dicta n. 114, **b.**

IV. *Ex copula illicita:—copula* scil. per seminis immissionem ita perfecta, ut apta sit ad generationem;[1]—*illicita*—habita in fornicatione, adulterio, stupro, licet cum fœmina dormiente, amente, ebria etc. seu generatim copula extramatrimoniali, qualis consideranda etiam est ea, quæ habetur in matrimonio civili contracto in loco, ubi Tridentinum promulgatum est. Ex tali enim nec oritur publica honestas.[2]

Cum vero ex matrimoniis etiam invalide initis (nisi invaliditas veniat ex defectu consensus) impedimentum publicæ honestatis dirimens usque ad quartum gradum oriatur, etiam copula in iis habita affinitatem causat dirimentem usque ad quartum gradum, et hoc probabilius etiam, quando alterutra aut imo utraque pars fuerit in mala fide. Alii tamen in casibus malæ fidei affinitatem usque ad secundum gradum tantum sustinent.[3] Facultas vero hujus Art. in casibus, ubi publica honestas concurrit, saltem apud nos adhiberi nequit (n. 123). Ea non concurrente vi articuli dispensari potest, licet copula habita sit in adulterio aut stupro.[4]

V. *Super primo et secundo gradu . . . in linea sive collaterali sive etiam recta.*—Ergo super affinitate ex copula illicita habita cum sponsæ aut sponsi (**a.** *in lineæ* RECTÆ *gradu primo:*) patre vel matre, filio vel filia, (*gradu secundo:*) avo vel avia [*grandfather or grandmother*], nepote vel nepte [*grandson or granddaughter*],—(**b.** *in lineæ* LATERALIS *gradu primo:*) fratre vel sorore,—(*gradu primo et secundo mixto:*) patruo vel amita [*paternal uncle or . . . aunt*], avunculo vel matertera [*maternal uncle or . . . aunt*], nepote vel nepte ex fratre vel sorore [*nephew or niece*],—(*gradu secundo*) consobrino vel consobrina [*first cousin*].

[1] Feije n. 370; Konings *Comp.* n. 1589, ii.
[2] Leo XIII. 17 Martii 1879 ap. *Acta S. Sedis*, xiii. 126.
[3] Feije n. 377, 378. Unde cum in his ultimis casibus impedimentum dubium sit, matrimonio contracto standum est pro valore actus. Cfr. etiam Rosset n. 1933.
[4] Ben. XIV. *Inst.* 87 n. 20.

VI. *Dummodo, si de linea recta agatur, nullum subsit dubium quod conjux possit esse proles ab altero contrahentium genita,* ne scilicet ullum adsit periculum nuptias contrahendi aut permanendi in matrimonio cum propria prole.

VII. *Tam in matrimoniis scienter vel ignoranter contractis, quam in contrahendis.* Quid sibi velint verba: *contractis;* item *scienter vel ignoranter,* vide supra n. 16.

Nota. 1. Vi *Pag. S. Pœn. sub n. xii.* eadem at in strictiori forma conceditur facultas exercenda in confessione sacramentali: "Dispensandi super occulto impedimento primi necnon primi et secundi, ac secundi tantum gradus affinitatis provenientis ex illicita copula, quando agatur de matrimonio cum dicto impedimento jam *contracto:* ita tamen, ut, si hujusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatæ, nativitas desponsatæ copulam ipsam antecedat: monito Pœnitente de necessaria secreta renovatione consensus cum sua putata uxore, vel suo putato marito, certiorato, seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute, ut *ipsius delictum nusquam detegatur,*[1] et, quatenus hæc certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis Auctoribus traditas: remota occasione peccandi; atque injuncta pœnitentia salutari, et confessione sacramentali semel in mense per tempus arbitrio tuo statuendum." (N. 82, nota.)

II. Ex n. 6, et Resp. S. Pœn. 30 Julii 1873 ap. *Coll. Prop.* n. 2181, patet, tum facultatem Articuli, tum eam ex Pag. S. Pœn. applicari posse etiamsi impedimentum sit numerice multiplex, ut si sponsus cum sponsæ sorore et matre copulam habuit etc. Quæ in supplica, adhibitis nominibus fictis, sint exprimenda, cfr. n. 118, ii.—Facultas, si adhibetur in foro sacramentali, valet etiam pro peregrinis, tum ob dicta n. 49, ad **d.** tum quia non additur: "cum tuis subditis," ut in seq. Art.

[1] Unde facultas hæc adhiberi nequit, si altera pars delicti et impedimenti ex eo orientis conscia sit.

ARTICULUS III.

"DISPENSANDI CUM SUIS SUBDITIS SUPER IMPEDIMENTO DISPARITATIS CULTUS, QUATENUS SINE CONTUMELIA CREATORIS FIERI POSSIT, ET DUMMODO CAUTUM OMNINO SIT CONDITIONIBUS AB ECCLESIA PRÆSCRIPTIS AC PRÆSERTIM DE AMOVENDO A CATHOLICO CONJUGE PERVERSIONIS PERICULO, DEQUE CONVERSIONE CONJUGIS INFIDELIS PRO VIRIBUS CURANDA, AC DE UNIVERSA PROLE UTRIUSQUE SEXUS IN CATHOLICÆ RELIGIONIS SANCTITATE OMNINO EDUCANDA: SERVATA IN RELIQUIS ADJECTA INSTRUCTIONE TYPIS IMPRESSA; EXCEPTO TAMEN CASU MATRIMONII CUM VIRO VEL MULIERE JUDÆIS NISI ADSIT PERICULUM IN MORA: TUM VERO SINGULIS TRIENNIIS REFERAT QUOT IN CASIBUS DISPENSAVERIT.

216.—Explicatio. Dicitur:

I. *Cum subditis,* i. e. cum subditis catholicis. Quemadmodum enim impedimentum disparitatis cultus, ita etiam facultas in eo dispensandi, *directe* tantum baptizatos afficit. Licet vero hæretici ac schismatici, qua baptizati, jurisdictioni Ecclesiæ subditi sint, ab ejus tamen favoribus, ideoque et a dispensatione, excluduntur. Evidens est igitur per subditos hic solos intelligi catholicos, non hæreticos, cum infideli nuptias contracturos.

Infidelium nomine hic non veniunt soli pagani seu ethnici, ut quidam opinatur; sed non-baptizati, prout vel ex eo patet, quod a dispensationis beneficio excludantur catholici, qui cum viro vel muliere Judæis contrahere vellent: Judæi enim certo non sunt pagani.

217.—II. Post verbum: *subditis* hic ante 1894 insertum erat: **a.** *Exceptis Italis, de quibus non constat Italicum domicilium omnino deseruisse.* Vi hujus Clausulæ Italis ("ratione linguæ et regionis"),[1] quos ex die 30 Aug. 1865 (quo Pius IX. ad Italiam ab infidelitate et hæresi præservandam eam apponi jussit)[2] Italicum domicilium non esse resumpturos, certum non erat, dispensatio hujus et sequentis Art. concedi non potuit. Verum die 4 Martii

[1] S. Off. 11 Julii 1866 ap. Gasparri n. 609.
[2] *C. Pl. B. II.* p. 231; *Acta S. Sedis,* ii. 672.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1887 S. C. S. Off. decrevit, Clausulam hanc ex utroque Art. demendam esse.[1]—**b.** "*atque excepto casu matrimonii cum viro vel muliere Judæis:* sub quibus tamen non intelligebantur nec nunc excipiuntur illi ad hanc gentem pertinentes, qui nullo modo exercent religionem Judaicam et plerumque nec circumcisi sunt (*Reformed Jews*).[2] Pro reliquis Judæis post annum 1894 provisum est per additum in fine Articuli.

218.—*Sine contumelia Creatoris,*—de qua S. C. de Prop. Fide 13 Sept. 1760 ita loquitur:

"Contumelia . . . Creatoris vitari debet respectu—**a.** contrahentis fidelis,—**b.** prolis nascituræ,—**c.** contrahentis infidelis.—Ideo in contrahente fideli cessare debet periculum perversionis; respectu prolis nascituræ debet in tuto esse educatio in vera Religione; et in contrahente infideli debet aliqua conversionis spes affulgere, ut remotius sit periculum perversionis, tum respectu conjugis fidelis, tum prolis nascituræ."[3]—Absit ergo oportet periculum proximum istius contumeliæ: proximum, inquam, seu quod remotum evasurum esse non speratur, sive spes illa desit ob animi dispositionem compartis catholicæ sive ob alia adjuncta (cfr. infra n. 219, nota) sive ob perversitatem partis acatholicæ, propter quam in regionibus, in quibus polygamia toleratur, si infidelis in concubinatu vivit, usus hujus facultatis fieri nequit, nisi remoto polygamiæ periculo.[4]—Dispensans ergo, ut procedere possit, moraliter certus esse debet de absentia hujus contumeliæ. Hæc moralis certitudo imprimis acquiritur per *cautiones* contrahentium, de quibus mox.

IV. *Dummodo cautum omnino sit conditionibus, etc.* Hæc cautio, accurate et strictissime sumpta, hodie generatim loquendo non juratam quidem,[5] at "talem" tamen exigit "promissionem quæ, in pactum deducta, præbeat morale fundamentum de veritate executionis, ita ut prudenter ejusmodi

[1] Zit. *Disp.* p. 94; *A. E. Rev.* 1891, ii. p. 301.

[2] Ita S. C. S. Off. 5 Apr. (*al.* 3 Aug.) 1889 ap. *A. E. Rev.* 1891. i. p. 90, (ubi tamen interpretatio hujus Decreti minus recta est); Feije ed. 4, n. 623; S. C. S. Off. 12 Jul. 1882 ap. *Coll. Prop.* n. 1277.

[3] *Coll. Miss.* n. 885; *Coll. Prop.* n. 1261; *N. R. Th.* xv. 417.

[4] S. C. S. Off. 11 Jul. 1886 ad vi. ap. *Act. S. Sed.* xxii. 746.

[5] Conc. Prov. Antequeren. part. i. sect. iii. tit. viii. ad. xi. stricte præscribit "juratas cautiones in scriptis ab utroque sponso dandas."

executio præsumi possit."[1] *Pars infidelis* ergo polliceri debet: **a.** universæ utriusque sexus prolis et in Catholica Ecclesia baptismum et in Catholica Religione educationem: prolis, inquam, ut supra, nascituræ, aut jam natæ sive ex commercio illicito, sive ex præcedenti partis catholicæ matrimonio: **b.** omnino liberum fore Catholicæ Religionis exercitium tum parti catholicæ, tum proli præfatæ. *Pars catholica* spondere debet tum suæ prolis, ut supra, baptismum et educationem, tum infidelis conversionem, prudenter quidem, at pro viribus, procurandam.[2]

"Promissio . . . *ita seria* debet esse, ut Episcopus valeat sibi comparare moralem certitudinem, quod ab heterodoxo" vel infideli "conjuge fideliter observabitur atque implebitur: et quando ipse sive ob subjecti qualitates sive ob alias circumstantias talem certitudinem acquirere non valet, jure potest exigere ut jurejurando promissio firmetur."[3] "Quoties (Episcopi) in casu particulari persuasum habeant, easdem cautiones non sincere præstari, dispensationem minime largiantur."[4]—Modus promittendi varius observatur pro variis temporum, locorum, personarum adjunctis. In *Conc. Plen. Balt. II.* n. 334 "solemnis coram Deo promissio" requiritur. "In genere promissio oralis non sufficit. . . Hinc Ordinarius et post eum Parochus ad minus exigere solet *a parte hæretica" vel infideli* "promissionem scriptam, quæ servatur in archivio parochiali." "Promissio a parte catholica facienda sufficit simplex etiam oralis tantum."[5]—Ita præscindendo a statutis in singulis Diœcesibus conditis.—Demum Conc. cit. n. 335 pro hisce regionibus monet "Pastores, ut in his promissionibus exigendis fortiter quidem in re, in modo tamen suaviter se gerant, ne æmulationem quidem Dei habentes, sed non secundum scientiam (*Rom.* x. 2) utrumque sponsum exasperent, indeque mala oriantur graviora."

[1] S. C. S. Off. 30 Junii 1842 ap. Feije n. 568 (1).

[2] *Conc. Pl. Balt. III.* n. 130.

[3] S. C. S. Off. 17 Febr. 1875, apud Gasparri n. 453; *Coll. Prop.* n. 1437.

[4] S. C. S. Off. 17 Apr. 1879 ad Ep. Ottawien. in Can.; Gasp. ib.; *Coll. Prop.* n. 1429.

[5] Ita Gasparri l. c.—Formulam vide supra n. 93.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

219.—V. *Servata in reliquis adjecta instructione typis impressa.*—Instructio hæc est de 15 Nov. 1858 et habetur ap. *Conc. Plen. Balt. II.* p. 311. Alia Instr. de 25 Martii 1868 invenitur ib. p. 344.[1]—Præsentis igitur facultatis usus *regulis* subjicitur, quæ quoad *mixta* conjugia servandæ sunt, ita ut dicta in hoc et præcedenti numero tum ad impedimentum disparitatis cultus tum ad illud mixtæ religionis (n. 221) proportione servata applicanda sint.

Prima ergo *regula* est: ut exigantur *cautiones* (ut supra n. 218), "quæ remitti seu dispensari numquam possunt, cum in ipsa naturali ac divina lege fundentur."

Secunda est, ut præterea adsit *gravis causa* seu "*justa gravisque causa canonica*,[2] sine qua permitti prorsus nequit, ut fideles gravibus fidei ac morum periculis, etiam sub opportunis cautionibus sese exponant." Causa canonica, prout dicit Benger[3] cum Bangen, et hoc convenit cum effatis Clementis XI. et Pii VII.,[4] debet esse *fere publica*, seu, ut docet Bened. XIV.,[5] "gravis aliqua ac *plerumque publica* causa, quæ si deficiat, licet cæteræ supra memoratæ adsint conditiones, dispensatio nequaquam impertiri solet." Tales causæ essent e. gr. spes probabilis conversionis totius familiæ,—educatio prolis catholicæ ex priori matrimonio mixto, in quo conjux catholicus mortuus est,—vitatio gravis scandali alias orituri, quod plerumque aderit, si sponsa imprægnata est,[6]—vesanus amor, conjunctus cum periculo ex circumstantiis particularibus probabiliter imminenti contrahendi matrimonium coram magistratu civili aut præcone hæretico[7] (quæ causa apud nos plerumque adest[8]),—aliquando etiam magnum bonum privatum, ut magna spes partem acatholicam ad veram fidem convertendi[9] etc. Aliæ "causæ, quæ privata magis commoda respiciunt v. gr.

[1] Utraque est ap. Feije ed. 4, p. 877 et 882.
[2] Cfr. etiam Instr. de anno 1868 l. c.
[3] *Pastoralth.* iii. p. 869. Cfr. Gasparri n. 455.
[4] Ap. Feije: *de Matr. mixtis*, Lovaniæ, 1847, p. 12 et 19.
[5] *De Syn. Diœc.* ix. cap. 3, n. 5.
[6] *Past. Bl.* 1869, p. 98.
[7] Instr. S. C. de P. F. 9 Maji 1877 ad xi.
[8] Heiss p. 75; *Past. Bl.* l. c. et *Conc. Plen. Balt. III.* n. 131.
[9] Lehmkuhl ii. n. 715.

ætas superadulta, angustia loci, dotis incompetentia, bonum pacis, sponsalia bona fide contracta, ob quæ timendum foret ut innupta ac diffamata remaneret sponsa, de sensu S. Sedis non facile per se sufficiunt; attamen in praxi nostra earundem causarum habetur ratio, dummodo aliæ rerum circumstantiæ concurrant, quibus illis pondus accrescat." Ita de praxi Diœcesis Monasteriensis scribit Bangen ap. Gasparri n. 455, ex cujus judicio hæc praxis cohæret verbis Bened. XIV. supra citatis.—Demum apud nos, ob periculum prolis, gravior causa requiritur, ut vir catholicus ducat uxorem acatholicam, quam ut mulier catholica nubat viro acatholico. Alibi aliquando, ut in Sinis, contrarium obtinet ob periculum perversionis uxoris, quæ fere est serva mariti.

In locis, ubi pauci catholici (christiani) sunt, etiam difficultas inveniendi virum catholicum vel mulierem catholicam, sufficiens causa dispensationis esse videtur. Ita secundum Eppum Bray p. 97, et Eppum Rosset n. 1753. Cfr. etiam Ferraris v. *Hæreticus* n. 22.

Dispensatio sine justa causa ab Episcopo vi indulti seu vi facultatis hujus Art. concessa invalida est et Episcopus circa causæ sufficientiam sequi debet praxin Sedis Apostolicæ. Gasparri l. c.—Recole etiam dicta n. 44 et 57, **a.**, quoad praxin n. 59.

Tertia regula demum est *rubricalis* et præcipit,. "ut hæc mixta conjugia extra Ecclesiam," in loco tamen decenti, ut in sacristia aut in cappella privata[1] vel etiam in domo parochiali, "et absque Parochi benedictione ulloque alio ecclesiastico ritu celebrari debeant."—Omittendæ ergo sunt cæremoniæ *in Rituali*, scil. verba: *Ego vos conjungo*,[2] benedictio annuli, cæteræque orationes,—benedictio nuptialis *in Missali* una cum Missa pro Sponso et Sponsa, item alia Missa, si "ea habeatur tanquam complementum cæremoniæ matrimonii."[3] Hinc Parochus—absque usu alicujus vestis sacræ, ut superpellicei et stolæ:[4]—cum testibus mere præsens audiat mutuum partium

[1] S. C. S. Off. 17 Jan. 1877 ap. Gasparri n. 463. Cfr. tamen Gury ii. 829, ubi sacristia excluditur.
[2] S. C. S. Off. 26 Nov. 1835 ap. Gasparri n. 458 et *Act. S. Sed.* xxv. 382.
[3] S. C. S. Off. 17 Jan. 1872 ap. Gasp. n. 463.
[4] Gasparri, n. 463.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

consensum,' et matrimonium in libro inscribat.[1] Huic mere *passivæ assistentiæ* autem non repugnat, ut Parochus partes interroget de consensu eumque recipiat, uti apud nos fit, aut monitionem vel concionem faciat de vinculo matrimonii etc., arbitrio tamen Ordinarii.[2]

Proclamationes demum, si id ad detegenda impedimenta necessarium et opportunum judicet Ordinarius, licite præmittuntur tum matrimoniis mixtis,[3] tum illis, quæ inter catholicos et infideles cum dispensatione Apostolica contrahuntur,[4] omissa tamen mentione Religionis contrahentium.

VI. In casibus, quibus regula hæc rubricalis de contrahendis hisce nuptiis extra Ecclesiam et absque Parochi benedictione servari non possit, "quin graviora exinde oriantur damna et mala," "Sanctitas Sua . . . prudenti . . . Antistitum arbitrio committit, ut ipsi salvis firmisque semper ac perdiligenter servatis cautionibus" (supra n. 218) "judicent, quando . . . . tolerari queat mos adhibendi ritum pro Matrimoniis contrahendis in Diœcesano Rituali[5] legitime præscriptum exclusa tamen semper Missæ celebratione"—(i. e. Parochi *assistentiam activam*) "ac diligentissime perpensis omnibus rerum, locorum ac personarum adjunctis, atque onerata ipsorum Antistitum conscientia super omnium circumstantiarum veritate et gravitate." "Exoptat autem Sanctitas Sua, ut Antistites hujusmodi tolerantiam majori, quo fieri potest, silentio ac secreto servent."[6] "Graviora damna et mala," ad quæ vitanda assistentia activa tolerari potest, juxta Responsum S. C. S. Off. de 4 Dec. 1862[7] ad dubia Vicarii Apost. Maysurii, a S. C. de P. Fide omnibus Vic. Apost. Indiæ transmissum, oriuntur: "1. Quotiescumque ob denegatam matrimoniis mixtis benedictionem facile excitarentur hæreticorum querimoniæ et odia adversus fideles legesque ecclesiasticas: 2. quotiescumque denegata a parocho catholico

[1] Cfr. *Excerpta ex Rit. Rom.* ed. 8, p. 242. [2] Gasp. l. c.
[3] *Excerpta* l. c.; Konings *Comp.* ii. p. 395; Feije *de Imp.* n. 571.
[4] S. Off. 4 Julii 1874 ap. Gasparri n. 621.
[5] *Excerpta* p. 204.
[6] Instr. anni 1858, § *Quod si;* cfr. Instr. anni 1868. Utraque ap. Feije ed. 4, p. 877 et 882.
[7] *Coll. Miss.* n. 908; Feije n. 572 et pag. 827, (888); Gasparri n. 465.

benedictione sponsi, ante vel post coram illo celebratum matrimonium, ministellum adeant, vel etiam in heterodoxorum templum conveniant ad sacrilegam benedictionem obtinendam, parocho catholico omnino posthabito: 3. quotiescumque insuper timendum esset quod, recusata ab ipsis expetita benedictione aut non servarentur necessariæ cautiones de amovendo a catholico conjuge perversionis periculo et de universa prole in catholica religione educanda, aut, quod detestabilius foret, ne pars catholica ad hæreticorum castra in sui et futuræ prolis æternam perniciem transiret. Evidenter hæc *et similia* sunt gravia illa damna ac mala." Additur dein, Præsules ob locorum distantiam *etiam per Missionarios* zelo secundum scientiam præditos et a se bene circa hanc rem instructos hanc facultatem de matrimoniis mixtis benedicendis exercere posse: et *quoad secretum* in instructione præscriptum continuatur, illud non esse presse intelligendum, ut nemini innotescat. "Etenim . . . Sanctitas Sua monitos esse voluit Præsules ut *non passim* et *absque delectu* matrimoniis mixtis benedictio impertiatur, *nec per publicas instructiones*, veluti etiam *per modum regulæ*, tali utantur facultate, sed prudenter admodum et caute, ut oblivioni non tradantur saluberrimæ Ecclesiæ conditiones, quæ semper implicite talibus dispensationibus adjunctæ intelliguntur."

Hæc quidem de causis. In casibus vero singularibus, pro quibus solis prædicta tolerantia assistentiæ activæ juxta tenorem instructionis permittitur, alia adjuncta adhuc consideranda sunt, ut ex verbis ejusdem Instr. supra allegatis patet.[1]

NOTA. Parochus priusquam in mixtis matrimoniis dispensationem petat (a fortiori Episcopus priusquam eam concedat) certitudinem habere debet de existentia causæ, et præsertim de sufficientia cautionum. *Seria promissio*, ut supra n. 218, *per se* quidem plerumque certitudinem moralem fundat; at circumstantiæ personæ promittentis, præsertim acatholicæ timorem saltem probabilem quandoque ingerunt, ne promissa non adimpleantur, ut si vir acatholicus in priori matrimonio mixto fidem de liberis catholice

[1] De sensu tolerantiæ canonicæ cfr. quæ egregie scripsit Nilles in *Zeitschr. f. K. Theol.* Innsbr. 1893 pag. 245 seq. et separatim: "Tolerari potest." *De juridico valore Decreti Tolerantiæ Commentarius* Œniponte 1893.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

educandis fregisset, aut sit bonæ quidem sed non sat firmæ voluntatis et dependeat a parentibus, cognatis aliisque, Religioni catholicæ inimicis, qui ad labefactandam ejus voluntatem nihil intentatum relicturi sint, aut pertineat ad sectam recens ortam æstuque proselytismi candentem, aut si pars catholica hebetioris esset ingenii, laxioris conscientiæ, imbecillæ fidei, acatholica vero majori zelo religioni acatholicæ dedita, aut si conjuges mixtæ religionis habitarent in loco, ubi nulla Ecclesia vel schola catholica est, et liberorum in religione catholica educatio difficillima vel fere impossibilis esset, aut si pro casu mortis partis catholicæ educationi prolis in religione catholica nullo modo provideri posset etc.[1] Hæc vel similia promissionem vel juramento firmatam incertam reddere possunt.

Jam quæres, quid agendum, si tales circumstantiæ concurrunt? aut si cautiones ex parte acatholica non præstentur, matrimonium vero ob prægnantiam sponsæ, ob pœnam carceris non consentienti in matrimonium imminentem urget, et nuptiis coram Parocho catholico denegatis timendum est, ne cum majori damno partis catholicæ et prolis celebrentur coram præcone acatholico?

Resp. Disting. Si pars catholica pactum iniit de prole acatholice educanda aut minatur cum defectione a fide, vel cum matrimonio coram ministro acatholico contrahendo, et nullo modo persuaderi potest, ut pactum hoc irritet, minarumque pœniteat: omnis cooperatio Parochi omitti debet.[2]—Secus vero casus cum omnibus circumstantiis ad Episcopum deferendus est, qui, quamvis ex indulto Apostolico dispensare nequeat, permittere potest, ut Parochus passive assistat matrimonio, quod pars catholica cum gravi peccato init. Ita S. Sedes *declaravit* in Instr. ad Episcopos Bavariæ 12 Sept. 1834, ad Eppos Hungariæ 30 Apr. 1841 et alias. Cfr. Lehmkuhl ii. 696; Ball. Palm. *Op. mor.* vol. vi. n. 1100 seq.; D'Annibale iii. 465 (27). Quod si prædicti casus occurrant in locis, pro quibus S. Sedes declarationem non edidit, Ordinarius priusquam Parocho assistentiam permittat, si tempus est, recurrat ad S. Sedem. Gasparri n. 447; Feije n. 570.

220.—VII. **a.** Facultas valet etiam pro matrimoniis contractis.—Sed neque in his dispensatio dari potest, nisi servatis *cautionibus* et ex *causa gravi* (ut supra n. 218, 219). *Cautiones* sufficientes aliquando habentur in moribus non-baptizati et in ejus modo se gerendi, ita ut promissiones expressæ inutiles con-

[1] Joder p. 52.

[2] *C. P. Bl. II.* n. 338.

siderari possint.—*Causa gravis* et sufficiens est salus animæ illorum, qui in tali matrimonio jam diu vixerunt, præsertim si filios genuerint vel parti baptizatæ difficile sit, ab infideli conjuge separari. Ita S. C. S. Off. 5 Sept. 1736 ap. *Coll. Prop.* n. 1258.—Præterea si, infideli baptizari renuente, pars *vere* catholica et periculo perversionis non exposita, quæ absque gravi incommodo separari nequit, serio promittit, se velle curare modo quo fieri possit, prolis catholicam educationem, et conjugis infidelis conversionem, vi facultatis dispensari potest ab impedimento cultus disparitatis, quin ab infideli formalis promissio educationis prolis in religione catholica detur,—proin, "patefacta, *quoad fieri poterit*, etiam parti infideli prioris matrimonii nullitate" et, ad scandala declinanda privatim inter solos conjuges renovato consensu, matrimonium revalidari. Ita S. C. S. Off. 12 Jan. 1769.[1]—Casu, quo sine magno incommodo renovatio consensus compartis infidelis impetrari nequit, sufficit, ut pars catholica, quam solam impedimentum disparitatis cultus respicit, consensum suum renovet et pars infidelis in consensu ab initio dato perseveret (S. Alph. vi. 1114), prouti in eodem casu etiam sanatio in radice indulgeri solet. (Cfr. Resp. Emi Præfecti S. C. P. F. 8 Maji 1889 ap. *A. E. Rev.* xvi. 543.) Hæc tamen vi Art. 6 hujus Formulæ concedi potest solum in suppositione, quod nullitas matrimonii sit occulta et pars infidelis eam ignoret juxta dicenda n. 225.

b. "Ecclesia dispensando cum parte catholica super disparitate cultus, ut cum infideli contrahat, dispensare *intelligitur* ab iis etiam impedimentis, a quibus *exempta est* pars infidelis, ut inde hujus exemptio propter contractus individuitatem communicata remaneat et alteri."[2]

Dicitur: *intelligitur*. Unde: 1. impedimentum, licet non expressum, hoc in casu tollitur; attamen tale tantum, a quo 2. infidelis *certe est exemptus* e. gr. affinitas ex copula illicita; non

[1] *Coll. Miss.* n. 888, cfr. n. 896; *Coll. Prop.* n. 1263, 1265, 1273, 2186; Gasparri n. 617; *N. R. Th.* xv. 428; Sica: *Cas. consc.* App. ii. p. 64.

[2] Ita S. Off. 3 Martii 1825 ap. *Recueil . . . de Québec* p. 270; Gasparri n. 701; Smith: *The Marriage Process*, Benziger, 1893, n. 248; *Act. S. Sed.* xxv. 583; *Coll. Prop.* n. 1235.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vero, a quo Ecclesia numquam dispensat, ut consanguinitas in primo gradu lineæ collateralis, consanguinitas et affinitas in linea recta.—Dicitur: *exemptio propter contractus individuitatem communicata.* Unde non tollitur impedimentum parti catholicæ proprium e. gr. votum castitatis, et Episcopus hoc in casu facultate hujus Art. uti nequit, nisi habeat congruum indultum cumulandi. In facultate præterea subaudienda est Clausula: *nec illis uti possit extra fines suæ diœcesis,* i. e. pars catholica in Diœcesi domicilium vel quasi-domicilium habere debet ac in ea versari eo momento, quo dispensatio conceditur (n. 52). Excipe casum indulti Nostris Episcopis concessi. Cfr. l. c.

ARTICULUS IV.

"DISPENSANDI CUM SUIS SUBDITIS, SUPER IMPEDIMENTO IMPEDIENTE MIXTÆ RELIGIONIS, DUMMODO CAUTUM OMNINO SIT CONDITIONIBUS AB ECCLESIA PRÆSCRIPTIS PROUT IN SUPERIORI NUM. 3."[1]

221.—Explicatio.

Dicitur: I. *Super impedimento impediente mixtæ Religionis* seu quando agitur de matrimonio *contracto* vel *contrahendo* partem catholicam inter et hæreticam, alicui sectæ adscriptam aut *schismaticam.—Schismaticam* dico: nam "matrimonia catholicos inter et schismaticos quoad conditiones canonicas præmitti solitas, æquiparanda sunt matrimoniis mixtis i. e. catholicos inter et hæreticos (baptizatos) contrahendis."[2]

II. *Dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis, prout in superiori No.* 3. Vide supra n. 218, 219. Adde: et dummodo si de matrimonio *contrahendo* agitur, aliud non obstet impedimentum, ut patet ex facultate proxime sequenti aliisque S. Sedis documentis.[3] Si tamen Episcopus facultatem obtinuit dispensandi in impedimentis etiam cumulatis, dispensare quoque poterit, dummodo impedimentum mixtæ religionis cumuletur cum impedimento, super quo ex

[1] Episcopi Canadenses hanc facultatem habent in Form. T. art. 7. (Cfr. n. 249.)

[2] S. C. de Prop. Fide 11 Apr. 1894 ap. *A. E. Rev.* vol. ix. 59, 60.

[3] Ap. Feije n. 627 (628).

Apostolicæ Sedis indulto dispensare ipse possit. Addendum præterea, prout n. 52 jam diximus, in hac facultate licet comprehendatur Formula, quæ non habet Clausulam: *nec illis uti possit extra fines suæ diœcesis,* ex mente S. Sedis tamen hanc Clausulam subaudiendam. Cfr. tamen ib. Indultum nostris Episcopis concessum.

ARTICULUS V.

"DISPENSANDI IN MATRIMONIIS MIXTIS JAM CONTRACTIS, NON ITEM IN CONTRAHENDIS, SUPER GRADIBUS CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS, SUPER QUIBUS APOSTOLICAM FACULTATEM PRO CATHOLICIS JAM OBTINUIT, QUATENUS PARS CATHOLICA, PRÆVIA ABSOLUTIONE AB INCESTUS REATU ET CENSURIS, CUM PARTE ACATHOLICA RITE ET LEGITIME MATRIMONIUM CONTRAHERE DE NOVO POSSIT, PROLEMQUE SUSCEPTAM AC SUSCIPIENDAM LEGITIMAM DECLARANDI DUMMODO CAUTUM OMNINO SIT CONDITIONIBUS AB ECCLESIA PRÆSCRIPTIS PROUT IN SUPERIORI NUM. 3."

222.—Explicatio.

Dicitur: I. *Mixtis,* ut n. 221, non cum non-baptizatis contractis.

II. *Non item in contrahendis;* et in his etiam, si ut supra n. 221 dictum fuit, Episcopus munitus sit speciali indulto dispensandi in impedimentis cumulatis etiam quoad mixtam Religionem.

III. *Super gradibus consanguinitatis et affinitatis, super quibus Apostolicam facultatem pro Catholicis jam obtinuit.* Gradus, super quibus Episcopi nostri hanc facultatem, vi Formularum, habent, sunt ii, qui exprimuntur in Art. 6 Form. I.; in Art. 2 Form D.; in facultatibus Form E.

IV. *Prævia absolutione ab incestus reatu et censuris.* Solo incestu nulla contrahitur censura, sed per matrimonium scienter contractum absque dispensatione in consanguinitatis vel affinitatis gradu prohibito olim ex *Clem. un. de Consang. et Affinitat.* incurrebatur excommunicatio latæ sententiæ non reservata, quæ tamen per Const. *Apostolicæ Sedis* cessavit. Cum autem Greg. XIV. in Const. *Sicut antiquus* de 1 Martii

vero, a quo Ecclesia numquam dispensat, ut consanguinitas in primo gradu lineæ collateralis, consanguinitas et affinitas in linea recta.—Dicitur: *exemptio propter contractus individuitatem communicata.* Unde non tollitur impedimentum parti catholicæ proprium e. gr. votum castitatis, et Episcopus hoc in casu facultate hujus Art. uti nequit, nisi habeat congruum indultum cumulandi. In facultate præterea subaudienda est Clausula: *nec illis uti possit extra fines suæ diœcesis,* i. e. pars catholica in Diœcesi domicilium vel quasi-domicilium habere debet ac in ea versari eo momento, quo dispensatio conceditur (n. 52). Excipe casum indulti Nostris Episcopis concessi. Cfr. l. c.

ARTICULUS IV.

"DISPENSANDI CUM SUIS SUBDITIS, SUPER IMPEDIMENTO IMPEDIENTE MIXTÆ RELIGIONIS, DUMMODO CAUTUM OMNINO SIT CONDITIONIBUS AB ECCLESIA PRÆSCRIPTIS PROUT IN SUPERIORI NUM. 3."[1]

221.—Explicatio.

Dicitur: I. *Super impedimento impediente mixtæ Religionis* seu quando agitur de matrimonio *contracto* vel *contrahendo* partem catholicam inter et hæreticam, alicui sectæ adscriptam aut *schismaticam.—Schismaticam* dico: nam "matrimonia catholicos inter et schismaticos quoad conditiones canonicas præmitti solitas, æquiparanda sunt matrimoniis mixtis i. e. catholicos inter et hæreticos (baptizatos) contrahendis."[2]

II. *Dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis, prout in superiori No.* 3. Vide supra n. 218, 219. Adde: et dummodo si de matrimonio *contrahendo* agitur, aliud non obstet impedimentum, ut patet ex facultate proxime sequenti aliisque S. Sedis documentis.[3] Si tamen Episcopus facultatem obtinuit dispensandi in impedimentis etiam cumulatis, dispensare quoque poterit, dummodo impedimentum mixtæ religionis cumuletur cum impedimento, super quo ex

[1] Episcopi Canadenses hanc facultatem habent in Form. T. art. 7. (Cfr. n. 249.)

[2] S. C. de Prop. Fide 11 Apr. 1894 ap. *A. E. Rev.* vol. ix. 59, 60.

[3] Ap. Feije n. 627 (628).

Apostolicæ Sedis indulto dispensare ipse possit. Addendum præterea, prout n. 52 jam diximus, in hac facultate licet comprehendatur Formula, quæ non habet Clausulam: *nec illis uti possit extra fines suæ diœcesis,* ex mente S. Sedis tamen hanc Clausulam subaudiendam. Cfr. tamen ib. Indultum nostris Episcopis concessum.

ARTICULUS V.

"DISPENSANDI IN MATRIMONIIS MIXTIS JAM CONTRACTIS, NON ITEM IN CONTRAHENDIS, SUPER GRADIBUS CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS, SUPER QUIBUS APOSTOLICAM FACULTATEM PRO CATHOLICIS JAM OBTINUIT, QUATENUS PARS CATHOLICA, PRÆVIA ABSOLUTIONE AB INCESTUS REATU ET CENSURIS, CUM PARTE ACATHOLICA RITE ET LEGITIME MATRIMONIUM CONTRAHERE DE NOVO POSSIT, PROLEMQUE SUSCEPTAM AC SUSCIPIENDAM LEGITIMAM DECLARANDI DUMMODO CAUTUM OMNINO SIT CONDITIONIBUS AB ECCLESIA PRÆSCRIPTIS PROUT IN SUPERIORI NUM. 3."

222.—Explicatio.

Dicitur: I. *Mixtis,* ut n. 221, non cum non-baptizatis contractis.

II. *Non item in contrahendis;* et in his etiam, si ut supra n. 221 dictum fuit, Episcopus munitus sit speciali indulto dispensandi in impedimentis cumulatis etiam quoad mixtam Religionem.

III. *Super gradibus consanguinitatis et affinitatis, super quibus Apostolicam facultatem pro Catholicis jam obtinuit.* Gradus, super quibus Episcopi nostri hanc facultatem, vi Formularum, habent, sunt ii, qui exprimuntur in Art. 6 Form. I.; in Art. 2 Form D.; in facultatibus Form E.

IV. *Prævia absolutione ab incestus reatu et censuris.* Solo incestu nulla contrahitur censura, sed per matrimonium scienter contractum absque dispensatione in consanguinitatis vel affinitatis gradu prohibito olim ex *Clem. un. de Consang. et Affinitat.* incurrebatur excommunicatio latæ sententiæ non reservata, quæ tamen per Const. *Apostolicæ Sedis* cessavit. Cum autem Greg. XIV. in Const. *Sicut antiquus* de 1 Martii

1590,[1] in *Bullarium* non inserta, in virtute obedientiæ præceperit omnibus Ordinariis, ut contra incestuosos, præsertim in primo vel secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis sine dispensatione matrimonium contrahentes cum gravibus pœnis procedant, ideo *præsumit* S. Sedes, in singulis *Diœcesibus*, jure particulari, incestum, etiam extra matrimonium nulliter contractum, præcipue in gradu primo et secundo, excommunicationem habere annexam, et inter casus reservatos recenseri. Quare in Rescriptis, uti in facultate Art. præsentis pro incestu datur etiam facultas absolvendi, quæ in Decreto fulminationis ante dispensationem impertienda est.[2] (Cfr. n. 75.) At si hæc præsumptio non verificatur et cum ex 25 Junii 1885 copulæ incestuosæ amplius mentio facienda non sit, absolutio ab his censuris plerumque fit nonnisi ad obediendum S. Sedi.

Nota. Per se patet in usu præsentis facultatis servanda esse quæ notavimus n. 216 seq.: quæ item servanda sunt quotiescumque Episcopus, munitus facultate dispensandi in cumulatis, dispensaturus est in matrimonio mixto, quod contractum fuit cum impedimento dirimente qualicumque.

223.—Addenda ad Art. 3, 4 et 5—

I. Dispensatio post matrimonium mixtum contractum.

Quæres, num contracto valide quidem, sed ob non impetratam dispensationem illicite matrimonio mixto, dispensatio adhucdum requirenda sit, ut conjuges matrimonio licite uti valeant?

Resp. Feije:[3] "Ex rigore principiorum necessaria est dispensatio. . . . Hac tamen in re consideranda sunt adjuncta, et sæpe sola partis catholicæ pœnitentia et recta, maxime quoad prolem instituendam, dispositione res tota componenda erit." Videndum etiam, num quid Episcopus Clero suo hac in re

[1] Ita juxta calculum Florentinum, in quo initium anni fit die 25 Martii. Cfr. *Freib. Kirchenlex.* ed. 2, vol. ii. col. 1493; Pyrrh. Corr. Lib. ii. cap. vi. v. Anno.—Gregor. XIV. ad Summum Pontificatum evectus est die 5 Dec. 1590. Unde Bulla cit. secundum computum ordinarium est de 1 Martii 1591.

[2] Cfr. *Acta S. Sedis*, ii. 493 seq.; Pyrrh. Corr. Lib. viii. cap. 2.

[3] N. 573. Ita etiam Sica: *Cas. consc.* App. ii. p. 74.

præscripserit; nam in ejus potestate est jubere recursum ad ipsum, ut conjuges Ecclesiæ, cujus sanctissimam legem violarunt, congruam satisfactionem, necnon cautiones de periculo salutis æternæ a se et a sua prole amovendo in *foro etiam externo* præstent. Patet ex Responso S. C. Inq. de 12 Martii 1881.[1]

II. Baptismus præsumptus.

Usus facultatum Articulorum prædictorum pendet, prout patet, a collatione baptismi. Jam autem in sectis nostrarum præsertim regionum, quod hoc Sacramentum attinet, maxima varietas necnon negligentia prævalet, ita ut non raro anxii hæreamus, an pars quædam acatholica, de qua nobis agitur, sit baptizata, an valide baptizata, an matrimonium, quod ab ea pridem initum et postmodum sententia judicis civilis solutum est, ratione baptismi eidem aut priori comparti collati aut non collati, fuerit validum an secus. Pro his difficultatibus quædam principia ex Decretis S. Sedis necnon ex doctrina DD. deprompta cernere, non erit ingratum.

Unde: **a.** In omni dubio, quantum fieri potest, investigatione diligenter facta, solutio directa per testes, documenta etc. quærenda est. Quodsi directa certitudo haberi nequit, indirecta quærenda est ex præsumptionibus sufficientibus.[2]

b. Baptismus aliquando ex præsumptionibus tantum sufficienter probari potest.[3]—Attamen stante præsumptione pro baptismo aliter judicandum est quoad ejus iterationem, aliter quoad ejus sufficientiam ad matrimonii validitatem. Quamvis enim præsumptio stet pro baptismo, hujus iteratio sub conditione semper est facienda, quando dubium probabile de ejus valore oriatur:[4] agitur enim de medio necessario ad salutem; e contra stante præsumptione de baptismo, si agitur de impedimento cultus disparitatis oriente ex defectu baptismi, libertas ab impedimento in dubio invincibili possidet, donec impedimentum probetur, ita ut matrimonium, quamdiu impedimen-

[1] *Coll. Prop.* n. 1440; Konings *Comp.* ii. p. 425 (39); Lehmkuhl ii. n. 696, nota 2.

[2] Cfr. *Decretal.* lib. ii. tit. 23 et *Canonistas* in h. t.

[3] Cfr. S. Alph. vi. 134, notandum ii.

[4] De hoc plura habes ap. Feije n. 462–470; *Coll. Prop.* n. 1291.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

tum non est probatum, propter præsumptionem, quæ fundat certitudinem moralem, licite contrahi et in contracto permaneri possit. Ex quo explica, cur S. C. C., si de catholici conjugati baptismo dubitatur, decidat pro secreta collatione baptismi conditionali, quoad ejus matrimonium autem nihil provideat.[1] Item ex hoc explica, cur præsumptio quædam de baptismo alicujus hæretici sufficiens sit in ordine ad validitatem matrimonii, quin dispensatio a cultus disparitate concedatur, et idem hæreticus, postea conversus sub conditione *secreto* baptizetur,[2] quin de consensus matrimonialis renovatione cogitetur.

c. Quoad hæreticos baptismi præsumptio sufficiens in ordine ad matrimonium (de qua tantum *hic*) in dubio resultat ex consuetudine eum conferendi, si ea in secta, ad quam pertinent, actualiter existit—et quidem 1. absolute, si baptismus in secta juxta libros rituales valide confertur;[3] 2. si libri rituales baptismum quidem præscribunt, nihil autem determinant quoad usum materiæ et formæ essentialis, in casu particulari diligens examinatio fieri debet, et si hac facta dubium persistat, baptismus validus censendus est in ordine ad validitatem matrimonii;[4] 3. idem dicendum de hæretico ad talem sectam pertinente, si dubitatur de ejus baptismo et dubium solvere opportunum non est visum:[5] in dubio enim standum est pro valore actus; 4. imo si dubitatur de ipsa collatione baptismi: factum enim præsumitur, quod de jure (*hic* ex consuetudine) erat faciendum; quare S. Off. 7 Julii 1880 ad vi. resp.: "Prævio diligenti examine in singulis casibus, et persistente adhuc dubio sive juris" (i. e. de valore baptismi) "sive facti" (i. e. de collatione baptismi), "eædem debent esse conclusiones respectu matrimoniorum,"[6] et 9 Sept. 1868 ad i.: "Generatim loquendo

[1] Cfr. Gasparrri n. 598; Feije n. 461.

[2] S. Off. 20 Nov. 1878 ap. *Acta S. Sedis*, xi. 605, xvi. 415.

[3] S. Off. 17 Nov. (*non* Sept.) 1830 ad ii. (*Excerpta ex Rit. Rom.* ed. 8, p. 243); *Coll. Prop.* n. 649 et 1274 (*bis*).

[4] Ib. ad i. et ii.

[5] S. C. S. Off. 9 Sept. 1868 ad ii. (Gasparri n. 599, *Coll. Miss.* n. 243 et *Coll. Prop.* n. 657).

[6] Gasparri n. 603. Unde diversitas conclusionum quoad utrumque dubium apud Heiss § 36, iii. et Konings *Comp.* ii. p. 426 relinquenda est.

ut christiani habendi sunt ii, de quibus dubitatur" (quocumque modo prædicto), "an valide baptizati fuerint." Ideoque subjacent impedimentis, licet jure ecclesiastico tantum dirimentibus,[1] et præcepto confessionis integræ in casu baptismatis tempore conversionis sub conditione collati[2] idque non tantum in Anglia,[3] sed universaliter, prout S. C. de Prop. F. Archieppo Quebecensi 12 Julii 1869 rescripsit.[4]

Unde si agitur de matrimonio ab hæretico dubie (ut in prædictis) baptizato contrahendo[5] aut contracto cum alio ita dubie aut certe baptizato, illud, si aliud impedimentum non obstat,[6] censendum est validum, *saltem donec præsumptio cedat veritati* (i. e. donec comperiatur, baptismum unius partis certe fuisse invalidum), nec dispensatio a cultus disparitate danda est, nisi baptismus hæretici pertinentis ad sectam, in qua plurimi baptismum non suscipiunt, ita ut consuetudo sectæ evadat dubia, dubius esset dubio facti, cui dubio alia præsumptio e. gr. ex indole parentum non suffragatur.[7] Præsumptio enim pro collatione baptismi staret, si pars vel partes hæreticæ "parentes habuerint pertinentes ad sectam, quæ eundem ut necessarium habet vel in qua saltem ordinarie administratur, et iidem parentes in sua secta zelosi fuissent," aut unus parens saltem in tali secta zelosus fuisset, alter vero non cognoscatur positive contrarius fuisse collationi baptismi.[8]—Si vero hæreticus dubie baptizatus (stante præsumptione pro baptismo, ut supra) nuptias init cum non baptizato, matrimonium invalidum censendum est propter cultus disparitatem.[9] Attamen si iste hære-

[1] S. C. S. Off. 4 Febr. 1891 ap. *Coll. Prop.* n. 1304.

[2] S. C. S. Off. 17 Dec. 1868 ap. *Act. S. Sed.* iv. 323.

[3] Ut Bucceroni *Cas. consc.* ii. n. 86 tenet.

[4] Konings *Compend.* pag. lx.

[5] Ita tenendum est cum *N. R. Th.* xv. p. 397 contra De Angelis lib. iv. tit. 1, n. 23.

[6] S. Off. 7 Julii 1880 ad iii. (Gasparri n. 603.)

[7] Feije n. 460.—Ad hunc casum respectus habetur supra pag. 124.

[8] S. C. S. Off. 1 Aug. 1883 ad iv. et v. (*Conc. Plen. Balt. III.* p. 246.)

[9] S. C. S. Off. 18 Dec. 1872 ap. Zit. *Disp.* p. 132 et *Coll. Prop.* n. 1300, 7 Julii 1880 ad i. ap. Gasparri n. 603 et 4 Febr. 1891 ap. *Act. S. Sed.* xxvi. 62 seq. et *Coll. Prop.* n. 1304.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ticus revera non fuisset baptizatus, matrimonium fuisset legitimum.

Dixi: *saltem donec præsumptio cedat veritati.*—Sunt enim, qui tenent, matrimonium tale manere validum, quamvis postea baptismum dubie baptizati certe invalidum fuisse comperiatur, quia, ut asserunt, Ecclesia pro his casibus dispensat a cultus disparitate,[1] aut quia consuetudo, quæ hoc impedimentum induxit, hos casus non respexit, ideo istud in eis non existit.[2]—Huic tamen saltem quoad matrimonia hæreticorum obstare videtur Declaratio S. C. S. Officii de 5 Febr. 1851: "Generatim loquendo, qui in Hollandia convertuntur ad catholicam fidem, habendos esse ex capite baptismatis tanquam valide conjugatos, nisi forte certe et evidenter constet in aliquo casu particulari hæreticum, de quo agitur, fuisse revera nulliter baptizatum: sed Oratorem, quoties occurrunt casus particulares hujus generis, recurrere debere cum expositione omnium omnino casus circumstantiarum ad S. Sedem. Et detur Decretum authenticum de 17 Nov. 1830 a Pio VIII. approbatum."—Quomodo hoc conciliandum cum theoria prædicta?—Lehmkuhl[3] hanc doctrinam quidem rejicit, attamen quoad illa mixta matrimonia, quæ cum dispensatione Ecclesiæ contrahuntur, tenet, ea permanere valida etiamsi postea certo detegatur baptismi defectus, quia cum dispensatione mixtæ religionis a Superiore ecclesiastico etiam tacite et hypothetice dari censetur dispensatio a cultus disparitate, si forte adsit. At vero ad quæsitum: "An per dispensationem super impedimento mixtæ religionis, si dubium de baptismo hæreticæ partis persistat, etiam dispensatio super impedimento disparitatis cultus ad cautelam concessa intelligatur?" S. C. S. Off. 18 Sept. 1890 nihil directe respondit, sed Decreta de 17 Nov. 1830 et de 9 Sept. 1868 interroganti communicavit.—Unde, quamdiu hæc doctrina non melius probatur, in his casibus, si agitur de matrimonii mixti convalidatione certe tutius dispensatur a cultus disparitate, si vero de matrimonii dissolutione, omnino recurrendum est ad S. Sedem. Consentit De Becker p. 224.

[1] Ballerini ad Gury ii. 831 nota et in *Opere mor.* vol. vi. n. 1075.—*Irish Rec.* 1889, p. 924.

[2] Gasparri n. 597.

[3] *Theol. mor.* ii. 752, 3.

d. Si in secta, ad quam hæreticus quidam pertinet, consuetudo baptismum conferendi non existit, nec alia præsumptio, in specie illa ex indole parentum deducta (ut supra) pro baptismo militat, baptismus in eo non est præsumendus: factum enim non præsumitur, sed probari debet.

Quare si agitur de matrimonio catholici cum tali contrahendo aut de cujusdam certe aut dubie (stante præsumptione pro baptismo, ut supra) baptizati matrimonio cum tali inito convalidando, adhibenda est dispensatio a cultus disparitate.[1]—Si vero quæstio oritur de hujusmodi matrimonio dissolvendo, distinguendum esse videtur:

1. Si in secta quadam non tantum existit consuetudo baptismum non conferendi, sed etiam in casu, de quo agitur, positiva præsumptio de non-collatione baptismi accedat, declaratio nullitatis matrimonii ab Episcopo immediate fieri potest.—Præsumptio autem stat *pro non-collatione* baptismi, "si pars vel partes acatholicæ parentes habuerint ad sectam pertinentes, quæ baptismum respuit"—vel "quæ infantium baptismum non admittit seu in qua non confertur nisi adultis v. g. annum ætatis trigesimum jam adeptis, quemadmodum res se habet in secta Baptistarum,"—vel "si parentes habuerint, qui dum in vivis essent, professi sint se nolle ad ullam sectam pertinere, seque Ens Supremum honestis potius, ut ajunt, moribus quam speciali aliquo cultu honorare."[2]

2. Si autem in secta hæretici, de cujus baptismo agitur, simpliciter tantum consuetudo existit baptismum invalide conferendi aut si pro baptismi non-collatione quidem non stat præsumptio, at nec etiam pro ejus collatione aut præsumptio pro collatione baptismi a contraria eliditur, recurrendum est ad S. Sedem, expositis omnibus rerum, locorum et personarum adjunctis, aliisque ad rem facientibus.

Huc spectat ex Decr. de 17 Nov. 1830 resp. ad iii.: "Si autem certo cognoscatur nullum baptisma ex consuetudine illius sectæ, nullum est matrimonium." Ad quod Gregorius XVI.

[1] Si dubie baptizatus, pro cujus baptismo nulla stat præsumptio, convertitur ad fidem catholicam, non subjacet præcepto confessionis.

[2] S. C. S. Off. 1 Aug. 1883 ad i.–iii.

die 20 Dec. 1837 addendum mandavit, ut "recurratur in singulis casibus."[1] Huc etiam pertinent casus in Responsione S. C. S. Officii de 1 Aug. 1883 ad n. 4 et 5 contenti.

ARTICULUS VI.

"SANANDI IN RADICE MATRIMONIA CONTRACTA, QUANDO COMPERITUR ADFUISSE IMPEDIMENTUM DIRIMENS, SUPER QUO EX APOSTOLICÆ SEDIS INDULTO DISPENSARE IPSE POSSIT, MAGNUMQUE FORE INCOMMODUM REQUIRENDI A PARTE INNOXIA RENOVATIONEM CONSENSUS, MONITA TAMEN PARTE CONSCIA IMPEDIMENTI DE EFFECTU HUJUS SANATIONIS."

224.—Explicatio.

I. De sanatione matrimonii in radice generatim.[2]

Radix matrimonii est consensus matrimonialis tempore celebrationis mutuo præstitus. Quodsi huic interfuit impedimentum dirimens, vitiatus manet quoad effectus matrimoniales. *Sanatur autem radix*, si impedimentum juris ecclesiastici auctoritate Apostolica ita abrogatur, ac si tempore initi matrimonii non exstitisset, ut proin per consensum non amplius impeditum matrimonium validum fiat (etiam absque ejus *renovatione*) et proles, ex hac conjunctione genita, legitima sit habenda, ac si numquam fuisset illegitima.

Requiritur ergo: **a.** ut tempore celebrationis verus et serius consensus matrimonialis præstitus fuerit et quidem sub specie seu figura matrimonii. Unde sanatio fieri nequit, si partes omnino mala fide, scil. scientes conjugii invaliditatem contraxerunt, cum intendere non potuerint nisi conjunctionem fornicariam, quæ numquam qua matrimonium sanari potest.[3] At si impedimentum quidem partibus cognitum erat, ab eis autem non satis *ad vim irritantem* ejusdem attendebatur, vel hæc vis ignorabatur, vel (puta a parte acatholica vel aliquando etiam a catholica) non credebatur vel non satis perspecta habebatur, adhuc potuit existere consensus matrimonialis sufficiens pro

[1] *Excerpta* l. c.

[2] Feije n. 765 (767) seq.

[3] Ita quidem Feije n. 767 (769) cum Gury ii. 904. At quoad hoc volitum rei de jure impossibilis controvertitur. Cfr. D'Annib. i. n. 133 (5), 147 (25); Rosset n. 2800 et casum infra ad **d.**

sanatione in radice. Hac essentiali conditione impleta absolute non requiritur, ut figura externa matrimonii tempore celebrationis adfuerit; unde aliquando etiam matrimonium in loco, ubi viget cap. *Tametsi*, civiliter tantum contractum, modo juxta prædicta consensus matrimonialis non defuerit, in radice sanatur. At cum in conjunctione, quæ specie fornicaria est, etiam animus fornicarius præsumatur, et scandalum sequeretur, si quando conjunctio talis specie quidem fornicaria, sed contra præsumptionem animo conjugali inita sanaretur, de regula requiritur, ut consensus matrimonialis præstitus sit sub specie matrimonii. Species hæc quoad sanationem matrimonii in radice (secus ac in dispensatione simplici cfr. n. 16 ii.) secundum omnes certe adest non solum in omni matrimonio coram Ecclesia contracto, sed,—si una saltem pars lege Tridentina non aut non certe ligatur,—etiam in omni matrimonio contracto coram magistratu civili aut præcone hæretico aut alio modo intentionem matrimonii attestante, licet in omnibus his casibus matrimonium ob occultum impedimentum fuerit invalidum.[1]

Requiritur **b.** ut utriusque aut illius saltem, cujus novus consensus obtineri nequit, *consensus perseveret usque ad sanationem*, et casu, quo unus tantum aut ficte consensit aut consensum pro se postea aliquomodo retraxit, consensum suum renovet.—Si ergo unus non interpretative et per meram velleitatem tantum, sed revera cognita (e. gr. per imprudentiam alterius) matrimonii nullitate suam libertatem vindicat aut dispensationi obnititur, sanatio quoad revalidationem matrimonii locum habere nequit.—Perseverantia autem consensus supponi debet, neque de ea est investigandum, nisi revocationis habeatur probabile argumentum aut ex Rescripti Clausula de perseverantia consensus *constare* debeat. Clausula talis in facultate præsenti non invenitur. Probabile argumentum consensus matrimonialis aut ab initio non dati aut serius revocati est mala fides partium. Hæc si fundatur in plena persuasione, certo efficit ut earum conjunctio tantum fornicaria et sanationis incapax sit.[2] Si tamen ut supra non satis attendentes ad vim irritantem impedimenti cogniti consensum matrimonialem dederunt et

[1] Feije n. 768 (770).

[2] Cfr. tamen Notam supra sub **a.** positam.

adhuc retinent, sanatio in radice, etiam vi præsentis facultatis, fieri potest. Prudenter tamen a Confessario et Parocho hoc in casu esse procedendum, ne partes prorsus malæ fidei fiant, nemo est qui non intelligat.

Requiritur **c.** *ut adsit causa gravis et urgens* pro sanatione in radice eligenda præ ordinaria dispensatione. Causa talis esse potest: magnus numerus matrimoniorum invalidorum, impossibilitas conjuges, qui bona fide invalide contraxerunt, instruendi de hoc (e. gr. quia Confessarius, Parochus, Ordinarius erraverunt), præsertim *quando comperitur ... magnum fore incommodum requirendi a parte innoxia renovationem consensus*, (ita præsens Art.) quo casu regulariter supponitur, adesse causam alias pro dispensatione ordinaria in matrimonio contracto sufficientem, scil. scandalum ex separatione, incontinentia ex convictu etc.

Requiritur **d.** ut de impedimento juris ecclesiastici tantum agatur, nam impedimentum juris divini e. gr. ligaminis in matrimonio, altero conjuge vivente, contracto Ecclesia abrogare nequit. Nihil tamen obstat, quominus tale matrimonium, si altero conjuge mortuo consensus matrimonialis ex utraque parte de facto (per cohabitationem) perseverat, saltem a momento mortis primi conjugis sanari possit.[1] Impedimentum clandestinitatis autem, ubi valet cap. *Tametsi*, et criminis, ex adulterio et matrimonio attentato, (*utroque* ligamen certo cognoscente) exortum, in supplica (ad S. Pœn.) sunt exponenda.

Nota. Circumstantiæ omnes in supplica quocumque modo posita (pro foro interno vel externo) exacte exponendæ, et Clausulæ Rescripti servandæ sunt. Renovatio tamen consensus pro revalidatione matrimonii per sanationem in radice non requiritur, nisi in Rescripto exigatur, aut una pars vel ficte tantum consensisset vel consensum retraxisset, altera manente in consensu primitus dato. Demum cum eo momento, quo sanatio fit, Sacramentum subintrat, partes de statu gratiæ monendæ erunt, si id fieri potest.

[1] Cfr. casum in *Linz. Quart. Schr.* 1892, p. 388; *Canoniste contemporain*, 1891, pag. 61 seq.; *A. E. Rev.* vol. viii. 1893, p. 143.—*N. R. Th.* xxvii. p. 218.

225.—II. De sanatione matrimonii in radice vi præsentis facultatis.

Hisce prænotatis quæritur: Quænam matrimonia *vi præs. Art. ab Episcopo* (et ejus subdelegatis ex Art. 8 infra) *in radice sanari possunt?*

Resp. Omne et solum illud matrimonium: **a.** quod nullum est *ob impedimentum, super quo ex Apostolicæ Sedis indulto* puta vi Form. I., D., E. *dispensare* potest Episcopus, modo impedimentum non sit cumulatum in sensu n. 15; ergo in mixta religione et cultus disparitate, si solitæ cautiones (n. 218) præstitæ sunt (cfr. n. 220);—**b.** cujus nullitas est *occulta;* ut patet ex Clausula: *monita parte conscia impedimenti*, quæ Clausula sensu careret, si Episcopi nostri etiam sanare in radice possent matrimonia *publice* nulla;—**c.** cujus *una* pars et *hæc tantum* est conscia impedimenti aut de eo certiorari potest, quod ex eadem Clausula sequitur. Unde Episcopus matrimonium sanare nequit, cujus utraque pars est conscia impedimenti *ejusque vis irritantis* (cfr. supra n. 224, **a.**) neque illud, cujus utraque pars impedimentum omnino ignorat et neutra sine periculo magni damni vel scandali moneri potest. Hoc in casu conjuges sunt relinquendi in bona fide aut si timendum est, ne postea cum magno damno impedimenti conscii evadant, per speciales litteras recurrendum ad S. Sedem pro sanatione in foro externo quoque valitura, cujus Rescriptum in libro secreto Episcopi caute servandum erit;[1]—**d.** in quo *magnum incommodum* existit *requirendi a parte innoxia*, i. e. ignara impedimenti sensu etiam ut supra n. 224, **a.** explicato, *renovationem consensus*, nimirum si prudens adest timor, ne ex certioratione hujus partis sequantur conjugum separatio cum gravis mali periculo conjuncta, scandalum, rixæ inter conjuges etc. Per hanc Clausulam *unica* causa exponitur, qua existente sanatio in radice fieri potest vi hujus Art., et simul indicatur, casu quo pars ignara impedimenti sine gravi incommodo pertrahi possit ad renovationem consensus, locum non esse sanationi in radice, sed dispensationi simplici.

Additur: *monita tamen parte conscia etc.*, quo significatur, Executorem (Episcopum vel Subdelegatum juxta Art. 8) præter

[1] Feije n. 772 (774) *Demum; Coll. Prop.* n. 1226.

reliqua (sc. absolutionem a censuris incestus, modo opus sit,—congruam pœnitentiam salutarem—eleemosynam congruam: cfr. Art. 7 et paragr. final. *Voluit*) in executione sanationis teneri hanc partem in foro conscientiæ certiorare de convalidatione matrimonii et legitimitate prolis.

ARTICULUS VII.

"ABSOLVENDI CONTRAHENTES IN OMNIBUS ET SINGULIS CASIBUS SUPRA EXPOSITIS, DUMMODO OPUS SIT, AB INCESTUS REATIBUS ET CENSURIS, IMPOSITA PRO MODO CULPARUM CONGRUA PŒNITENTIA SALUTARI, PROLEMQUE SUSCEPTAM AC SUSCIPIENDAM LEGITIMAM DECLARANDI."

226.—Explicatio.

Dicitur: I. *dummodo opus sit, ab incestus etc.* Incestus hic intelligitur in sensu stricto, in quo est "copula carnalis inter personas consanguineas vel affines in eo gradu, in quo vi juris divini vel humani non valent inter se Matrimonium contrahere."[1] Incestus proprie dictus inter cognatos legales aut spirituales non existit.[2] Unde pro his opus non est absolutione, sicuti nec datur, si agitur de matrimonio inter consanguineos vel affines bona fide contracto, i. e. cum ignorantia impedimenti ac præmissis aut dispensatis bannis, servataque forma Tridentini. Danda tamen esset absolutio, si bona fides postea cessasset et conjuges nihilominus a copula non abstinuissent. (Cfr. supra n. 222, iii.)

227.—II. *Imposita pro modo culparum congrua pœnitentia salutari.* Quid sit pœnitentia *pro modo culparum congrua* seu culpis *proportionata:* quid item *salutaris,* ex Theol. mor. notum est. Pœnitentia intelligitur pœnitentia injungenda præter pœnitentiam sacramentalem. Pœnitentia, de qua hic sermo est, non imponitur, si non adfuit culpa formalis. Unde cum incestus post 25 Junii 1885 mentio non amplius facienda sit, nisi forsan ratione legitimationis prolis, pœnitentia prius ob incestum imponenda jam non urget nisi raro. Vide dicta n. 75. Occasione dispensationis pro foro externo olim a S. Sede

[1] Reiffenst. lib. v. tit. 16, n. 64. [2] Ib. n. 67.

publica pœnitentia injungi jubebatur: hodie vero pro plerisque regionibus non præscribitur, sed relinquitur judicio delegati.[1] In facultate, de qua agitur, adjectivum *publica* non additur voci *pœnitentia.* Pœnitentia imponenda est in ea Rescripti parte, quæ præcedit actum dispensationis. Dum publicum est delictum, expedit maxime, ut publice constet de resipiscentia et scandalum reparetur, e. g. accedendo ad Sacramenta.[2]

228.—III. *Prolemque susceptam ac suscipiendam legitimam declarandi.* Vide dicta n. 119. Quoad *suscipiendam* cfr. n. 7. Si Episcopus (vel Subdelegatus) solam prolem *susceptam* legitimasset, nihil foret supplendum, quum proles, ex matrimonio post sublatum impedimentum contracto *gignenda,* hoc ipso sit legitima. Nihilominus voces: *ac suscipiendam,* ab Episcopo et Subdelegatis propter conformitatem cum indulto adhibendæ sunt.[3]

ARTICULUS VIII.

"SUBDELEGANDI PRÆSENTES FACULTATES SUO VICARIO GENERALI, QUOTIES ABSIT A RESIDENTIA VEL LEGITIME SIT IMPEDITUS, ATQUE DUOBUS VEL TRIBUS PRESBYTERIS SIBI BENEVISIS IN LOCIS REMOTIORIBUS PROPRIÆ DIŒCESIS, PRO ALIQUO TAMEN NUMERO CASUUM URGENTIORUM, IN QUIBUS RECURSUS AD IPSUM HABERI NON POSSIT."

229.—Explicatio.

Exprimuntur hic personæ, quibus exclusive subdelegare valet Episcopus hujus Formulæ facultates, scil. I. Suo *Vicario generali*—in spiritualibus seu etiam Officiali, si est Vicarius generalis in Matrimonialibus, uti hoc patet ex Rescr. S. Pœn. 17 Jun. 1852 ap. Feije ed. 4, n. 633, **c.**—Vice-officialis subdelegari nequit, nisi absente vel impedito Officiali in totum hujus munus ab Eppo suffectus fuerit. Feije ib.

Porro dicitur: **a.** *Vicario,* non, (ut in editione ante 1894) *Vicariis.* Unde quæritur: An, si Episcopus *plures* habet Vicarios generales, ab eo etiam nunc omnes possint subdelegari? Salvo meliori affirmandum esse puto. Nam, cum in jure

[1] Feije, n. 742 (743). [2] Ib. [3] Ib. n. 740 (741) initio.

reliqua (sc. absolutionem a censuris incestus, modo opus sit,—congruam pœnitentiam salutarem—eleemosynam congruam: cfr. Art. 7 et paragr. final. *Voluit*) in executione sanationis teneri hanc partem in foro conscientiæ certiorare de convalidatione matrimonii et legitimitate prolis.

ARTICULUS VII.

"ABSOLVENDI CONTRAHENTES IN OMNIBUS ET SINGULIS CASIBUS SUPRA EXPOSITIS, DUMMODO OPUS SIT, AB INCESTUS REATIBUS ET CENSURIS, IMPOSITA PRO MODO CULPARUM CONGRUA PŒNITENTIA SALUTARI, PROLEMQUE SUSCEPTAM AC SUSCIPIENDAM LEGITIMAM DECLARANDI."

226.—Explicatio.

Dicitur: I. *dummodo opus sit, ab incestus etc.* Incestus hic intelligitur in sensu stricto, in quo est "copula carnalis inter personas consanguineas vel affines in eo gradu, in quo vi juris divini vel humani non valent inter se Matrimonium contrahere."[1] Incestus proprie dictus inter cognatos legales aut spirituales non existit.[2] Unde pro his opus non est absolutione, sicuti nec datur, si agitur de matrimonio inter consanguineos vel affines bona fide contracto, i. e. cum ignorantia impedimenti ac præmissis aut dispensatis bannis, servataque forma Tridentini. Danda tamen esset absolutio, si bona fides postea cessasset et conjuges nihilominus a copula non abstinuissent. (Cfr. supra n. 222, iii.)

227.—II. *Imposita pro modo culparum congrua pœnitentia salutari.* Quid sit pœnitentia *pro modo culparum congrua* seu culpis *proportionata:* quid item *salutaris,* ex Theol. mor. notum est. Pœnitentia intelligitur pœnitentia injungenda præter pœnitentiam sacramentalem. Pœnitentia, de qua hic sermo est, non imponitur, si non adfuit culpa formalis. Unde cum incestus post 25 Junii 1885 mentio non amplius facienda sit, nisi forsan ratione legitimationis prolis, pœnitentia prius ob incestum imponenda jam non urget nisi raro. Vide dicta n. 75. Occasione dispensationis pro foro externo olim a S. Sede

[1] Reiffenst. lib. v. tit. 16, n. 64. [2] Ib. n. 67.

publica pœnitentia injungi jubebatur: hodie vero pro plerisque regionibus non præscribitur, sed relinquitur judicio delegati.[1] In facultate, de qua agitur, adjectivum *publica* non additur voci *pœnitentia.* Pœnitentia imponenda est in ea Rescripti parte, quæ præcedit actum dispensationis. Dum publicum est delictum, expedit maxime, ut publice constet de resipiscentia et scandalum reparetur, e. g. accedendo ad Sacramenta.[2]

228.—III. *Prolemque susceptam ac suscipiendam legitimam declarandi.* Vide dicta n. 119. Quoad *suscipiendam* cfr. n. 7. Si Episcopus (vel Subdelegatus) solam prolem *susceptam* legitimasset, nihil foret supplendum, quum proles, ex matrimonio post sublatum impedimentum contracto *gignenda,* hoc ipso sit legitima. Nihilominus voces: *ac suscipiendam,* ab Episcopo et Subdelegatis propter conformitatem cum indulto adhibendæ sunt.[3]

ARTICULUS VIII.

"SUBDELEGANDI PRÆSENTES FACULTATES SUO VICARIO GENERALI, QUOTIES ABSIT A RESIDENTIA VEL LEGITIME SIT IMPEDITUS, ATQUE DUOBUS VEL TRIBUS PRESBYTERIS SIBI BENEVISIS IN LOCIS REMOTIORIBUS PROPRIÆ DIŒCESIS, PRO ALIQUO TAMEN NUMERO CASUUM URGENTIORUM, IN QUIBUS RECURSUS AD IPSUM HABERI NON POSSIT."

229.—Explicatio.

Exprimuntur hic personæ, quibus exclusive subdelegare valet Episcopus hujus Formulæ facultates, scil. I. Suo *Vicario generali*—in spiritualibus seu etiam Officiali, si est Vicarius generalis in Matrimonialibus, uti hoc patet ex Rescr. S. Pœn. 17 Jun. 1852 ap. Feije ed. 4, n. 633, **c.**—Vice-officialis subdelegari nequit, nisi absente vel impedito Officiali in totum hujus munus ab Eppo suffectus fuerit. Feije ib.

Porro dicitur: **a.** *Vicario,* non, (ut in editione ante 1894) *Vicariis.* Unde quæritur: An, si Episcopus *plures* habet Vicarios generales, ab eo etiam nunc omnes possint subdelegari? Salvo meliori affirmandum esse puto. Nam, cum in jure

[1] Feije, n. 742 (743). [2] Ib. [3] Ib. n. 740 (741) initio.

semper nominetur Vicarius generalis (in singulari), numquam Vicarii generales, idque nihil obstet pluralitati Vicariorum generalium (cfr. De Angelis: Tom. i. Pars ii. pag. 64), nec impedire videtur, quominus Episcopus omnes, quotquot habet, Vicarios generales in hoc casu subdeleget, aut una cum Vicario generali simul eum (e. gr. Cancellarium) quem constituit Vicarium generalem in matrimonialibus, ut supra. Consentit Rosset n. 2502. Subdelegatio fieri debet expresse; præsumpta non sufficit. Fieri etiam potest semel pro semper (cfr. n. 40). Vicarius subdelegatus amplius subdelegare nequit, sed exequi debet per seipsum.

Dicitur: **b.** *Quoties absit a residentia vel legitime sit impeditus. Residentia* intelligitur in sensu stricto i. e. ecclesia cathedralis et palatium episcopale apud eam. (Cfr. Ferraris v. *Residentia* n. 11–29; S. Alph. iv. n. 119 seq.; Lucidi cap. 2, n. 6 seq.)—Ex quo jam liquet, facultatem subdelegandi in hac editione longe extensiorem esse, ea, quæ ante annum 1894 concessa fuit, ubi simpliciter dicebatur: "*quoties ultra diem a propria residentia abesse debeat.*"

230.—II. *Atque duobus vel tribus presbyteris sibi benevisis.* Alii proinde quam hic recensiti Sacerdotes subdelegari valide non possunt, ut dispensent, sed tantum ut de precum veritate inquirant (casu, quo hæc inquisitio non facta sit ante dispensationis petitionem), ac datam dispensationem partibus intiment. Jam vero hisce tribus sacerdotibus subdelegatio fieri nequit nisi sub sequentibus conditionibus: **a.** ut ipsi in locis *remotioribus* diœcesis existant vel operentur.—Locis *remotioribus*: scil. a residentia Episcopi.

Locus remotus, juxta glossam in cap. *Nonnulli* de Rescriptis 28, (i. 3) ad v. *remotos* et arg. ejusdem, ille est qui ab alio distat ultra duas dietas. Dieta seu iter diei æquiparatur 20 milliariis romanis, quæ parum differunt a nostris, (n. 135, nota 2); 3 milliaria = 1 leuca seu bona hora (n. 185, sub **d.**). Itaque locus remotior ab Episcopi residentia certe ille est, qui notabiliter ultra duas dietas (= 40 milliaria = 13 horas) ab ea distat. Hæc interpretatio consonat cum Responso S. C. de Prop. Fide 4 Sept. 1858 (ap. Feije ed. 4, n. 617), in quo Episcopo cuidam indultum fuit, ut easdem facultates, quæ in hac

Formula continentur, Vicariis generalibus communicare possit cum facultate subdelegandi per eos alios sacerdotes . . . ea tamen lege, ut facultate subdelegandi non utantur *intra peripheriam viginti leucarum* a Residentia Episcopali.

231.—**b.** Ut sub-delegatio fiat *pro numero casuum*, ita ut non sufficiat dicere: "concedo omnes facultates, quibus gaudeo," sed exprimendus sit certus numerus.

c. Ut ea fiat pro numero casuum *urgentiorum*;—casuum ergo, in quibus ad grave damnum vel scandalum vitandum dispensatio omnino necessaria est, prout e. gr. in casu, quo timor est ne partes, nisi dispensentur, coram magistratu civili vel præcone contrahant.—Demum

d. Ut etiam in hisce casibus urgentioribus facultas dispensandi non subdelegetur, *nisi* in eis *recursus ad ipsum* (Episcopum subdelegantem) *haberi non possit* seu nisi moralis impossibilitas existat recurrendi ad Ordinarium. Hæc autem impossibilitas ob postarum commoditatem et viæ ferreæ communicationem hodie multo rarius occurrit, quam tempore elapso.—Cæterum conditiones enumeratas verificandas quoque esse, si juxta quorundam opinionem facultates, de quibus agitur, decanis ruralibus subdelegantur, cuique patet.

Demum notandum, subdelegationem sive Vicario Generali sive Sacerdotibus in locis remotioribus factam cessare morte aut remotione Episcopi subdelegantis (n. 30).

232.—*Quæres*, an Episcopus Sacerdotibus pro tempore, quo Missionis exercitia parochiæ alicui tradunt in Diœcesis partibus, sensu supra explicato remotioribus, certum numerum casuum urgentiorum, in quibus recursus ad ipsum haberi non possit, vi hujus Art. concedere valeat? Sunt qui negant. Opinantur enim, verbis: *presbyteris . . . in locis remotioribus propriæ diœcesis*, indicari Sacerdotes incolentes et fixum domicilium habentes in locis remotioribus Diœcesis, qui propterea pro locis illis constitui possunt ab Episcopis tanquam totidem Vicarii ad dispensationes matrimoniales concedendas in casibus, in quibus propter rei urgentiam et locorum distantiam vel viarum difficultatem Ordinarium fideles adire minime possunt.—Verumtamen, licet facile concedam, usum modo descriptum circumstantiis ordinariis omnino convenire, clausulam minime

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

omnibus in adjunctis ad hunc usum restringendam esse puto. Potius, cum verba valeant, quantum sonant, omne quod in ea expresse non est restrictum, et quod verba admittunt, concessum esse, firmiter teneo. Unde quia quod presbyteros in dicta clausula attinet, nihil determinatur quoad eorum in loco subdelegationis incolatum et domicilium, jure merito talis determinatio rejicitur, eo magis, quia ista admissa plura in multis Diœcesibus loca, eaque sensu supra n. 230 exposito apprime remota, hujus facultatis favore, quo quandoque maxime indigent, carere deberent. Nam loca ejusmodi sæpe non habent Sacerdotem in iis residentem, et spiritualis eorum cura ab Episcopis committi solet vicinioris cujusdam parochiæ Rectori, qui ea certis vel incertis temporibus per se vel per cooperatorem suum visitat. Quare omnino tenendum est, quod n. 29 et 48 habetur, et subdelegare poterit Episcopus has facultates alicui ex Missionariis prout in quæsito est, modo eas non jam tribus Presbyteris subdelegaverit, vel si hoc fecerit, modo subdelegationem ab eis retraxerit.

PARAGRAPHUS FINALIS FORMULÆ.

"VOLUIT AUTEM SANCTITAS SUA ET OMNINO PRÆCEPIT, UT PRÆDICTUS EPISCOPUS SUPERIORIBUS FACULTATIBUS JUSTIS DUMTAXAT GRAVIBUSQUE ACCEDENTIBUS CAUSIS ET GRATIS UTATUR, INJUNCTA TAMEN ALIQUA CONGRUA ELEEMOSYNA, IN PIUM OPUS ARBITRIO IPSIUS EPISCOPI EROGANDA, ATQUE UT, ELAPSO DECENNIO (*in rec. ed.* QUINQUENNIO) DE SINGULIS DISPENSATIONIBUS CONCESSIS CERTIORARE DEBEAT APOSTOLICAM SEDEM."

233.—Explicatio.

Dicitur: I. *Justis dumtaxat gravibusque accidentibus causis.* Quare, *per se loquendo*, non sufficit desiderium nupturientium matrimonii inter se ineundi. Dico: *per se loquendo;* nam aliquando, ac, proh dolor! sæpe sæpius, desiderium illud, seu vesanus, quo partes erga se invicem ardent, amor ejusmodi est, ut ex denegata dispensatione mala gravia sint timenda, puta concubinatus, celebratio matrimonii coram præcone, etc.: quo casu causa gravis, quæ per se non adest, per accidens adesse potest. Cfr. n. 219.

234.—II. *Gratis utatur.* Vide dicta n. 172.

235.—III. *Injuncta tamen aliqua congrua eleemosyna etc.* De hac injunctione confer n. 76.—Eleemosyna hæc non videtur habere rationem pœnitentiæ neque igitur culpam supponere, sed reparationem quamdam constituere pro vulnere disciplinæ ecclesiasticæ per dispensationem in lege tam gravi, uti in numeris præcedentibus occurrit, inflicto.—*Congrua* sit oportet. Unde pro gravitate casus et opulentia partium vel (in Art. 3, 4 et 5) partis catholicæ dimetienda est, seu, prout monet *C. Pl. Balt. II.* (verbis S. Sedis?) n. 386 in nota: "Eleemosynæ nomine intelligi non potest *fixa* quædam summa *a quovis* eroganda, sed ea, quam quisque ratione habita suarum facultatum, commode dare potest." Hoc quidem directe ad facultates Formulæ E refertur, at de hujus quoque Formulæ facultatibus tenendum est; eadem enim sunt verba, eadem ratio est.—Neque hoc officit, quominus aliquid de regula solvendum statuatur, modo hæc non ita firma sit, ut a quovis pariformiter observari debeat. In dispensationibus ab impedimentis cultus disparitatis et mixtæ religionis apud nos regulariter $5—tanquam eleemosyna solvenda sunt a parte catholica.—*In pium opus,*—ergo non quæcumque eleemosyna sufficit, sed ea tantum, quæ erogatur ad aliquod ex iis "quæ ad Dei cultum aut animarum salutem seu pauperes sustentandos instituta sunt" (cfr. *Conc. Trid.* Sess. xxii. cap. 8) prout præsertim est Seminarium Clericorum etc. —*Arbitrio Episcopi eroganda*—ergo non arbitrio partium vel partis aut Parochi.

IV. *Atque ut, elapso decennio (quinquennio) de singulis dispensationibus concessis certiorare debeat Apostolicam Sedem,* ut pateat, quibus ex his facultatibus pro sua speciatim Diœcesi indigeat.

NOTA. **a.** Si excipias facultates Art. 3, 4, 5, non opus est ut dispensandus sit in Diœcesi eo momento, quo dispensatur. Imo in his Statibus neque quoad præfatos Articulos amplius exceptio facienda est. (Cfr. n. 52 ad **b.**)—**b.** Administratores Diœcesium hac Formula non gaudent nisi in Provincia Baltimorensi et Philadelphiensi (n. 171).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

FORMULA E.

Prænotatio. Formula hæc inscribitur:

Extr. E.

Ex audientia Sanctissimi habita die . . . Sanctissimus Dominus Noster . . . Divina Providentia Papa . . . referente subscripto S. C. de Propaganda Fide . . . attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, et spiritualibus necessitatibus animarum Christi fidelium in dissitis regionibus prospicere cupiens R. P. D. . . . facultatem benigne concessit ad quinquennium etc. *ut infra.—Subscriptio ut in Formulis præcedentibus.*

"DISPENSANDI IN UTROQUE FORO CUM CATHOLICIS, EJUS JURISDICTIONI SUBJECTIS, IN MATRIMONIIS SIVE CONTRACTIS SIVE CONTRAHENDIS, SUPER SEQUENTIBUS IMPEDIMENTIS."

236.—Explicatio.

Dicitur: I. *In utroque foro:* in interno scil., si impedimentum est occultum; in externo, si est publicum. Publicum autem, si agitur de matrimonio *contrahendo*, est omne impedimentum, quod sui natura tale est, ut consanguinitas etc., sive ratione notitiæ aliorum publicum sit sive non. Si de matrimonio *contracto* agitur, publicum est illud tantum, quod ratione notitiæ aliorum non est occultum, aut tali quidem modo pro nunc occultum, sed tamen divulgationis periculo expositum. Ita Konings. Vide n. 22.—Eædem *in utroque foro* dispensandi facultates, ac in Formula præsenti, inveniuntur in Formulæ secundæ extraordinariæ Sinarum Art. iv.-vii. Cfr. *Coll. Miss.* n. 33. — Corre p. 393, facultates has in utroque foro validas ita intelligit ac si adhiberi possint modo pro foro externo modo pro foro interno, prout subjecta materia id requirit (cfr. supra n. 20, ad **b.**), et innixus Articulo xxiv. ejusdem Formulæ, ubi Vicario Ap. conceditur facultas communicandi suis Missionariis omnes facultates tum ordinarias tum extraordinarias sibi ipsi concessas, tenet, Vicarium Apost. tum prædictas facultates tum illas Formulæ I., quæ eadem est ac nostra, Missionariis communicare posse pro foro conscientiæ

tantum; quocum consentit Vicarius Ap. Geraldus Bray, supra n. 22, citatus.—Quidquid sentiendum sit de hoc, id solum addo, plura existere indulta S. Sedis, in quibus Missionariis conceditur, ut "in omnibus consanguinitatis et affinitatis gradibus jure divino non prohibitis, excepto primo gradu, dispensent in matrimoniis contractis et contrahendis, et quidem in partibus, ubi locorum Ordinarii de facili adiri possunt, in foro conscientiæ tantum." Hoc concessit Urbanus VIII. 17 Sept. 1629 et Inoc. X. 1 Mart. 1649 Jesuitis in Oriente, in Brasilia, Peru etc. pro Neophytis. (Cfr. De Martinis: *Jur. Pont.* vol. i. p. 115 et 276). Idem fere concessit Pius VI. 24 Mart. 1777 Carmelitis in insulis Americanis (De Martinis, vol. iv. p. 223.) Ex quo sequitur, interpretationem a Corre et Bray adoptatam omnino insolitam non esse.

Ut demum omnibus, quæ supra n. 22, de quæstione indicata dicta et hic addita sunt, uno obtutu consideratis, quid sentiam, pronuntiem, salvo meliori opinor, non omni probabilitate destitutam esse sententiam, quæ tenet facultates matrimoniales Form. I. et Form. E., quamvis pro objecto habeant impedimenta natura sua publica, si sunt per accidens occulta, et sine magno incommodo publicari nequeunt, præsertim si agitur de illegitimis natalibus, adhiberi posse pro foro conscientiæ tantum tum in matrimoniis contrahendis tum præcipue in matrimoniis contractis. Attamem nisi casus urgeat, consultius recurritur ad S. Pœnitentiariam.

237.—II. *Cum Catholicis*, i. e., utraque pars debet esse catholica, nisi tamen agatur de matrimonio mixto jam contracto, vel etiam de contrahendo, supposito tamen, in *posteriori* casu, indulto Pontificio dispensandi in impedimentis cumulatis. (Cfr. n. 222, ii.)

ARTICULUS I.

"SUPER IMPEDIMENTO PRIMI GRADUS AFFINITATIS IN LINEA COLLATERALI EX COPULA LICITA PROVENIENTIS (PRO DECEM CASIBUS.)"[1]

238.—Explicatio.

Dicitur: I. *Super impedimento primi gradus affinitatis in linea collaterali ex copula licita provenientis:* i. e., exinde pro-

[1] Verba in parenthesi omissa sunt in ed. recenti.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
BIBLIOTECA GENERAL DE BIBLIOTECAS

venientis, quod Oratrix fuerit juncta matrimonio cum defuncto Oratoris germano fratre *aut:* quod Orator fuerit junctus cum defuncta Oratricis sorore germana [*sister- or brother-in-law*].

239.—II. *Pro decem casibus.* Quomodo hæc verba, in prioribus editionibus apposita, intelligenda sint, perspicies coll. n. 39 et 40. — Specimen concessionis hujus facultatis, prout alibi obtinetur, juxta formulam ex S. C. de Prop. Fide mihi communicatam, hujus tenoris est:

"Ex Audientia habita die . . . 189 . .

Sanctissimus D. N. . . . Divina Providentia PP. . . . referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario . . . facultatem benigne concessit dispensandi in utroque foro pro . . . casibus dumtaxat cum catholicis ejus jurisdictioni subjectis super impedimento primi gradus affinitatis in linea collaterali ex copula licita provenientis, in matrimoniis tam contractis quam contrahendis, prolemque susceptam et suscipiendam legitimam declarandi; dummodo tamen tempus ad S. Sedem recurrendi non suppetat, et gravissimæ dispensationis causæ concurrant.

Datum Romæ ex Æd. dictæ S. C. die et anno ut supra."

Ex quo patet, quam difficilis sit S. Sedes in concessione hujus facultatis. Dispensatur scil. in impedimentis hujus et duorum sequentium Art. tantum "ob gravia scandala aliamve causam gravissimam vel plures causas graves concurrentes," et difficilius in impedimento hujus Art., quam in illis Art. 2 et 3.—Insuper juxta aliquos major aliqua difficultas habetur in dispensando ut vidua nubat fratri defuncti mariti, præsertim si ex hoc prolem habet, quam ut viduus ducat sororem suæ defunctæ uxoris. Feije n. 684.

ARTICULUS II.

"SUPER IMPEDIMENTO SECUNDI GRADUS CONSANGUINITATIS VEL AFFINITATIS ADMIXTI CUM PRIMO IN LINEA TRANSVERSALI (PRO SEXAGINTA CASIBUS)."[1]

240.—Explicatio.

Secundi gradus . . . admixti cum primo in linea transversali. Ex. gr. I.: in *consanguin.:* "Titius N. et Caja N. conjuncti

[1] Verba in parenthesi omittuntur in editione recenti.

sunt in primo et secundo consanguinitatis gradibus ex communi stipite et ex eo provenientibus, quia Orator est patruus (*vel* avunculus) Oratricis" *vel* "quia Oratrix est amita (*vel* matertera) Oratoris."

II. in *affin.:* "Petrus N. et Paulina N. in primo et secundo affinitatis in linea transversali gradibus se attingunt, ex eo provenientibus, quod Orator prius uxorem habuerit defunctam Oratricis amitam (*vel* materteram)" *vel* "quod Oratrix prius virum habuerit defunctum Oratoris patruum (avunculum)" *vel* "quia Oratrix est matertera (amita) uxoris defunctæ Oratoris."

Si vero affinitas orta sit ex copula *illicita et publice nota*, dicitur: "ex eo provenientibus, quod Orator Oratricis amitam (materteram) adhuc viventem, (*vel* defunctam) carnaliter cognoverit," *vel* "quod Oratrix ab Oratoris patruo (avunculo) adhuc superstite (*vel* defuncto) carnaliter cognita fuerit" *vel* "quod Orator Oratricis neptim adhuc superstitem (*vel* defunctam) carnaliter cognoverit." Cfr. n. 118, ii.

ARTICULUS III.

"SUPER IMPEDIMENTO SECUNDI GRADUS CONSANGUINITATIS VEL AFFINITATIS IN LINEA TRANSVERSALI ÆQUALI (PRO CENTUM CASIBUS)."[1]

241.—Explicatio.

Dicitur: *Secundi gradus consanguinitatis* seu inter filios duorum fratrum vel sororum: *vel affinitatis* seu inter filios duorum in primo lineæ transversalis gradu affinium.

Exempla. Petrus N. et Anna N. *consanguinei* sunt in gradu secundo lineæ transversalis æquali ex eo quod pater Oratoris fuerit patruus Oratricis . . . *affines* . . . ex eo, quod uxoris defunctæ pater fuerit patruus Oratricis. *In affinitate ex copula illicita et publica:* . . . ex eo quod Orator Oratricis consanguineam in secundo gradu æquali adhuc superstitem (*vel* defunctam) carnaliter cognoverit.

Facultas etiam applicari potest, si consanguinitas aut affinitas ex *duplici stipite* oriatur. (Cfr. n. 6.) Exemplum. Petrus

[1] Verba in parenthesi in ed. rec. omittuntur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

N. et Anna N. *consanguinei* sunt in gr. sec. lin. transvers. æq. ex duplici stipite eo, quod pater et mater Oratoris fuerint respective patruus et amita Oratricis . . . *affines* ex eo, quod uxor Oratoris defuncta fuerit Oratoris consobrina tum ex parte patris tum ex parte matris. *In affinitate ex copula illicita et publica* . . . eo, quod Orator carnaliter cognoverit Oratricis ex parte tum patris tum matris, adhuc superstitem (*vel* defunctam) consobrinam.

ARTICULUS IV.

"SUPER IMPEDIMENTO PUBLICO PRIMI GRADUS AFFINITATIS EX COPULA ILLICITA PROVENIENTIS IN LINEA SIVE COLLATERALI SIVE ETIAM RECTA (PRO TRIGINTA CASIBUS),[1] DUMMODO, SI DE LINEA RECTA AGATUR, NULLUM SUBSIT DUBIUM, QUOD CONJUX SIT PROLES AB ALTERO CONTRAHENTIUM GENITA."

242.—Explicatio.

I. Hæc facultas explanationem habet ex dictis sub n. 215 iv. seq. et differt ab ea, quæ ibidem exposita fuit, quod in præsenti facultate agitur de impedimento publico primi gradus tantum: in facultate vero, de qua l. c. actum est, de impedimento occulto, non tantum primi, sed etiam secundi simplicis et mixti cum primo graduum.—Pro his, si sunt publici, adhibendus est Art. 2 et 3 (n. 240, 241.)

II. Dicitur: *Super impedimento publico primi gradus affinitatis ex copula* ILLICITA . . . *in linea* . . . *etiam recta.* Nam licet probabilius affinitas ex copula *licita* in primo gradu lineæ rectæ tantum de jure ecclesiastico matrimonium dirimat, Ecclesia tamen numquam in eo gradu lineæ rectæ dispensavit,[2] scil. ut matrimonium contrahi possit inter socerum et nurum [*father- and daughter-in-law*], socrum et generum [*mother- and son-in-law*], vitricum et privignum [*stepfather and stepdaughter*], novercam et privignum [*stepmother and stepson*]. Matrimonia tamen inter hos, dum non baptizati fuerant, contracta non sunt dissolvenda.[3]

[1] Verba in parenthesi nova ed. non continet.

[2] Bened. XIV. *de Syn. Dicec.* ix. c. 13, n. 4 et S. C. S. Off. 7 Junii 1874 ap. *Linz. Qu. Schr.* 1887, p. 1001.—Gasparri n. 703.

[3] Gasparri n. 700.

At neque si hic primus gradus lineæ rectæ ex copula illicita est, Ecclesia nisi rāro et pro pauperibus ex publica et urgentissima causa tantum dispensat; nec sufficit allegare infamiam mulieris ex copula propalata exurgentem et gravia scandala, nisi dispensetur, sed addi debet utrique Oratori etiam imminere vitæ periculum. Cum divitibus dispensatur ex causis, quæ sufficiunt pro secundo gradu consang.—Difficilius dispensatur, si complex in peccato adhuc vivit.—Si concubinaria conjunctio, ex qua affinitas orta est, putatur legitima, conditio apponitur prius adhibendi opportuna remedia, ne falso dispensatio existimetur data in primo gradu lineæ rectæ ex copula licita.[1]

ARTICULI FINALES.

"INSUPER SANCTITAS SUA PRÆDICTO EPISCOPO FACULTATEM CONCESSIT IN OMNIBUS ET SINGULIS CASIBUS SUPERIUS EXPOSITIS ABSOLVENDI CONTRAHENTES, DUMMODO OPUS SIT, AB INCESTUS REATIBUS ET CENSURIS, IMPOSITA PRO MODO CULPARUM CONGRUA PŒNITENTIA SALUTARI, AC PROLEM TAM SUSCEPTAM QUAM SUSCIPIENDAM LEGITIMAM DECLARANDI."

"VOLUIT AUTEM EADEM SANCTITAS SUA AC OMNINO PRÆCEPIT, UT PRÆDICTUS EPISCOPUS IISDEM FACULTATIBUS URGENTISSIMIS DUMTAXAT CONCURRENTIBUS CAUSIS ET GRATIS UTATUR, INJUNCTA TAMEN ALIQUA CONGRUA ELEEMOSYNA IN PIUM OPUS ARBITRIO IPSIUS EPISCOPI EROGANDA."

"TANDEM SSMUS PATER EIDEM EPISCOPO POTESTATEM FECIT PRÆDICTAS FACULTATES SUBDELEGANDI SUO VICARIO GENERALI, QUOTIES A PROPRIA RESIDENTIA ABSIT VEL SIT LEGITIME IMPEDITUS[2] ATQUE DUOBUS VEL TRIBUS PRESBYTERIS SIBI BENEVISIS IN LOCIS REMOTIORIBUS PROPRIÆ DIŒCESIS, PRO ALIQUO TAMEN NUMERO CASUUM URGENTIORUM, IN QUIBUS RECURSUS AD IPSUM HABERI NON POSSIT."

243.—Explicatio.

Paragraphi satis intelliguntur ex dictis n. 119, ubi de legitimatione prolis; n. 172, ubi de facultatibus gratis exercendis;

[1] Gasparri n. 703.

[2] Ante 1894 dicebatur: "Suis Vicariis Generalibus, quoties ultra idem a propria residentia abesse debeat."

n. 222, 226, ubi de absolutione incestus et censurarum; n. 227, ubi de imponenda pœnitentia; n. 229 et 230, ubi de Vicario Generali et de presbyteris in locis remotioribus; n. 231, ubi de numero casuum et recursu ad Episcopum; n. 235, ubi de eleemosyna.—In editionibus ante annum 1894 facultates hujus Formulæ in certo numero casuum concessæ fuerunt et ideo Vicario Gen. etiam numerus quidam tantum subdelegari potuit. In recenti vero editione concessio generalis fit et clausulæ finales nihil differunt ab illis Formulæ D. (n. 226–235), nisi in eo, quod facultates Formulæ E. *urgentissimis dumtaxat concurrentibus causis* adhibendæ sunt. Hoc vero non intelligendum est, ac si Episcopus his facultatibus uti tantum possit, quando causa ita urget, ut sine gravi incommodo ad S. Sedem recursus haberi nequeat.—Quid sub *urgentissima causa* intelligatur, quadamtenus erui potest ex Responso S. Congr. de Prop. Fide ad Vicarium Apost. Tongkini orientalis de 17 Apr. 1828. (*Coll. Prop.* n. 1478.)—Hic enim anno 1806 quæsivit: "Utrum dispensatio matrimonialis eis licite concedatur, quorum una tantum pars Sacramentorum capax est, non item altera?" et S. C. respondit: "Posse concedi hujusmodi dispensationes, *concurrente urgentissima causa* et remoto scandalo ac periculo perversionis." (*Coll. Prop.* n. 1461.) Postmodum hic Vic. Ap. eidem S. Congni exposuit, in locis, in quibus Christifideles cum infidelibus permixti degant et pauci sint Christiani, iique regulariter cognationis vinculo inter se colligati, si viri propter opera superstitiosa ad Sacramenta non admittuntur, altera vero pars Sacramentorum capax est, et periculum perversionis remotum,—*inter gradus prohibitos dispensari concurrenti gravi causa, qualis est:* "si in illis locis pauci sint Christiani et hi fere omnes cognati, ut supra dictum est;—vel quando puella (forsan pauper et orphana) vigesimum quart. aut vigesimum quint. ætatis annum agens necdum ab ullo in uxorem petita est et frustrata illa occasione contrahendi cum consanguineo, forsan in posterum nullum alium, cui nubat, inveniet;—vel quando jam matrimonium contraxerunt, et ob susceptam prolem vel ob alias causas difficilis videtur eorum separatio; vel demum quia nisi cum consanguineis contrahant, timendum est, ne infidelibus copulentur, non sine gravi animarum suarum detrimento." Quibus

expositis quæsivit: "An causæ superius relatæ, quæ hic regulariter reperiuntur, *urgentissimæ* reputari possint, quatenus una ex illis concurrente, dispensatio matrimonialis absque scrupulo concedi possit?" S. C. de Prop. Fide resp.: "Remittendum prudenti judicio ipsius Vicarii Apostolici in casibus particularibus"[1] addens præterea Decreta S. C. S. Off. de 5 et 12 Sept. 1736,[2] quorum priore resolutum fuit, salutem animarum illorum, qui in matrimonio contracto absque contumelia Creatoris vixerunt, præsertim si filios genuerint vel iisdem difficillimum sit ab infideli conjuge separari, causam gravem et sufficientem esse ad impertiendam dispensationem vi facultatum; in posteriori vero explicatur, quomodo verba: *ubi sunt plures infideles quam christiani* intelligenda sint, innuendo (ut videtur), causam primo loco allegatam pro urgentissima valere in locis tantum, in quibus plures sunt infideles quam Christiani.—Unde (præ cæteris) periculum defectionis a fide et matrimonii cum infideli constituere videtur causam urgentissimam, et animadvertit S. C. S. Off. 12 Jan. 1769 ad Vicar. Ap. Sutchuen.,[3] "quod cum Missionarius habeat etiam facultatem dispensandi super impedimentis consanguinitatis et affinitatis, faciliorem se præbere debeat in hujusmodi dispensationibus concedendis, si hac ratione matrimonia inter catholicos jungi possunt, potius quam in dandis dispensationibus super disparitate cultus."—Cfr. n. 239.

Nota. **a.** Ut Episcopus facultatibus hujus Formulæ uti valeat, haud opus est dispensandum versari in ejus Diœcesi eo momento, quo dispensatur (n. 52).—**b.** Administratores Diœcesis hac Formula gaudent in Provincia Baltimorensi et Philadelphiensi tantum (n. 171).

[1] *Coll. Miss.* n. 1016. [2] L. c. n. 882 et 894.
[3] *Coll. Miss.* n. 888 ad 1 et *Coll. Prop.* n. 1263.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

APPENDIX I.

DE FACULTATIBUS ORDINARIIS, QUÆ PRÆTER FORM. I. ET II. EPISCOPIS ETC. CONCEDI SOLENT.[1]

OMNES reliquæ Formulæ ordinariæ tum quoad numerum, tum quoad extensionem facultatum cum prima plus minusve conveniunt. Ideo in sequentibus ea tantum exscribuntur, quæ a Form. I. differunt.

244.—Formula III., cujus Episcopi Germaniæ, Austriæ, Hungariæ, Poloniæ, Russiæ, Belgii etc. participes fiunt,[2] sequentes Articulos in editione recenti post a. 1894 habet:

Art. 1. ut Form. I. Art. 15 (cfr. supra n. 137).

Art. 2. Form. I. Art. 21 (cfr. supra n. 157). Post "Sacerdotibus" nunc insertum est "sive laicis."

Art. 3. "Dispensandi in 3. et 4. gradu simplici et mixto in contrahendis et in contractis; cum hæreticis vero conversis etiam in 2. simplici et mixto, dummodo nullo modo attingat primum gradum, et in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam." (Cfr. supra n. 114 seq.)

NOTA. Primitus dicebatur: "tantum cum pauperibus in contrahendis, in contractis vero cum hæreticis." (cfr. Ben. XIV. const. *Ad tuas* 8 Aug. 1748) ut infra Form. VI. n. 3, X. n. 3; circa annum 1712 in Germania: "nedum cum pauperibus, sed etiam cum nobilibus" et post Concordatum Pii VI. et Josephi II. addebatur: "et divitibus."[3] Articulus dein sonabat:[4] "Dispensandi in 3. et 4. gradu simplici et mixto[5] non tantum cum pauperibus, sed etiam

[1] Cfr. n. 1, ii. et 97, iii.

[2] Aichner p. xix. seq.; Reiffenst. App. n. 21; La Croix vi. p. iii. 846.

[3] Kutschker vol. v. p. 21, 23, 42.

[4] Aichner ed. 6, p. xx. coll. ed. 2 de anno 1854, p. xxxii.

[5] In Form. Epporum Belgii addebatur: *consanguinitatis et affinitatis* (*Tract. Mechl. de Matr.* p. 539).

cum nobilibus et divitibus in contrahendis; in contractis vero cum hæreticis" etc. et per plures annos ante annum 1894: "Dispensandi . . . divitibus in contrahendis et contractis; cum hæreticis vero conversis" etc.

Art. 4, 5, 6, ut Form. I. Art. 7, 8, 9. (Cfr. supra n. 122 seq.)

Art. 7. "Hæ vero dispensationes Matrimoniales, videlicet 3, 4, 5 et 6, non concedantur nisi cum clausula: *dummodo mulier rapta non fuerit, et si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat*, et in dispensationibus hujusmodi declaretur expresse, illas concedi tanquam a Sedis Apostolicæ delegato, ad quem effectum etiam tenor hujusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis, ad quod fuerint concessæ." (Cfr. n. 126.)

Art. 8. "Dispensandi in irregularitatibus ex delicto occulto tantum provenientibus, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario contrahitur." (Cfr. supra n. 102.)

Art. 9. "Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera, exceptis votis castitatis et religionis." (Cfr. supra n. 106 seq.)

Art. 10. ut Form. I. Art. 16. (Cfr. supra n. 139.) Verba: "in locis ubi impune grassantur hæreses" prius apposita nunc omittuntur.

Art. 11. ut Form. I. Art. 13. (Cfr. supra n. 134.)

Art. 12. ut Form. I. Art. 1 demptis verbis: "si Sacerdotum necessitas ibi fuerit." (Cfr. supra n. 98.)

Art. 13. ut Form. I. Art. 3. (Cfr. supra n. 105.)

Art. 14. "Conficiendi olea cum quinque saltem Sacerdotibus, non tamen extra diem Cœnæ Domini, nisi necessitas aliud urgeat." (Cfr. n. 133.)

Art. 15, 16, 17, 18, 19 ut Form. I. Art. 23, 24, 25, 26, 27. (Cfr. supra n. 159 seq.)

Art. 20. "Communicandi has facultates in totum vel in parte, prout opus esse secundum ejus conscientiam judicaverit, Sacerdotibus idoneis in conversione animarum laborantibus, et præsertim tempore sui obitus, ut sede vacante sit, qui possit supplere donec Sedes Apostolica certior facta, quod quamprimum fieri debebit, per Delegatos aut per unum ex iis alio modo provideat" (n. 170).

Art. 21. "Et prædictæ facultates gratis et sine ulla mercede

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

exerceantur, et ad . . . tantum concessæ intelligantur." (Cfr. n. 172.)

Art. 22. "Utendi eisdem facultatibus in diœcesi sibi commissa tantum." Cfr. n. 52–54.—Unde in Form. III. omnino desunt sequentes Articuli Form. I. sc. 5, 11, 14, 17, 18, 19, 20, 22.

245.—In *Formula IV.*, quæ *Præfectis Apostolicis*[1] conceditur, sequentes continentur Articuli:

Art. 1. ut Form. I. Art. 2 (n. 102).[2]

Art. 2. "Dispensandi et commutandi vota simplicia etiam castitatis ex rationabili causa in alia opera pia, non tamen Religionis" (n. 106).

Art. 3, 4, 5, 6, 7, ut Form. I. Art. 5, 6, 7, 8, 9. (Cfr. n. 111 seq.)

Art. 8. "Hæ vero dispensationes . . . non concedantur nisi cum Clausula: dummodo mulier rapta etc. . . . *neque in utroque foro ubi erunt Episcopi, sed in foro conscientiæ tantum*, et in illis expediendis tenor hujusmodi etc." Cfr. Form. I. Art. 10 (n. 126).

Art. 9. ut Form. I. Art. 11 (n. 127 seq.).

Art. 10. ut Form. I. Art. 15 (n. 137 seq.).

Art. 11. ut Form. I. Art. 16 (n. 139).[2]

Art. 12. "Benedicendi paramenta et alia utensilia pro Sacrificio Missæ." (Cfr. n. 134.)

Art. 13. ut Form. I. Art. 26 (n. 168).

Art. 14. "Reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta et in casu necessitatis etiam aqua non benedicta ab Episcopo, et hujusmodi facultatem communicandi simplicibus Sacerdotibus." (Cfr. supra n. 135.)

Art. 15. "Consecrandi calices, patenas et altaria portatilia cum oleis ab Episcopo benedictis, ubi non erunt Episcopi vel distent duas dietas[3] vel sedes vacet." (Cfr. n. 179.)

Art. 16. ut Form. I. Art. 27. n. 169.

[1] De his cfr. Zit. *App.* pag. 138, ubi plura quoad usum facultatum Præf. Apostolicis concessarum.

[2] In foro conscientiæ tantum. S. C. de Prop. Fide 13 Mart. 1837 ap. Zit. *App.* p. 140.

[3] I. e. 40 milliaria Rom. = 37 mill. Anglica. Cfr. n. 135, nota 2.

Art. 17. "Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen ut in prima Missa non sumpserit ablutionem, per unam horam ante auroram et aliam post meridiem, in altari portatili, sine ministro, sub dio et sub terra,—in loco tamen decenti, etiamsi altare sit fractum vel sine reliquiis Sanctorum, et præsentibus hæreticis, schismaticis, infidelibus et excommunicatis, dummodo minister non sit hæreticus aut excommunicatus, ac aliter celebrari non possit. Hujusmodi autem facultate bis in die celebrandi nullatenus uti liceat, nisi rarissime et ex gravissimis et urgentissimis causis, in quo graviter ejus conscientia oneratur.—*Quod si* ad præsens aut in posterum quandocumque aderit Episcopus aut Vicarius Generalis aut Capitularis sive Vicarius Apostolicus, ad cujus Diœcesim aut administrationem pertineant loca ubi secundo celebrari contigerit, præfata facultas bis celebrandi nullius prorsus sit roboris ac momenti, nisi prius prædicto Episcopo, aut eo absente, ipsius Vicario Generali aut respective Capitulari aut Vicario Apostolico fuerit exhibita, ab eoque examinatæ et approbatæ fuerint in scriptis causæ ea utendi, nec aliter concessa intelligatur quam juxta moderationem ab ipso apponendam et non alias; cujus Episcopi seu Vicarii conscientia oneratur ut nonnisi ex urgentissimis causis, ut supra dictum est, et ad breve tempus ea uti permittat. Quam tamen facultatem poterit Episcopus seu Vicarius, si in Domino visum fuerit expedire, ad aliud breve tempus pluries et eadem servata forma prorogare, intra tempus in hac facultate a Sancta Sede concessum et non ultra. Idipsum autem prorsus servetur ab iis, quibus hæc eadem facultas celebrandi bis in die juxta potestatem inferius apponendam communicata fuerit, adeo ut nemo ex ipsis nisi juxta moderationem ab Episcopo vel ejus Vicario Generali vel Capitulari seu Vicario Apostolico, ut dictum est, singulis apponendam, hujusmodi facultate uti valeat, injuncto eorumdem Episcoporum seu Vicariorum conscientiæ, ut ultra superius dicta, non omnibus indifferenter, quibus fuerit communicata, sed paucis dumtaxat iisque maturioris prudentiæ ac zeli et qui absolute necessarii sunt, nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit et ad breve tempus, ut dictum est, facultatem quoad hoc communicatam approbet." (Cfr. supra n. 159 seq.)

Art. 18, 19, 20, 21, ut Form. I. Art. 17, 18, 19, 20 (n. 147 seq.).

Art. 22. ut Form. I. Art. 24 (n. 163).

Art. 23. "Induendi vestes sæculares, si aliter vel transire vel permanere non poterit in locis Missionum." (Cfr. n. 167.)

Art. 24. "Tenendi et legendi, non tamen aliis concedendi, præterquam iis Missionariis quibus in Domino sibi expedire videbitur, libros hæreticorum vel infidelium de eorum religione tractantium, ad effectum eos impugnandi in scriptis vel in voce, et alios quomodolibet prohibitos, præter opera Caroli Molinei, Nicolai Macchiavelli, Historiam civilem Regni Neapolis Petri Giannone, Poëma inscriptum 'la Pucelle d'Orleans' et librum cui titulus 'De l'esprit, Istruzioni intorno la S. Sede tradotta dal francese 1765,' Oeuvres philosophiques de Monsieur de la Metrie, Les Colimaçons, Abregé de l'Histoire Ecclesiastique sub mentito nomine Fleury, Riflessioni d'un Italiano sopra la Chiesa in generale, système de la nature, il vero despotismo Londra 1770, la Raison par Alphabet, et Joannis Laurentii Isembiel novum Tentamen in Prophetam de Emmanuele, Histoire critique de Jesus Christ, Nouveau Mélanges Philosophiques Historiques Critiques, necnon libellum cui titulus: 'Universalis Professio Fidei omnium Religionum,' ac Eybel 'de Auriculari Confessione 1784,' et alterum ejusdem Auctoris inscriptum: 'Quid est Papa?' . . . ac libros de astrologia judiciaria principaliter aut incidenter vel alias quovis modo de ea tractantes, ita tamen, ut libri ex ipsis Provinciis non efferantur" (n. 157).

Art. 25. "Administrandi omnia Sacramenta etiam parochialia, Ordine et Confirmatione exceptis, et quoad Sacramenta parochialia in Diœcesibus ubi non erunt Episcopi vel Ordinarii aut eorum Vicarii, vel in Parochiis ubi non erunt Parochi vel ubi erunt de eorum licentia."

Art. 26. "Communicandi has facultates in totum vel in parte Sacerdotibus in sua Missione laborantibus in sacro ministerio tam pro omnibus locis in ea Missione contentis, quam pro aliquibus eorum et ad tempus sibi benevisum, prout magis in Domino expedire judicaverit, necnon quatenus opus fuerit, revocandi sive etiam moderandi tam circa illarum usum, quam

circa loca et tempus easdem exercendi: quod etiam, eo absente, Vice . . . intelligatur concessum, ita tamen ut nec eidem . . . aut Vice . . . nec ipsorum cuilibet liceat eisdem ullo pacto uti extra fines suæ Missionis. Tempore vero sui obitus liceat eidem, si in Missione præsens fuerit, hanc eandem facultatem alteri communicare; si vero fuerit absens hoc ipsum Vice . . ., tempore obitus ipsius Vice . . . concessum intelligatur, ut sit, qui interim possit supplere, donec Sedes Apostolica certior facta, quod quamprimum fieri debebit per Delegatum, alio modo provideat" (n. 170).

Art. 27. "Et prædictæ facultates gratis et sine ulla mercede exerceantur et ad . . . tantum concessæ intelligantur."

246.—*In Formula VI.*,[1] *quæ pro Hibernia* conceditur, facultates sequentes continentur:

Art. 1. ut in Form. I. Art. 15 (n. 137). Cfr. infra Art. 24 nota.

Art. 2. ut Form. I. Art. 21 (n. 157).

Art. 3. "Dispensandi in 3. et 4. simplici et mixto *tantum in contrahendis, in contractis vero cum hæreticis conversis*[2] *etc.*" ut Form. III. Art. 3 (n. 244).

Art. 4, 5, 6, 7, ut in Form. I. Art. 7, 8, 9, 10 (n. 122 seq.).

Art. 8, 9, ut in Form. III. Art. 8, 9 (n. 244; cfr. n. 102 et 106).

Art. 10. ut Form. I. Art. 5 (n. 111).

Art. 11. ut Form. I. Art. 16 (n. 139).

Art. 12. "Dispensandi cum catholicis super fructibus bonorum ecclesiasticorum male perceptis."

[1] Habetur etiam fere ad verbum in Rich. Arsdekin (Hiberni Kilkenien.) *Theol. tripart.* ed. 2 (emendata), Coloniæ, 1744, tom. iii. pag. 161.

[2] Prout referunt libelli mensiles "*The Irish Eccl. Record*" 1873 pag. 240, Pius IX. die 5 Febr. 1854 "concessit omnibus Episcopis Hiberniæ, ut Formulæ VI., quæ eisdem concedi consuevit, numerus tertius ea ratione extendatur, ut complectatur matrimonia tam contracta, quam contrahenda, idque pro matrimoniis tam Catholicorum quam eorum, qui ab hæresi convertuntur, servatis cæteroquin servandis."—Hujus concessionis in Formula ipsa nulla habetur ratio, eaque etiam in editione recentissima de 1894 quoad hoc immutata remansit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Art. 13. "Dispensandi cum eisdem catholicis ut possint retinere bona ecclesiastica et fructus ex illis percipere, accepta ab illis promissione de stando judicio Ecclesiæ circa eorum restitutionem cum fieri poterit, illis interim admonitis ut de dictis fructibus faciant eleemosynam judicio confessarii in usum religionis cujus ante hæresim et schisma erant bona, si ibi adsit illa religio, sin minus in pauperes catholicos, et memores sint, bona illa esse revera Ecclesiæ."

Art. 14. ut Form. I. Art. 27 (n. 169).

Art. 15. "Celebrandi Missam in quocumque loco decenti etiam sub dio, sub terra, una hora ante auroram et alia post meridiem, bis in die si necessitas cogat, si tamen in prima Missa non sumpserit ablutionem, et super altari portatili etiam fracto aut læso et sine Sanctorum reliquiis, et præsentibus hæreticis aliisque excommunicatis, si aliter celebrari non possit et non sit periculum sacrilegii, dummodo inserviens Missæ non sit hæreticus vel excommunicatus. Caveat vero etc." ut Form. I. Art. 23 (n. 159 seq.).

Art. 16, 17, ut Form. I. Art. 17, 18 (n. 147 seq.).

Art. 18. "Concedendi singulis Dominicis et aliis diebus festis decem annorum indulgentiam iis, qui ejus concionibus intervenerint, et plenariam iis, qui prævia sacramentali peccatorum suorum confessione Eucharistiam Sacram sument in festis Natalis Domini, Paschatis et Assumptionis Beatissimæ Virginis."

Art. 19, 20, ut Form. I. Art. 19, 20 (n. 151 seq.).

Art. 21, 22, 23, ut Form. I. Art. 24, 25, 26 (n. 163 seq.).

Art. 24. "Communicandi prædictas facultates duobus Sacerdotibus tantum in qualibet civitate et oppido *insigni*[1] vel in Conventu Regularium, theologis tamen aut in aliquo Collegio bene instructis[2] et præsertim tempore sui obitus, ut sede vacante etc." ut Form. III. Art. 20 (n. 244).

[1] *Insigni*—non tam ex ejus splendore et dignitate, sed potius ex ratione loci, sacerdotis et fidelium. (*Coll. Prop.* n. 153, 155.)

[2] Ex audientia Assessoris S. C. S. Officii 25 Jan. 1895 Leo XIII. omnibus Episcopis Hiberniæ concessit, ut facultatem Formulæ VI. (cfr. supra Art. 1) "absolvendi ab hæresi occulta" subdelegare possint non tantum duobus sacerdotibus in qualibet civitate, sed omnibus sacerdotibus idoneis suarum Diœcesium. Cfr. *Irish Eccl. Record* 1895 p. 266.

Art. 25. ut Form. I. Art. 13 (n. 134).

Art. 26. ut Form. I. Art. 1 demptis verbis: "si Sacerdotum necessitas ibi fuerit" (n. 98).

Art. 27. ut Form. I. Art. 3 (n. 105).

Art. 28. ut Form. III. Art. 14 (supra n. 244, cfr. n. 133).

Art. 29. ut Form. I. Art. 29. [Tempore Richardi Arsdekin concessio facta est ad septennium]; (n. 172).

Desunt ergo Art. 11, 14 et 23 Formulæ I.

247.—*Formula X. Episcoporum Galliæ*, cujus facultates sunt:

Art. 1. ut Form. I. Art. 15 (cfr. n. 137).

Art. 2. ut Form. I. 21 (cfr. n. 157).

Art. 3. "Dispensandi in 3. et 4. gradu simplici et mixto tantum matrimoniis in contrahendis; in contractis vero cum hæreticis conversis etiam in 2. simplici et mixto, dummodo" etc. ut Form. III. 3 (n. 244; cfr. n. 114 seq.).

Art. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, ut in Form. III. sub iisdem Articulis.

Art. 12. "Communicandi has facultates in totum vel in partem, prout opus esse secundum ejus conscientiam judicaverit, sacerdotibus idoneis in conversione animarum laborantibus in locis tantum, ubi prohibetur exercitium catholicæ religionis."[1]

Art. 13. "Et prædictæ facultates gratis et sine ulla mercede exerceantur, et ad quinquennium tantum concessæ intelligantur."

Art. 14. "Utendi eisdem facultatibus in civitate et diœcesi . . . tantum."

Desunt ergo Art. 12–19 Formulæ III.

[1] Possunt tamen Episcopi hac Form. prædíti obtinere indultum communicandi has facultates extra loca, in quibus exercitium religionis catholicæ prohibetur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

APPENDIX II.

RESPONSA S. C. S. OFFICII 2 JULII 1884.

248.—SEQUENTIA Responsa ad quæstiones a R. P. Konings, (Rdmo Tobia Mullen, Eppo Erien. benignissime intercedente) propositas post ejus mortem recepta sunt et in libellis periodicis: *American Ecclesiastical Review*, vol. vi. pag. 68, publicata inveniuntur. Eorum *genuinus*[1] tenor est sequens:

I. Facultatum Formula I. sub n. 1 tribuitur potestas conferendi Ordines extra tempora. Ad dubium vero ab Archiep. Quebecensi propositum "an quum conferuntur Ordines sacri extra tempora omnino legendum sit Breve Apostolicum facultatem hanc tribuens?" S. Rituum Congr. die 23 Maji 1835 respondit: "Ad 5. Affirmative juxta *Pontificale Romanum*." *Pontificale Romanum* autem, juxta quod affirmativum dubio datur Responsum, hæc habet: "legitur mandatum Apostolicum, sive supplicatio, cujus vigore Pontifici facultas conceditur ordinandi." Præterea in dubio proposito sermo est de Brevi Apostolico. Quæro num verba Pontificalis, *juxta quod* Responsio datur, et verba "Breve Apostolicum," quæ occurrunt in dubio, afficiant facultatem Episcoporum harum Provinciarum, quæ neç ad eorum supplicationem, neque in forma Brevis Apostolici concessa fuit?

II. Ejusdem Formulæ I. n. 6 facultatem tribuit dispensandi in quibusdam consanguinitatis *et* affinitatis gradibus. Dubitatur num particula *et* copulative an disjunctive intelligenda sit?

III. Eodem n. 6 datur facultas dispensandi super quibusdam gradibus consanguinitatis et affinitatis cum his qui ab hæresi convertuntur ad fidem catholicam. Quæro, num *vi hujus* facultatis etiam potestas detur **a.** quoad matrimonia post unius conversionem invalide ob prædicta impedimenta contracta: **b.**

[1] Alicubi Responsa hæc mutila impressa sunt.

quoad matrimonia mixta olim invalide contracta, licet[1] pars hæretica nunc sit conversa.

IV. Eodem n. 6 facultas datur dispensandi cum his qui ab infidelitate convertuntur. Infideles autem legibus ecclesiasticis non subjiciuntur. Hinc facultas frustranea esset casu quo duo infideles in gradibus pro quibus hoc numero datur facultas, contraxissent et uterque vel alteruter ad fidem converteretur. Quæro igitur **a.** num ex hoc numero detur facultas dispensandi cum infideli converso, qui ante conversionem cum parte *acatholica* baptizata in præfatis gradibus contraxit, et num requiratur, ut hæc etiam pars acatholica conversa sit: **b.** num detur ex hoc eodem numero facultas cum infideli converso, qui ante conversionem cum parte *acatholica* in præfatis gradibus contraxit?

V. An n. 9 Formulæ I. de cognatione spirituali orta ex baptismo tantum intelligendus; an vero etiam de eadem cognatione orta ex Confirmatione?

VI. An facultates Formularum, quibus datur potestas dispensandi in impedimentis matrimonialibus, valeant etiam quando agitur de matrimonio nulliter contracto, utraque parte, dum contrahebatur, nullitatis conscia?

Dubitari de facultate haud posse credo quoad n. 6 Formulæ I., aut quoad facultates extraordinarias D. et E.; nam in his facultatibus potestas datur legitimandi prolem; quæ potestas manifeste supponit matrimonium nulliter initum utraque parte nullitatis conscia: proles enim suscepta ex matrimonio invalido sed cum scientia nullitatis ex altera tantum parte inito, illegitima non est. Dubium igitur vertitur circa num. 7, 8, 9, Form. I. in quibus non conceditur facultas legitimandi prolem. Cum res controvertatur inter Doctores, quæro num tuta conscientia utramvis sententiam sequi liceat?

VII. An facultas sub n. 14 Form. I. communicari possit ab Episcopo Sacerdotibus in sua Diœcesi laborantibus?

VIII. Quid intelligitur per "Rosarium" in n. 26, Formulæ I.? An Rosarium quindecim, an vero etiam quinque decadum, et an aliæ preces, de quibus in eodem numero, quantitate moraliter æquivalere debeant Rosario?

[1] *Melius:* dummodo.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IX. An altare quod ab Episcopo vi n. 8 facultatum extraordinarium C. privilegiatum declarari potest, censendum sit privilegiatum perpetuum? Sunt qui existiment Episcopum altare privilegiare non posse ultra terminum facultatum: quo certe casu Episcopi nostri sæpe minus possent quam Episcopi in Europa, qui si altare aliquod privilegiatum declarant, privilegium altari ad septennium communicant. Alii vero opinantur, Episcopi quidem facultatem declarandi altare privilegiatum expirare cum ipsis facultatibus extraordinariis C.; altari autem designato ab ipso indulgentiam communicari in perpetuum, quemadmodum ex. gr. Confraternitatibus ab eo erectis ac Coronis ab eo benedictis, vi n. 9 earumdem facultatum, in perpetuum communicantur indulgentiæ.

X. Posito quod Episcopo anno 1883 ad triennium data fuerit potestas utendi facultatibus, quibus *gaudet* dispensandi super impedimentis matrimonii, quando hæc impedimenta cumulantur. Facultates decennales, vel quinquennales, vi quarum in impedimentis matrimonii dispensare potest, expirabunt anno 1884. Quæritur num prorogatis ad aliud decennium vel quinquennium facultatibus, per biennium etiamnum uti valeat facultate anno 1883 sibi data? Sunt, qui negent, cum *juxta litteram*, potestas triennalis dispensandi in cumulatis impedimentis valeat tantum pro usu facultatum quibus *gaudet:* i. e. pro usu earum, quibus anno 1883 gaudebat, non pro usu earum, quibus iterum anno 1884 gaudebit. Alii vero putant hanc interpretationem nimis litteralem esse, seu minus consentaneam menti S. Sedis, quæ facultatem dispensandi in cumulatis valere voluit ad triennium.

Feria iv. die 2 Julii, 1884.

In Congregatione Generali habita coram Emis ac Rmis DD. S. R. E. Card. Inquisitoribus Generalibus perpensis suprascriptis dubiis præhabitoque Rmorum Consultorum suffragio, iidem Emi ac Rmi DD. Cardinales decreverunt:

Ad I. Negative.

Ad II. Verba Formulæ ita accipienda esse, ut facultas concessa intelligatur dispensandi tam ab impedimento consanguinitatis, quam ab impedimento affinitatis, sejunctim tamen; non vero quando utrumque impedimentum in uno eodemque casu concurrunt.

Ad III. et IV. Affirmative ad utrumque.

Ad V. Oriri tum ex baptismo tum ex Confirmatione.

Ad VI. Facultates de quibus agitur valere etiam quando utraque pars conscia est nullitatis matrimonii jam initi.[1]

Ad VII. Posse.

Ad VIII. Intelligi integrum Rosarium, sed relinqui prudenti arbitrio et conscientiæ Episcopi, attentis peculiaribus personarum circumstantiis, commutationem in tertiam partem, aut in preces tertiæ parti respondentes.

Ad IX. et X. Affirmative.

Eadem die ac feria SSmus Resolutiones Emorum PP. confirmavit.

Pro D. Juvenali Pelami *S. R. U. I. Not.*

L. † *S.* Gustavus Persiani *Subst.*

[1] Unde relinquenda est Declaratio S. Off. de 22 Dec. 1723, quam in contrarium allegat Gasparri n. 419, uti etiam Bucceroni id, quod habet in *Cas. conse.* ii. n. 171., corrigit in Appendice.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

APPENDIX III.

FACULTATES EXTRAORDINARIÆ EPISCOPORUM CANADENSIUM.

249.—Ex Formula T.—*Inscribitur hæc Formula in rec. editione* de anno 1894:

T.

"Ex audientia SSmi habita die . . . SS. D. N. . . . Divina Providentia PP. . . . referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario R. P. D. . . . sequentes facultates extraordinarias benigne concessit." . . . (*Verba:* "*ad decennium*" *in ed. rec. desunt.*)

1. "Dispensandi cum quindecim utriusque Cleri Diaconis suæ jurisdictioni subjectis super defectu ætatis octodecim mensium, ut eo non obstante ad sacrum Presbyteratus ordinem promoveri possint, dummodo idonei sint et nullum aliud eis obstet Canonicum impedimentum." (Cfr. n. 176.)

2. "Promovendi ad sacros ordines titulo Missionis Clericos suæ Diœcesis dummodo pariter idonei sint, ac præstito ab iis prius juramento Missionibus Diœcesis ejusdem perpetuo inserviendi." (Cfr. n. 211.)

3. "Dispensandi cum fidelibus suæ jurisdictioni subjectis tam catholice natis quam ad fidem catholicam conversis pro quinquaginta casibus tantum super primo affinitatis gradu ex copula illicita per lineam collateralem sive rectam resultantis, dummodo nullum subsit dubium, quod conjux possit esse proles ab altero contrahentium nata, in matrimoniis ignoranter, vel scienter quoque contractis, sicuti etiam in contrahendis, ubi rationabilis et legitima causa concurrat, in occultis tamen, et in foro conscientiæ tantum, impositis pro modo culpæ pœnitentiis privatis salutaribus." (Cfr. n. 215.)

4. "Dispensandi cum catholicis memoratis pro quinquaginta casibus tantum super primo affinitatis gradu ex copula illicita tam in linea transversali, quam in linea recta proveniente, dummodo constet, neutrum ex contrahentibus esse alterius filium, in matrimoniis ignoranter vel scienter quoque contractis, sicuti etiam in contrahendis etiam *publicis, et in utroque foro,* impositis pro modo culpæ pœnitentiis salutaribus."

(Distinctivum hujus Art. et præcedentis videtur esse illud "*publicis*," quod proin se refert etiam ad "*contractis*"; secus idem bis diceretur, quoad cetera vide n. 242.)

5. "Dispensandi cum Catholicis prædictis super secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu in linea collaterali æquali pro casibus tantum urgentibus, in quibus ob imminens scandali periculum desit tempus recurrendi ad S. Sedem, gravata super hoc Episcopi conscientia, et injuncta lege ut in petenda hujus facultatis renovatione numerum dispensationum concessarum exhibere debeat." (Cfr. n. 241.)

(Pro primo gradu affinitatis ex copula licita in Articulis expositis nulla concessa est facultas. Idem dicendum est de gradu secundo consanguinitatis et affinitatis tangente primum, licet pro primo solo affinitatis ex copula illicita data sit facultas!—Ex quo sicut ex illis quæ habentur in opere : *Discipline du Diocèse de Québec* pag. 56, 57, aliud quoddam indultum existere supponendum est.—De communicatione facultatum nihil in hac Formula habetur. Cfr. tamen infra n. 250, ad 2.)

6. "Dispensandi ab interpellatione." (Cfr. n. 130, **e.** 3.)

7. "Dispensandi pro quinquaginta casibus super impedimento mixtæ Religionis, dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis ac præsertim de amovendo a conjuge catholico perversionis periculo, deque conversione conjugis acatholici pro viribus curanda, ac de universa prole utriusque sexus in Catholicæ Religionis sanctitate omnino educanda; servata in reliquis instructione typis impressa." (N. 216 seq.)

8. "Assignandi pensiones Parochis vel Missionariis ex infirmitate resignantibus Parœcias seu Missiones, in quas per decem annos incubuerunt, solvendas annuatim a successore, non excedentem tertiam partem fructuum quolibet modo provenientium ex parœciis vel missionibus."

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(Hoc juxta quosdam Episcopi ex jure facere possunt. Cfr. Smith *Elem.* n. 387; S. Alph. iii. n. 81. At Reiffenstuel Lib. iii. tit. 12, n. 89 seq. probat, non licere Episcopo imponere beneficio pensionem consistentem in certa quota reddituum beneficii aut transmissibilem ad successorem. Ex quo elucet ratio facultatis præfatæ necnon indulti die 6 Julii 1852 per S. C. de P. F. Archiepiscopo et Episcopis Canadensibus, donec aliter a Sede Apla provideatur, concessi, vi cujus ad sui sustentationem atque ad Episcopalia munia obeunda singulos Parochos et missionarios vices Parochorum fungentes pro decima parte reddituum onerare possunt. Cfr. *Coll. Lac.* iii. p. 621.)

9. "Exigendi mulctas . . . in dispens. matr." (Cfr. p. 303.)

10. "Impertiendi intra fines suæ Diœcesis ter quolibet anno Papalem Benedictionem in solemnioribus seu dominicis festis cum indulgentia" etc. ut supra ante n. 181.

11. "Impertiendi in perpetuum indulgentiam plenariam singulis ex Clero, qui per quinque saltem dies S. Exercitiis interfuerint, ac sacrosanctum Missæ sacrificium celebrantes, vel saltem sacram synaxim recipientes pias ad Deum preces effuderint pro S. Fidei propagatione et juxta mentem Sanctitatis suæ, et ejusdem indulgentiæ applicationem per modum suffragii animabus in purgatorio detentis permittendi."

(Si exercitia spiritualia per modum missionis habentur a quibusdam Religiosis, ut PP. Jesuitis aut Redemptoristis speciales insuper conceduntur indulgentiæ, de quibus cfr. Beringer pag. 311 (286) seq. et Ulrich: Trésor spirituel pag. 240.)

12. "Impertiendi benedictionem cum indulgentia plenaria omnibus Christi fidelibus in articulo mortis constitutis juxta formam præscriptam, et permittendi, ut, grassantibus epidemicis vel contagiosis morbis, prædicti fideles eandem indulgentiam lucrari possint Christi Crucifixi imaginem, vel Crucem ad hoc benedictam, osculando." (Cfr. n. 148.)

13. "Retinendi ac legendi damnatorum auctorum libros prohibitos contra religionem ex professo tractantes, ad effectum eos impugnandi, quos tamen diligenter custodiat ne ad aliorum manus perveniant." (Cfr. n. 157, 174.)

14. "Erigendi pium exercitium Viæ Crucis in locis suæ jurisdictioni spirituali subjectis, dummodo non adsint Franciscales, cum applicatione omnium indulgentiarum, quæ hujusmodi exercitium peragentibus a Summis Pontificibus impertitæ sunt" (cfr. n. 205 seq.) "et applicandi easdem indulgentias Christi crucifixi imaginibus et crucibus quibusdam in casibus prudentia et judicio Episcopi seligendis." (Cfr. n. 210.)

15. "Ut in actu visitationis parochiarum et missionum, et etiam communitatum tam sæcularium quam regularium lucrari possint Episcopus et ejus Coadjutor, necnon totus Clerus ac Christi fideles omnes, indulgentiam plenariam pro una vice tantum in qualibet parochia seu missione aut districtu, dummodo ii, qui presbyteri sunt, celebrent S. Missæ Sacrificium, et alii contriti, confessi ac sacra communione refecti pias ad Deum preces fuderint pro S. Fidei propagatione et juxta mentem Sanctitatis Suæ."

16. "Benedicendi ad quinquennium per se vel per Coadjutorem, Vicarios Generales necnon Presbyteros in Diœcesi laborantes, coronas precatorias, Cruces seu sacra numismata eisque applicandi indulgentias etiam Divæ Birgittæ nuncupatas, juxta folium adjectum." (Cfr. n. 182 et 201 ad 2.)

17. "Permittendi ad quinquennium ut sylvicolis ad fidem conversis et aliis fidelibus apud illos degentibus licite valideque confirmationis Sacramentum administrare possit unus ex Missionariis in quamcumque regionem longe ab Episcopo dissitam missis, servata instructione."

(Instructio hæc est Sacræ C. de P. F. 4 Maji 1774 ap. *Coll. Prop.* n. 666, et *Rit. Rom.* App. p. 2.)

18. "Concedendi Missionariis facultatem benedicendi aquam baptismalem ea breviori formula qua Missionariis Peruanis apud Indos Summus Pontifex Paulus III. uti concessit, pro casu tamen necessitatis."

(Eandem facultatem *missionariis Statuum Fœd. Am. sept.* concessit Pius VIII. 16 Oct. 1830 pro casibus, in quibus aqua baptismalis in Vigilia Pasch. aut Pentec. benedicta haberi nequit. Cfr. *Coll. Lac.* iii. p. 34–36, *Excerpta*, pag. 239 et *Rit. Rom.* App. p. 1.)

"Voluit autem Sanctitas Sua ut Episcopi in singulis prædictis facultatibus exercendis expressam mentionem facere debeant Apostolicæ Delegationis, necnon epocham adjungere factæ sibi concessionis." (Cfr. n. 12 et n. 78.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(Facultates hujus Formulæ, exceptis illis sub n. 16, 17 et 18, Sacerdotibus *communicari* [cfr. n. 29] nequeunt, neque earum *cumulatio* [n. 15] concessa est. In Provincia Quebecen. autem pro utroque speciale indultum habetur in Form. sequenti sub n. 2 et 8.)

250.—*Episcopis* **Provinciæ Quebecensis** *sequentes facultates ad decennium conceduntur:*

1. "Declarandi privilegiatum in qualibet ecclesia suæ Diœcesis unum altare etiam non fixum, dummodo aliud" etc. ut supra n. 182, Articulus VIII.

2. "Facultates extraordinarias ei hactenus concessas communicandi suis Vicariis Generalibus tempore absentiæ a residentia, necnon in casibus particularibus Missionariis, quando urgens necessitas vel impotentia adeundi Ordinarium adsit."

3. "Erigendi intra fines suæ Diœceseos, exceptis locis ubi adsunt Regulares ex privilegio sui ordinis ejusmodi facultate gaudentes, quascumque pias sodalitates a S. Sede approbatas," (cfr. n. 185, nota)—"iisque sive per se sive per presbyteros a se delegandos, adscribendi utriusque sexus fideles cum applicatione omnium indulgentiarum, quas Summi Pontifices prædictis sodalitatibus impertiti sunt, dummodo non adscribantur nisi fideles qui præsentes sunt in loco adscriptionis."

4. "Alienandi bona ecclesiastica juxta formam, terminos et conditiones expressas in indulto concesso ad decennium Episcopis Provinciæ Ecclesiasticæ Quebecensis die 14 mensis Aprilis anni 1861 et renovati die 27 mensis Martii anni 1870 et die 28 mensis Novembris anni 1880."

(Indultum hoc publice non cognoscitur. Episcopi *Stat. Fœd. Am. sept.* indultum ad decennium habent, vi cujus non tenentur obtinere in singulis alienationibus beneplacitum S. Sedis, sed tantum quolibet triennio ad S. C. de Prop. F. referre casus alienationis exposito etiam statu œconomico missionum pro quibus æs alienum contractum fuit. *Conc. Pl. Balt.* III. pag. ciii.)

5. "Delegandi benedictionem campanarum presbyteris, quandocumque" etc. ut n. 212.

6. "Promovendi ad Tonsuram et ad Ordines tam minores quam sacros Clericos etiam ex aliis provinciis studentes in seminariis hujusce Diœcesis, quos proprii Ordinarii virtute indultorum Apostolicorum dispensaverint super ætate, super interstitiis, super irregularitatibus quibuscumque, exceptis bigamia vera et homicidio vero, vel ut ordinari valeant extra tempora aut ad titulum missionis."

(Episcopus suos subditos ipse ordinare *debet*, nisi causa excusans existat id faciendi per alium. Cfr. Lucidi vol. i. cap. 2 § 3 pag. 169.—Ex quo intelligitur facultas.)

7. "Constituendi sacerdotem cui munus sit, eleemosynas a Christifidelibus oblatas pro missarum celebratione earumque satisfactione dissitis etiam in locis prospicere, eidem sacerdoti assignata aliquali parte stipendii in remunerationem pro sollicitudine et molestia."

8. "Utendi facultatibus, quibus ex Apostolica auctoritate jam gaudet, ad dispensandum super impedimentis sive dirimentibus sive impedientibus etiam in casibus in quibus duo vel plura dirimentia vel unum dirimens et alterum impediens impedimenta concurrant."

(Concurrente impedimento cum mixta religione vi hujus facultatis ad dispensandum procedi nequit, eo quod hujus mentio expressa requiritur. Cfr. n. 15. Neque potest ea sine novo indulto communicari, utpote non pertinens ad *hactenus* concessa, de quibus supra in secundo Art. hujus Form.—Cfr. insuper n. 97, ad VI.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

APPENDIX IV.

PAGELLA FACULTATUM S. PŒNITENTIARIÆ

PRO FORO CONSCIENTIÆ JUXTA RECENTEM EDITIONEM.

251.—*Facultates Quinquennales* S. Pœnitentiariæ *pro Episcopis.*

NOTA. Pagella hæc desumpta est ex periodicis : *Il Monitore ecclesiastico* vol. ix. part. ii. pag. 54 seq., *Analecta eccl.* iv. 459 et *A. E. Rev.* xvi. 173.—Eadem ad verbum habetur ap. *Nouv. Revue théol.* xxiv. 683, ex 6 Sept. 1892.—Mutationes in ea anno 1891 et 1892 factæ indicantur litteris italicis.—Nostri Episcopi hanc pagellam non videntur habere, licet utiliter eam possint habere.

RAPHAEL,

Divina Miseratione Episcopus Ostiensis et Veliternus, S. R. E. Cardinalis Monaco La Valetta, Sacri Collegii Decanus, Sacrosanctæ Patriarchalis Archibasilicæ Lateranensis Archipresbyter,

SS. DD. Nostri Papæ et S. Sedis Apostolicæ
Major Pœnitentiarius.

Vobis Venerabili in Christo Patri N. . . N. . ., Episcopo N. . ., infrascriptas communicamus facultates ad quinquennium duraturas, quibus, non obstante Constitutione *Apostolicæ Sedis* pro foro conscientiæ per Vos sive per Vestrum Vicarium in spiritualibus generalem, dummodo in Sacro presbyteratus ordine sit constitutus, etiam extra sacramentalem confessionem pro grege Vobis commisso, et intra fines Vestræ diœcesis tantum atque de speciali in unoquoque casu exprimenda Sedis Apostolicæ auctoritate Vobis delegata, uti valeatis; quasque canonico pœnitentiario, necnon vicariis foraneis pro foro pariter conscientiæ ac in actu sacramentalis confessionis dumtaxat,

etiam habitualiter, si Vobis placuerit, aliis vero confessariis, cum ad Vos sive ad prædictum Vicarium generalem in casibus particularibus pœnitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri possitis, nisi ob peculiares causas aliquibus confessariis a Vobis specialiter subdelegandis, per tempus arbitrio Vestro statuendum, illas communicare judicabitis.[1]

I. Absolvendi ab excommunicatione Romano Pontifici simpliciter reservata ob manus violentas injectas sive in clericos sive in Regulares, dummodo non fuerit secuta mors, vel mutilatio, seu lethale vulnus, aut ossium fractio; et dummodo casus ad forum Ordinarii deducti non fuerint; injunctis de jure injungendis, et præsertim ut parti læsæ competenter satisfiat.

II. Absolvendi a censuris contra duellantes statutis, in casibus dumtaxat ad forum Ordinarii non deductis; injuncta gravi pœnitentia salutari; et aliis injunctis, quæ fuerint de jure injungenda.

III. Absolvendi quoscumque pœnitentes (exceptis hæreticis publicis, sive publice dogmatizantibus[2]), a quibusvis sententiis, censuris, et pœnis ecclesiasticis incursis ob hæreses tam nemine audiente, vel advertente, quam coram aliis externatas; ob infidelitatem, et catholicæ fidei abjurationem private admissas, sortilegia ac maleficia hæreticalia etiam cum sociis patrata, necnon ob dæmonis invocationem cum pacto donandi animam, eique præstitam idololatriam, ac superstitiones hæreticales exercitas, ac demum ob quæcumque insinuata falsa dogmata incursis, postquam tamen pœnitens complices, si quos habeat, prout de jure, denunciaverit; et quatenus ob justas causas nequeat ante absolutionem denunciare, facta a pœnitente seria promissione denunciationem peragendi cum primum, et meliori modo, quo fieri poterit; et postquam in singulis casibus coram Absolvente hæreses secrete abjuraverit, et pactum cum male-

[1] S. Pœnitentiaria 27 Julii 1893 Episcopis Bavariæ concessit, ut facultatem (infra ad III.) in favorem eorum, qui coram ministro hæretico matrimonium contraxerunt, et ideo excommunicationem incurrerunt, nisi res ad forum contentiosum Ordinarii sit deducta, possint ob difficultates nunc existentes, omnibus confessariis *habitualiter* subdelegare. *Canoniste contemporain* 1894 p. 57.

[2] Quoad hos cfr. dicta p. 225 (1).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dicto dæmone initum expresse revocaverit, tradita eidem Absolventi syngrapha forsan exarata, aliisque mediis superstitiosis, ad omnia comburenda, seu destruenda: injuncta pro modo excessuum gravi pœnitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus hæreses manifestavit, et reparandi illata scandala.

IV. Absolvendi a censuris incursis ob violationem clausuræ Regularium utriusque sexus, dummodo non fuerit commissa cum intentione ad malum finem, etiam effecto non secuto, nec casus fuerint ad forum Ordinarii deducti, cum congrua pœnitentia salutari. Et insuper absolvendi mulieres tantum a censuris, et pœnis ecclesiasticis, ob violationem ad malum finem clausuræ virorum religiosorum incursis, dummodo tamen casus occulti remaneant; injuncta gravi pœnitentia salutari, cum prohibitione accedendi ad Ecclesiam aut Conventum, seu cœnobium dictorum religiosorum durante occasione peccandi.

V. Absolvendi a censuris ob retentionem et lectionem librorum prohibitorum incursis, injuncta congrua pœnitentia salutari, necnon firma obligatione tradendi prout de jure, sive per se, sive per alium absque ulla mora, et quantum fieri poterit ante absolutionem, libros prohibitos, quos pœnitens in sua potestate retineat.

VI. Absolvendi a casu Apostolicæ Sedi reservato ob accepta munera a regularibus utriusque sexus, injuncta pœnitentia salutari, et quando agitur de muneribus quæ valorem decem scutatorum non excedunt, imposita aliqua eleemosyna Absolventis judicio taxanda, et caute eroganda, cum primum poterit, in beneficium religionis aut conventus cui facienda esset restitutio; dummodo tamen non constet, quod illa fuerint de bonis propriis Religionis; quatenus vero accepta munera, vel fuerint ultra valorem scutatorum decem, vel constet fuisse de bonis propriis Religionis, facta prius restitutione, quam si de præsenti pœnitens adimplere nequeat, emissa seria promissione restituendi infra terminum Absolventis arbitrio præfiniendum; alias sub reincidentia.

VII. Absolvendi a censuris, et pœnis ecclesiasticis eos, qui sectis vetitis massonicis, aut carbonariis, aut aliis ejusdem

generis sectis nomen dederunt, aut qualemcumque favorem præstiterunt, ita tamen ut a respectiva secta omnino se separent, eamque abjurent, libros, manuscripta, ac signa sectam respicientia, si quæ retineant, in manus Absolventis tradant ad Ordinarium quam primum caute transmittenda, aut saltem, si justæ gravesque causæ id postulent, comburenda, injuncta pro modo culparum gravi pœnitentia salutari, cum frequentia sacramentalis confessionis, aliisque injunctis de jure injungendis; necnon absolvendi eos, qui ejusmodi sectarum duces et coryphæos occultos denunciare culpabiliter neglexerint, injuncta pariter salutari pœnitentia, et firma obligatione sub reincidentia eosdem Vobis vel aliis, ad quos spectat, prout de jure denuntiandi.[1]

VIII. Absolvendi Religiosos cujuscumque Ordinis (etiam moniales, per confessarios tamen pro ipsis a Vobis approbatos, vel specialiter deputandos) non solum a præmissis, sed etiam a casibus et censuris in sua Religione reservatis, dummodo Religiosi *apud Confessarium subdelegatum legitimam habuerint licentiam peragendi confessionem sacramentalem.*

IX. Dispensandi ad petendum debitum conjugale cum transgressore voti castitatis privatim emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, hujusmodi pœnitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum, quam si marito, vel uxori respective supervixerit.

X. Dispensandi cum incestuoso, vel incestuosa, ad petendum debitum conjugale, cujus jus amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea, vel consanguineo sive in primo sive in primo et secundo, sive in secundo gradu suæ uxoris, seu respective mariti, remota occasione peccandi, et injuncta gravi pœnitentia salutari, et confessione sacramentali singulis mensibus, per tempus arbitrio Dispensantis statuendum.

XI. Dispensandi super occulto impedimento primi, necnon primi et secundi, ac secundi tantum gradus affinitatis ex illicita carnali copula provenientis, quando agatur de matrimonio cum

[1] Cfr. Notam pag. 234.

dicto impedimento jam contracto; et, quatenus agatur de copula cum suæ putatæ uxoris matre, dummodo illa secuta fuerit post ejusdem putatæ uxoris nativitatem, et non aliter; monito pœnitente de necessaria secreta renovatione consensus cum sua putata uxore, aut suo putato marito, certiorato seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute, ut ipsius pœnitentis delictum nusquam detegatur; et quatenus hæc certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis auctoribus traditas; remota occasione peccandi, ac injuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali semel in mense per tempus Dispensantis arbitrio statuendum.

Item de speciali et expressa Apostolica auctoritate Vobis facultatem concedimus dispensandi super dicto occulto impedimento, seu impedimentis affinitatis ex copula illicita etiam in matrimoniis contrahendis *dispensandique facultatem subdelegandi, etiam habitualiter, parochis vestræ diœcesis*, quando tamen omnia parata sint ad nuptias, nec matrimonium usquedum ab Apostolica Sede obtineri possit dispensatio absque periculo gravis scandali differri queat, remota semper occasione peccandi, et firma remanente conditione, quod copula habita cum matre mulieris, hujus nativitatem non antecedat: injuncta in quolibet casu pœnitentia salutari.

XII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione et agatur de matrimonio jam contracto: monitis putatis conjugibus de necessaria consensus secreta renovatione.

Item ex eadem speciali et expressa Apostolica auctoritate pariter facultatem concedimus dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, in casibus tamen urgentioribus in quibus tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem; injuncta in utroque casu gravi pœnitentia salutari, et confessione sacramentali semel singulis mensibus per tempus Dispensantis arbitrio statuendum.

N. B. *Mens nostra est:* 1° *Ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra prædictum terminum his facultatibus Vos uti*

contingat, absolutiones seu dispensationes exinde impertitæ ratæ sint et validæ; 2° *Ut injunctio confessionis sacramentalis de qua sub nn.* x., xi. *et* xii., *non sit* IRRITATIVA *sed tantum* PRÆCEPTIVA; 3° *Ut his facultatibus non solum singillatim sed etiam cumulatim in uno eodemque casu uti possitis.*

Datum Romæ ex Ædibus Nostris die 5 Maji 1896.

B. POMPILI, S. P. *Corrector.*
R. CELLI, S. P. *Substit.*

252.—*Pagella facultatum S. Pœnitentiariæ pro simplicibus* CONFESSARIIS.

NOTA. Pagella hæc desumpta est ex opere Clementis Marc: *Institut. Moral. Alphonsianæ* vol. ii. app. i. ad 3, additis mutationibus recentibus, quæ in lib. period. *Nouv. Revue Théol.* xxiv. 633 seq. notatæ sunt.—Ea a Confessariis, recommendante Episcopo, etiam hisce in regionibus obtineri possunt et forsan habentur.—In sequenti præmisso exordio singulæ facultates indicantur remissive ad opus.

RAPHAEL etc. etc. (ut supra n. 251) Major Pœnitentiarius. Tibi dilecto in Christo confessario ab Ordinario loci ad excipiendas fidelium utriusque sexus sacramentales confessiones legitime approbato infrascriptas concedimus facultates, quibus, non obstante Constitutione *Apostolicæ Sedis* pro foro conscientiæ et in sacramentali Confessione auctoritate apostolica uti valeas et non aliter; ita tamen, ut illas nemini manifestes, nisi necessitas aut utilitas id exegerit.

I. Absolvendi ab excomm. ob manus violentas injectas in Clericos etc. pag. 233.

II. Absolvendi a Censuris contra Duellantes pag. 233.

III. Absolvendi . . . a censuris ob hæreses pag. 225.

IV. Absolvendi a censuris ob violationem clausuræ pag. 233.

V. Absolvendi a censuris ob retentionem et lectionem librorum prohibitorum pag. 234.

VI. Absolvendi . . . ob accepta munera a Regularibus pag. 226.

VII. Absolvendi . . . eos, qui sectis Massonicis . . . nomen dederunt . . . pag. 234.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

VIII. Absolvendi Religiosos . . . a præmissis et a casibus in sua Religione reservatis pag. 228.

IX. Commutandi . . . vota simplicia pag. 165.

X. Dispensandi ad petendum debitum . . . cum transgressore voti castitatis pag. 165.

XI. Dispensandi cum incestuoso ad petendum debitum pag. 192.

XII. Dispensandi super affinitate occulta ex copula illicita matrimonio contracto pag. 378.

XIII. Dispensandi super occulto crimine absque machinatione matrimonio contracto pag. 190.

XIV. Dispensandi super occulta irregularitate ex violatione censurarum cum Sacerdotibus pag. 152 ad **e.**

Volumus autem ut supra dictis facultatibus uti valeas tantummodo *per triennium* a data præsentium computandum, et abstineas absolvere a casibus reservatis locorum Ordinariis, nisi facultatem ab eis obtinueris.

N. B. *Mens nostra est:* 1, 2, 3, ut supra n. 251 in fine.

APPENDIX V.

DE CENSURIS LATÆ SENTENTIÆ.

253. A. Censuræ contentæ in const. *Apostolicæ Sedis moderationi.*

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicæ Sedis moderationi convenit, quæ salubriter veterum canonum auctoritate constituta sunt, sic retinere, ut, si temporum rerumque mutatio quidpiam esse temperandum prudenti dispensatione suadeat, Eadem Apostolica Sedes congruum supremæ suæ potestatis remedium ac providentiam impendat. Quamobrem cum animo Nostro jampridem revolveremus ecclesiasticas *censuras*, quæ *per modum latæ sententiæ*, ipsoque facto incurrendæ ad incolumitatem ac disciplinam ipsius Ecclesiæ tutandam, effrenemque improborum licentiam coercendam et emendandam sancte per singulas ætates indictæ ac promulgatæ sunt, magnum ad numerum sensim excrevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis, ob quas impositæ fuerant, vel a pristina utilitate, atque opportunitate excidisse; eamque ob rem non infrequentes oriri sive in iis, quibus animarum cura commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates, angoresque conscientiæ; Nos ejusmodi incommodis occurrere volentes, plenam earundem recensionem fieri, Nobisque proponi jussimus, ut diligenti adhibita consideratione, statueremus, quasnam ex illis servare ac retinere oporteret, quas vero moderari, aut abrogare congrueret. Ea igitur recensione peracta, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in negotiis Fidei Generalibus Inquisitoribus per

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

VIII. Absolvendi Religiosos . . . a præmissis et a casibus in sua Religione reservatis pag. 228.

IX. Commutandi . . . vota simplicia pag. 165.

X. Dispensandi ad petendum debitum . . . cum transgressore voti castitatis pag. 165.

XI. Dispensandi cum incestuoso ad petendum debitum pag. 192.

XII. Dispensandi super affinitate occulta ex copula illicita matrimonio contracto pag. 378.

XIII. Dispensandi super occulto crimine absque machinatione matrimonio contracto pag. 190.

XIV. Dispensandi super occulta irregularitate ex violatione censurarum cum Sacerdotibus pag. 152 ad **e.**

Volumus autem ut supra dictis facultatibus uti valeas tantummodo *per triennium* a data præsentium computandum, et abstineas absolvere a casibus reservatis locorum Ordinariis, nisi facultatem ab eis obtinueris.

N. B. *Mens nostra est:* 1, 2, 3, ut supra n. 251 in fine.

APPENDIX V.

DE CENSURIS LATÆ SENTENTIÆ.

253. A. Censuræ contentæ in const. *Apostolicæ Sedis moderationi.*

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicæ Sedis moderationi convenit, quæ salubriter veterum canonum auctoritate constituta sunt, sic retinere, ut, si temporum rerumque mutatio quidpiam esse temperandum prudenti dispensatione suadeat, Eadem Apostolica Sedes congruum supremæ suæ potestatis remedium ac providentiam impendat. Quamobrem cum animo Nostro jampridem revolveremus ecclesiasticas *censuras*, quæ *per modum latæ sententiæ*, ipsoque facto incurrendæ ad incolumitatem ac disciplinam ipsius Ecclesiæ tutandam, effrenemque improborum licentiam coercendam et emendandam sancte per singulas ætates indictæ ac promulgatæ sunt, magnum ad numerum sensim excrevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis, ob quas impositæ fuerant, vel a pristina utilitate, atque opportunitate excidisse; eamque ob rem non infrequentes oriri sive in iis, quibus animarum cura commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates, angoresque conscientiæ; Nos ejusmodi incommodis occurrere volentes, plenam earundem recensionem fieri, Nobisque proponi jussimus, ut diligenti adhibita consideratione, statueremus, quasnam ex illis servare ac retinere oporteret, quas vero moderari, aut abrogare congrueret. Ea igitur recensione peracta, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in negotiis Fidei Generalibus Inquisitoribus per

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

universam Christianam Rempublicam deputatis in consilium adscitis, reque diu ac mature perpensa, motu proprio, certa scientia, matura deliberatione Nostra, deque Apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura Constitutione *decernimus, ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, quæ per modum latæ sententiæ, ipsoque facto incurrendæ hactenus impositæ sunt, nonnisi illæ, quas in hac ipsa Constitutione inserimus, eoque modo, quo inserimus, robur exinde habeant;*[1] simul declarantes, *easdem non modo ex veterum canonum auctoritate, quatenus cum hac Nostra Constitutione conveniunt, verum etiam ex hac ipsa Constitutione Nostra, non secus ac si primum editæ ab ea fuerint, vim suam prorsus accipere debere.*[2]

§. I.—EXCOMMUNICATIONES LATÆ SENTENTIÆ SPECIALI MODO ROMANO PONTIFICI RESERVATÆ.

Itaque excommunicationi latæ sententiæ speciali modo Romano Pontifici reservatæ subjacere declaramus:

I. Omnes a christiana fide apostatas, et omnes ac singulos hæreticos, quocumque nomine censeantur, et cujuscumque sectae existant, eisque credentes eorumque receptores, fautores, ac generaliter quoslibet illorum defensores.[3]

II. Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolicæ libros eorumdem apostatarum et hæreticorum *hæresim propugnantes*, nec non libros cujusvis auctoris per Apostolicas Litteras *nominatim prohibitos*, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendentes.

III. Schismaticos et eos qui a Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter se subtrahunt, vel recedunt.[3]

IV. Omnes et singulos, cujuscumque status, gradus seu conditionis fuerint, ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes, nec non eos quorum auxilio, consilio vel favore appellatum fuerit.[3]

[1] En scopus constitutionis!
[2] En modus eam interpretandi!
[3] Supra n. 137 et 138.

V. Omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos a suis diœcesibus, territoriis, terris seu dominiis ejicientes, nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium vel favorem.

VI. Impedientes directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiasticæ sive interni sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum sæculare ejusque mandata procurantes, edentes, aut auxilium, consilium vel favorem præstantes.

VII. Cogentes[1] sive directe, sive indirecte judices laicos ad trahendum ad suum Tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones: item edentes leges vel decreta contra libertatem aut jura Ecclesiæ.

VIII. Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas litteras vel acta quælibet a Sede Apostolica,[2] vel ab ejusdem Legatis aut Delegatis quibuscumque profecta eorumque promulgationem vel executionem directe vel indirecte prohibentes, aut eorum causa sive ipsas partes, sive alios lædentes, vel perterrefacientes.

IX. Omnes falsarios Litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis ac supplicationum gratiam vel justitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vice-Cancellarios seu Gerentes vices eorum aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum: nec non falso publicantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, et etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vice-Cancellarii aut Gerentis vices prædictorum.

X. Absolventes complicem in peccato turpi etiam in mortis articulo, si alius Sacerdos licet non adprobatus ad confessiones,

[1] I. e. legislatores et aliæ auctoritates seu ii qui a nemine coacti vel talia agunt vel alios ad agendum cogunt. S. C. S. Off. 1 Feb. 1871 et 23 Jan. 1886.
[2] Etiam a S. Congregationibus. S. C. S. Off. 13 Jan. 1892 ap. *Act. S. Sed.* xxix. 575.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sine gravi aliqua exoritura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem.[1]

XI. Usurpantes aut sequestrantes jurisdictionem, bona, reditus ad personas ecclesiasticas, ratione suarum ecclesiarum aut beneficiorum, pertinentes.[2]

XII. Invadentes, destruentes, per se vel per alios civitates, terras, loca aut jura ad Ecclesiam Romanam pertinentia; vel usurpantes, perturbantes, retinentes supremam jurisdictionem in eis nec non ad singula prædicta auxilium, consilium, favorem præbentes.[3]

A quibus omnibus excommunicationibus huc usque recensitis absolutionem Romano Pontifici pro tempore speciali modo reservatam esse et reservari; et pro ea generalem concessionem absolvendi a casibus et censuris, sive excommunicationibus Romano Pontifici reservatis nullo pacto sufficere declaramus, revocatis insuper earumdem respectu quibuscumque indultis concessis sub quavis forma et quibusvis personis etiam Regularibus cujuscumque ordinis, congregationis, societatis, et instituti, etiam speciali mentione dignis et in quavis dignitate constitutis. Absolvere autem præsumentes sine debita facultate, etiam quovis prætextu, excommunicationis vinculo Romano Pontifici reservatæ innodatos se sciant, dummodo non agatur de mortis articulo, in quo tamen firma sit quoad absolutos obligatio standi mandatis Ecclesiæ, si convaluerint.

[1] Cfr. n. 146.

[2] Huic excommunicationi (aliisque pœnis) subjiciuntur ex Litt. Pii IX. 21 Nov. 1873 pro *Helvetia* et Decr. S. C. C. 23 Maji 1874 pro provincia *Veneta* et *Mediolanen.* "quicumque *suffragante populo*, ad parochi vel vicarii officium electi, audeant sive Ecclesiæ sive jurium ac bonorum prætensam possessionem arripere, atque obire munia ecclesiastici ministerii;" (*Act. S. Sed.* vii. 702) item asseclæ societatis clerico-liberalis seu emancipatricis cleri, qui populari sacrorum ministrorum electioni dant operam, qui præterea etiam schismatici sunt et ex articulo vi. damnantur.

[3] His adde qua xiii. illam quæ est infra n. 254, i.

§. II.—EXCOMMUNICATIONES LATÆ SENTENTIÆ ROMANO PONTIFICI RESERVATÆ.

Excommunicationi latæ sententiæ Romano Pontifici reservatæ subjacere declaramus:

I. Docentes vel defendentes sive publice sive privatim propositiones ab Apostolica Sede damnatas sub excommunicationis pœna latæ sententiæ; item docentes vel defendentes tanquam licitam praxim inquirendi a pœnitente nomen complicis, prouti damnata est a Benedicto XIV., in Const. *Suprema* 7 Julii 1745; *Ubi primum* 2 Junii 1746; *Ad eradicandum* 28 Septembris 1746.

II. Violentas manus, suadente diabolo, injicientes in clericos, vel utriusque sexus Monachos, exceptis quoad reservationem casibus et personis, de quibus jure vel privilegio permittitur, ut episcopus aut alius absolvat.[1]

III. Duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices vel qualemcumque operam aut favorem præbentes; nec non de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est, non prohibentes, cujuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis.[2]

IV. Nomen dantes sectæ *Massonicæ* aut *Carbonariæ*, aut aliis ejusdem generis sectis quæ contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam, seu clandestine machinantur, nec non iisdem sectis favorem qualemcumque præstantes; earumve occultos coryphæos ac duces non denunciantes, donec non denunciaverint.[3]

V. Immunitatem asyli ecclesiastici ausu temerario violare jubentes, aut violantes.[4]

VI. Violantes clausuram monialium, cujuscumque generis aut conditionis, sexus vel ætatis fuerint, in earum monasteria absque legitima licentia ingrediendo; pariterque eos introducentes vel admittentes; itemque Moniales ab illa exeuntes

[1] Cfr. supra n. 142. [2] Cfr. ib. ad iii. (ii.)

[3] Cfr. supra n. 142 iii. (vii.)

[4] Ita lectio correcta a S. C. S. Off. 10 Febr. 1871 ap. Act. S. Sed. xxv. 457.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

extra casus ac formam a S. Pio V. in Const. *Decori* præscriptam.

VII. Mulieres violantes regularium virorum clausuram, et superiores aliosve eas admittentes.

VIII. Reos simoniæ realis in beneficiis quibuscumque et eorum complices.

IX. Reos simoniæ confidentialis in beneficiis quibuslibet, cujuscumque sint dignitatis.

X. Reos simoniæ realis ob ingressum in religionem.

XI. Omnes qui quæstum facientes ex indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus excommunicationis censura plectuntur Constitutione S. Pii V. *Quam plenum*, 2 Januarii 1569.

XII. Colligentes eleemosynas majoris pretii pro missis et ex iis lucrum captantes, faciendo eas celebrari in locis ubi missarum stipendia minoris pretii esse solent.

XIII. Omnes qui excommunicatione mulctantur in Constitutionibus S. Pii. V. *Admonet nos*, quarto kalendas Aprilis 1567; Innocentii IX. *Quæ ab hac Sede*, pridie nonas Novembris 1591; Clementis VIII. *Ad Romani Pontificis curam*, 26 Junii 1592, et Alexandri VII. *Inter ceteras*, nono kalendas Novembris 1660, alienationem et infeudationem civitatum et locorum S. R. E. respicientibus.

XIV. Religiosos præsumentes clericis aut laicis extra casum necessitatis sacramentum Extremæ Unctionis aut Eucharistiæ per viaticum ministrare absque Parochi licentia.

XV. Extrahentes absque legitima venia reliquias ex sacris cœmeteriis sive catacumbis Urbis Romanæ ejusque territorii, eisque auxilium vel favorem præbentes.

XVI. Communicantes cum excommunicato nominatim a Papa in crimine criminoso, ei scilicet impendendo auxilium vel favorem.

XVII. Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum personis a Romano Pontifice nominatim excommunicatis et ipsos in officiis recipientes.[1]

[1] Reliquas vide infra n. 254 ii.

§. III.—EXCOMMUNICATIONES LATÆ SENTENTIÆ EPISCOPIS SIVE ORDINARIIS RESERVATÆ.

Excommunicationi latæ sententiæ Episcopis sive Ordinariis reservatæ subjacere declaramus:[1]

I. Clericos in sacris constitutos vel Regulares aut Moniales post votum solemne castitatis matrimonium contrahere præsumentes; nec non omnes cum aliqua ex prædictis personis matrimonium contrahere præsumentes.

II. Procurantes abortum, effectu sequuto.

III. Litteris apostolicis falsis scienter utentes, vel crimini ea in re cooperantes.

§. IV.—EXCOMMUNICATIONES LATÆ SENTENTIÆ NEMINI RESERVATÆ.

Excommunicationi latæ sententiæ nemini reservatæ subjacere declaramus:

I. Mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticæ sepulturæ hæreticos notorios aut nominatim excommunicatos vel interdictos.

II. Lædentes aut perterrefacientes Inquisitores, denuntiantes, testes, aliosve ministros S. Officii, ejusve sacri Tribunalis scripturas diripientes, aut comburentes, vel prædictis quibuslibet auxilium, consilium, favorem præstantes.

III. Alienantes et recipere præsumentes bona ecclesiastica absque Beneplacito Apostolico, ad formam Extravagantis *Ambitiosæ* de Reb. ecc. non alienandis.

IV. Negligentes sive culpabiliter omittentes denunciare infra mensem Confessarios sive Sacerdotes a quibus sollicitati fuerint ad turpia in quibuslibet casibus expressis a Prædecess. Nostris Gregorio XV. Constit. *Universi*, 20 Augusti 1622, et Benedicto XIV. Constit. *Sacramentum pœnitentiæ*, 1 Junii 1741.

Præter hos hactenus recensitos, eos quoque quos Sacrosanctum Concilium Tridentinum, sive reservata Summo Pontifici[2] aut Ordinariis absolutione, sive absque ulla reservatione[3] excommunicavit, Nos pariter ita excommunicatos esse declaramus;

[1] Cfr. supra n. 142 ii. et infra n. 254 iii.
[2] Cfr. infra n. 254. ii. c.
[3] Cfr. infra n. 254. iv.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

excepta anathematis pœna in Decreto Sess. IV. *De editione et usu Sacrorum Librorum* constituta, cui illos tantum subjacere volumus, qui libros de rebus Sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt, aut imprimi faciunt.[1]

§. V.—SUSPENSIONES LATÆ SENTENTIÆ SUMMO PONTIFICI RESERVATÆ.

I. Suspensionem ipso facto incurrunt a suorum Beneficiorum perceptione ad beneplacitum S. Sedis Capitula et Conventus ecclesiarum et monasteriorum aliique omnes, qui ad illarum seu illorum regimen et administrationem recipiunt Episcopos aliosve Prælatos de prædictis ecclesiis seu monasteriis apud eamdem S. Sedem quovis modo provisos, antequam ipsi exhibuerint litteras apostolicas de sua promotione.

(Similem suspensionem vide infra n. 254 i. 4.)

II. Suspensionem per triennium a collatione Ordinum ipso jure incurrunt aliquem ordinantes absque titulo beneficii vel patrimonii cum pacto ut ordinatus non petat ab ipsis alimenta.

III. Suspensionem per annum ab ordinum administratione ipso jure incurrunt ordinantes alienum subditum etiam sub prætextu beneficii statim conferendi, aut jam collati, sed minime sufficientis, absque ejus episcopi litteris dimissorialibus, vel etiam subditum proprium qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus.

IV. Suspensionem *per annum* a collatione ordinum ipso jure incurrit, qui excepto casu legitimi privilegii, ordinem sacrum contulerit absque titulo beneficii vel patrimonii clerico in aliqua congregatione viventi, in qua solemnis professio non emittitur, vel etiam religioso nondum professo.

V. Suspensionem perpetuam ab exercitio ordinum ipso jure incurrunt Religiosi ejecti, extra Religionem degentes.

VI. Suspensionem ab Ordine suscepto ipso jure incurrunt qui eumdem ordinem recipere præsumpserunt ab excommunicato vel suspenso, vel interdicto, nominatim denunciatis, aut ab hæretico vel schismatico notorio: eum vero qui bona fide a quopiam eorum est ordinatus, exercitium non habere ordinis sic suscepti, donec dispensetur, declaramus.

[1] Prædicta de libris post const. *Officiorum* de 25 Jan. 1897 non amplius valere videntur.

VII. Clerici sæculares externi ultra quatuor menses in Urbe Roma commorantes ordinati ab alio quam ab ipso suo Ordinario absque licentia Card. Urbis Vicarii, vel absque prævio examine coram eodem peracto, vel etiam a proprio Ordinario posteaquam in prædicto examine rejecti fuerint; nec non clerici pertinentes ad aliquem e sex Episcopatibus suburbicariis, si ordinentur extra suam diœcesim, demissorialibus sui Ordinarii ad alium directis quam ad Card. Urbis Vicarium; vel non præmissis ante Ordinem sacrum suscipiendum exercitiis spiritualibus per decem dies in domo Urbana sacerdotum e Missione nuncupatorum, suspensionem ab ordinibus sic susceptis ad beneplacitum S. Sedis ipso jure incurrunt; Episcopi vero ordinantes ab usu Ponticalium per annum.[1]

§. VI.—INTERDICTA LATÆ SENTENTIÆ RESERVATA.

I. Interdictum Romano Pontifici speciali modo reservatum ipso jure incurrunt Universitates, Collegia et Capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus seu mandatis ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis ad universale futurum Concilium appellantia.

II. Scienter celebrantes vel celebrari facientes divina in locis ab Ordinario vel delegato judice, vel a jure interdictis, aut nominatim excommunicatos ad divina officia, seu ecclesiastica Sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam admittentes, interdictum ab ingressu Ecclesiæ ipso jure incurrunt, donec ad arbitrium ejus cujus sententiam contempserunt, competenter satisfecerint.

Denique quoscumque alios Sacrosanctum Concilium Tridentinum suspensos[2] aut interdictos[3] ipso jure esse decrevit, Nos pari modo suspensioni vel interdicto eosdem obnoxios esse volumus et declaramus.

[1] Reliquas suspensiones vide n. 254 v. vi.
[2] Cfr. infra n. 254 ad v.
[3] Cfr. n. 254 ad vii.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quæ vero censuræ sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti Nostris, aut Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, aut sacris canonibus præter eas, quas recensuimus, latæ sunt, atque hactenus in suo vigore perstiterunt sive pro R. Pontificis electione, sive pro interno regimine quorumcumque Ordinum et Institutorum Regularium, nec non quorumcumque Collegiorum, Congregationum, cœtuum locorumque piorum cujuscumque nominis aut generis sint, eas omnes firmas esse, et in suo robore permanere volumus et declaramus.

Ceterum decernimus, in novis quibuscumque concessionibus ac privilegiis, quæ ab Apostolica Sede concedi cuivis contigerit, nullo modo ac ratione intelligi unquam debere, aut posse comprehendi facultatem absolvendi a casibus, et censuris quibuslibet Romano Pontifici reservatis, nisi de iis formalis, explicita, ac individua mentio facta fuerit: quæ vero privilegia aut facultates, sive a Prædecessoribus Nostris, sive etiam a Nobis cuilibet Cœtui, Ordini, Congregationi, Societati, et Instituto, etiam regulari cujusvis speciei, etsi titulo peculiari prædito, atque etiam speciali mentione digno a quovis unquam tempore huc usque concessæ fuerint, ea omnia, easque omnes Nostra hac Constitutione revocatas, suppressas, et abolitas esse volumus, prout reapse revocamus, supprimimus, et abolemus, minime refragantibus aut obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam specialibus, comprehensis vel non in corpore juris, aut Apostolicis Constitutionibus, et quavis confirmatione Apostolica, vel immemorabili etiam consuetudine, aut alia quacumque firmitate roboratis quibuslibet etiam formis ac tenoribus, et cum quibusvis derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, quibus omnibus, quatenus opus sit derogare intendimus et derogamus.

Firmam tamen esse volumus absolvendi facultatem a Tridentina Synodo Episcopis concessam *Sess. XXIV. cap. VI. de Reform.* in quibuscumque censuris Apostolicæ Sedi hac Nostra Constitutione reservatis iis tantum exceptis, quas Eidem Apostolicæ Sedi speciali modo reservatas declaravimus.

Decernentes has Litteras, atque omnia et singula, quæ in eis constituta ac decreta sunt, omnesque et singulas quæ in eisdem factæ sunt ex anterioribus Constitutionibus Prædecessorum

nostrorum, atque etiam Nostris, aut ex aliis sacris Canonibus quibuscumque, etiam Conciliorum Generalium, et ipsius Tridentini mutationes, derogationes ratas et firmas, ac respective rata atque firma esse et fore, suosque plenarios et integros effectus obtinere debere, ac reapse obtinere; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Apostolicæ Sedis Nuntios; ac quosvis alios quacumque præeminentia, ac potestate fungentes et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, ac definiri debere; et irritum atque inane esse ac fore quidquid super his a quoquam quavis auctoritate, etiam prætextu cujuslibet privilegii, aut consuetudinis inductæ vel inducendæ, quam abusum esse declaramus, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, aliisque quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis, etiam speciali et individua mentione dignis, nec non consuetudinibus quibusvis, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Constitutionis, Ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Sexagesimo Nono, Quarto Idus Octobris Pontificatus nostri anno vigesimo quarto.

MARIUS Card. MATTEI, pro-datarius;
N., Card. PARACCIANI CLARELLI.
Visa de Curia
DOMINICUS BRUTI.

Loco † Plumbi.

I. Cugnoni.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

254.—B. **Censuræ latæ sententiæ,** quæ **extra** const. **Apostolicæ Sedis** adhuc in vigore sunt.

I. Censuræ (et pœnæ) in const. Pii IX. *Romanus Pontifex* 5. Kal. Sept. 1873 ob intrusionem in Sedes episcopales latæ.—In ea S. Pont. abolet et annullat abusum in quibusdam regionibus invectum, quo Capitulum ecclesiæ cathedralis vacantis obsequens invitationi seu mandato supremæ civilis potestatis, ex S. Sedis concessione seu privilegio jure gaudentis nominandi et præsentandi ad sedes Episcopales in suis ditionibus vacantes, concedit et transfert in talem nominatum et præsentatum ad eandem Ecclesiam illius curam, regimen et administrationem, eamque nominatus et præsentatus sub nomine Provisoris, Vicarii Generalis aliove nomine gerendam suscipit ante exhibitionem Litterarum Apostolicarum de more faciendam, remoto proinde Vicario Capitulari, qui ex juris dispositione toto tempore vacationis ecclesiæ eam administrare et regere debet. *Addit dein pœnas:*

1. Canonicos et Dignitates, qui in nominatum et præsentatum curam ecclesiæ cathedralis ut supra concedere et transferre ausi fuerint, præter nullitatem prædictæ concessionis et translationis *excommunicationis* necnon privationis fructuum ecclesiasticorum beneficiorum quorumcumque, aliorumque reddituum ecclesiasticorum per eos obtentorum, similiter eo ipso incurrendis pœnis innodamus; . . . ipsarumque pœnarum absolutionem Nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti *specialiter* reservamus.

2. In easdem pœnas *pariter* reservatas ipso facto incurrunt nominati et præsentati ad vacantes ecclesias, qui earum curam, regimen et administrationem suscipere audent ex concessione et translatione a Dignitatibus et Canonicis ac illis, qui, deficientibus Capitulis, Vicarios deputant aut vacantes ecclesias legitime administrant, in eos peracta, necnon ii, qui præmissis paruerint, vel auxilium, consilium aut favorem præstiterint, cujusvis status, conditionis etc. fuerint.

3. Præterea nominatos et præsentatos jure, quod eis per nominationem et præsentationem forte quæsitum fuerit, decernimus eo ipso privatos.

4. Si vero aliqui ex prædictis Episcopali charactere sint insigniti, in pœnam suspensionis ab exercitio Pontificalium et interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto, absque alia declaratione incidunt, S. Sedi *pariter* (i. e. specialiter) reservatam.

5. Insuper quæcumque a sic nominatis et præsentatis in administratione vacantium ecclesiarum intrusis fiant . . ., omnino nulla . . . nulliusque valoris esse et perpetuo fore . . . declaramus. (*Act. S. Sed.* vii. pag. 401 seq.)

II. Excommunicationi Rom. Pont. *simpliciter* reservatæ præter illos, quæ supra n. 253. § ii. enumerantur, subjacent:

a) Absolvere præsumentes ab excommunicatione speciali modo Rom. Pont. reservata, sine debita facultate, etiam quovis prætextu, modo non agatur de mortis articulo. (Cfr. n. 253. § i. in fine.)

b) Missionarii ecclesiastici tam sæculares quam regulares, qui per se vel per alios, quovis titulo aut forma, mercaturæ, licet semel tantum dant operam in Indiis orientalibus, in Japonia, vel in America sive Australi sive Septemtrionali; item Superiores, qui delinquentes religiosos sibi subjectos, saltem per amotionem illorum a locis commissi criminis, non puniverint,—ita tamen ut ab excommunicatione hac, non solum in mortis articulo, sed et alias a quovis confessario absolvi possint, si lucra ex mercatura percepta et merces per locorum Ordinarios vel Vicarios apostolicos eorumve Vicarios generales aut Provicarios in causas pias, non tamen instituto delinquentium, reapse erogaverint. Ita juxta decret. S. C. S. Off. 4 Dec. 1872, ex const. *Ex debito* Urbani VIII. et const. *Sollicitudo* Clementis IX.—Cfr. *Act. S. Sed.* vii. 317; *Coll. Prop.* n. 333–352 et supra n. 140.

c) (Ex Conc. Trid.) Usurpare vel impedire præsumens quorumcumque beneficiorum et locorum piorum bona, jurisdictiones, jura etc., anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu hæc non integre restituerit, ac deinde a R. Pontifice absolutionem obtinuerit (Sess. xxii. cap. 11. *de Ref.*). Clericus, qui usurpationis hujusmodi fabricator seu consentiens fuerit, præter prædictam pœnam omnibus beneficiis privatus sit et ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur, et a suorum Ordinum execu-

tione, etiam post integram satisfactionem et absolutionem, sui Ordinarii arbitrio, suspendatur. (Ibid.)

III. Excommunicationem *Episcopo* reservatam incurrunt *laici* mercimonium missarum contra prohibitionem S. C. C. 25 Maji 1893 exercentes. (*Act. S. Sed.* xxvi. 56. 58.) De clericis cfr. supra n. 111. a.

IV. Excommunicationem *nemini* reservatam ipso facto incurrunt *ex Tridentino:*

a) Docere, prædicare vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumentes, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, sumptioni S. Communionis, etiam habita copia confessoris, non necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem, sed sufficere, si se contritos existiment. (Sess. xiii. *de Euch.* can. 11.)

b) Qui matrimonia *clandestina*, libero contrahentium consensu facta, vera et rata esse quamdiu Ecclesia ea irrita non facit, negant;—quique falso affirmant, matrimonia a filiis familias *sine consensu parentum* contracta irrita esse, et parentes ea rata vel irrita facere posse. (Sess. xxiv. cap. 1. *de Ref. Matr.*)

c) Raptores mulierum, eisque consilium, auxilium vel favorem præbentes (ibid. cap. 6).

d) Domini temporales vel magistratus jurisdictionem exercentes, qui quovis modo directe vel indirecte subditos suos vel quoscumque alios cogunt, quominus libere matrimonia contrahant (ibid. cap. 9).

e) Qui quomodocumque coegerint fœminam invitam, præterquam in casibus jure expressis,[1] ad *ingrediendum* monasterium vel ad *suscipiendum habitum* cujuscumque Religionis vel *ad emittendam professionem;* quique consilium, auxilium vel favorem dederint; aut qui scientes, eam non sponte ingredi monasterium aut habitum suscipere, aut professionem emittere,

[1] Hi ex cap. 18. et 19. (iii. 32.) sunt: 1. Si mulier postquam viri sui religiosæ professioni consensit, et ipsamet continentiam vovit, suspicionem injiciat voti violandi; 2. si mulier adultera, post suam conversionem, a marito non amplius recipiatur; 3. si puella, educationis vel custodiæ causa, per aliquod tempus, donec nempe nuptui apta sit, invita constituatur in monasterio. (Marc. n. 1359.)

quoquomodo eidem actui vel præsentiam vel consensum vel auctoritatem interposuerint. Item ii, "qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem, *veli accipiendi* vel voti emittendi, quoquo modo, sine justa causa, impedierint." (Sess. xxv. cap. 18. *de Regular et Monial.*)

f. Magistratus, qui adversus contradictores et violatores clausura Monialium, ad instantiam Episcopi, non præbet auxilium. (Ibid. cap. 5.)

V. *Ex Tridentino sequentes suspensiones aut nemini aut Episcopo reservatæ* adhuc valent:

a) Episcopus Pontificalia in aliena diœcesi sine expressa Ordinarii loci licentia vel in personas eidem Ordinario non subjectas exercens suspensionem ab exercitio Pontificalium incurrit; sic ordinati vero ab executione ordinum sunt suspensi. (Trid. vi. cap. 5. *de Ref.*)

b) Suspensionem ab exercitio ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati incurrit Clericus, majores ordines suscipiens cum dimissoriis Capituli (vel Vicarii Capitularis) infra annum a die vacationis Sedis episcopalis concessis; nisi arctatus fuerit ratione beneficii recepti vel recipiendi. (Trid. vii. cap. 10. *de Ref.*)

c) Ab exercitio Pontificalium per annum suspenditur Episcopus *titularis*, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ, absque sui proprii Prælati consensu aut litteris dimissoriis promovens ad primam tonsuram vel ad quosvis ordines. Taliter promoti vero ab executione ordinum sic susceptorum suspensi sunt, donec suo Prælato visum fuerit. (Trid. xiv. cap. 2. *de Ref.*) (Censura Ordinanti inflicta non est reservata, nisi conveniat cum suspensione ii. const. *Apost. Sed.* Romano Pont. reservata. (Cfr. supra n. 253. § v. n. ii.)

d) Suspensionem a collatione Ordinum per annum incurrit Episcopus, subditum alienum *privilegio Apostolico munitum* vi cujus a quocumque Ordinario promoveri possit, ordinans absque ejus Ordinarii testimonio de illius probitate ac moribus.—Sic ordinatus vero suspensus est, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire. (Trid. xxiii. cap. 8. *de Ref.*) Dicitur: *privilegio Apost. munitum.* Nam ordinans absque tali privilegio sine

dimissoriis innodatur suspensione Papæ reservata, ut supra n. 253, § v. ad iii.

e) Suspensionem ab officio et beneficio per annum (non reservatam) incurrunt Abbates, Prælati exempti et Vicarii Capitulares, clericis sæcularibus non arctatis sub quocumque prætextu sede vacante concedentes, ut ab alio, quam a proprio Episcopo ordinentur. (Trid. xxiii. cap. 10. *de Ref.*) Ita ordinatus subjacet suspensioni ut supra sub *b*. Ordinans vero suspensioni Papæ reservatæ ut n. 253. § v. ad iii.

f) Sacerdotes, qui (in loco ubi viget cap. *Tametsi*) absque licentia parochi proprii vel Episcopi sponsorum matrimonium conjungere aut benedicere ausi fuerint, tamdiu (ab officio sacerdotali) suspensi remanent, quamdiu ab Ordinario illius parochi non absolvantur. (Trid. xxiv. cap. 1. *de Ref. Matr.*)

g) Suspenduntur Episcopi concubinarii vel mulieres suspectas detinentes, si a Synodo provinciali admoniti, sese non emendaverint. (Trid. xxv. cap. 14. *de Ref.*)

h) Præfectæ monasteriorum vota solemnia emittentium, si de professione suarum novitiarum Episcopum ante mensem certiorem non reddiderint, incurrunt suspensionem ab officio, quamdiu Episcopo videbitur. (Trid. xxv. cap. 17. *De Regularibus.*)

i) Clerici usurpationis bonorum ecclesiasticorum fabricatores vel consentientes—ut supra ii. *c.*

VI. Suspensio specialiter Summo Pontifici reservata, de qua supra i. ad 4.

VII. Ex Conc. Trid. ipso facto interdicuntur:

a. Metropolitani suffraganeos absentes ultra semestre, suffraganeus antiquior residens metropolitam ita absentem infra tres menses non denunciantes Romano Pontifici, eo ipso interdicuntur ab ingressu ecclesiæ. (Trid. vi. cap. 1. *de Ref.*)

b. Interdicitur Capitulum (et Vicarius Capitularis), si infra annum Sedis vacantis, litteras dimissorias concedat Clerico non arctato ratione beneficii recepti vel recipiendi (Trid. vii. cap. 10. *de Ref.*) aut sine facultate a Sede Apostolica ad hoc obtenta.

VIII. Interdictum ab ingressu ecclesiæ Summo Pontifici specialiter reservatum. Cfr. hoc num. ad i. sub 4.

APPENDIX VI.

Decretum QUEMADMODUM S. C. Ep. & Reg. 17 Dec. 1890.

(Ap. *Act. S. Sed.* xxiii. 505.)

255.—Quia per hoc Decretum Episcopi speciales obligationes et facultates acquisierunt, id hic adjungendum esse putavi. In eo agitur

A. De ratione conscientiæ.

I. "Sanctitas Sua (Leo XIII.) irritat, abrogat, et nullius in posterum roboris declarat quascumque dispositiones Constitutiones piarum Societatum, Institutorum mulierum sive votorum simplicium sive solemnium, nec non virorum omnimode laicorum, etsi dictæ Constitutiones approbationem ab Apostolica Sede retulerint in forma quacumque etiam quam ajunt specialissimam, in eo scilicet, quod cordis et conscientiæ intimam manifestationem quovis modo ac nomine respiciunt. Ita propterea serio injungit Moderatoribus ac Moderatricibus hujusmodi Institutorum, Congregationum ac Societatum, ut ex propriis Constitutionibus, Directoriis ac Manualibus præfatæ dispositiones omnino deleantur penitusque expungantur. Irritat pariter ac delet quoslibet ea de re usus et consuetudines etiam immemorabiles.

II. Districte insuper prohibet memoratis Superioribus ac Superiorissis, cujuscumque gradus et præ-eminentiæ sint, ne personas sibi subditas inducere pertentent directe aut indirecte, præcepto, consilio, timore, minis aut blanditiis ad hujus modi manifestationem conscientiæ sibi peragendam; subditisque e converso præcipit, ut Superioribus majoribus denuncient Superiores minores, qui eos ad id inducere audent; et, si agatur de Moderatore vel Moderatrice Generali, denunciatio huic S. Congregationi ab iis fieri debeat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dimissoriis innodatur suspensione Papæ reservata, ut supra n. 253, § v. ad iii.

e) Suspensionem ab officio et beneficio per annum (non reservatam) incurrunt Abbates, Prælati exempti et Vicarii Capitulares, clericis sæcularibus non arctatis sub quocumque prætextu sede vacante concedentes, ut ab alio, quam a proprio Episcopo ordinentur. (Trid. xxiii. cap. 10. *de Ref.*) Ita ordinatus subjacet suspensioni ut supra sub *b*. Ordinans vero suspensioni Papæ reservatæ ut n. 253. § v. ad iii.

f) Sacerdotes, qui (in loco ubi viget cap. *Tametsi*) absque licentia parochi proprii vel Episcopi sponsorum matrimonium conjungere aut benedicere ausi fuerint, tamdiu (ab officio sacerdotali) suspensi remanent, quamdiu ab Ordinario illius parochi non absolvantur. (Trid. xxiv. cap. 1. *de Ref. Matr.*)

g) Suspenduntur Episcopi concubinarii vel mulieres suspectas detinentes, si a Synodo provinciali admoniti, sese non emendaverint. (Trid. xxv. cap. 14. *de Ref.*)

h) Præfectæ monasteriorum vota solemnia emittentium, si de professione suarum novitiarum Episcopum ante mensem certiorem non reddiderint, incurrunt suspensionem ab officio, quamdiu Episcopo videbitur. (Trid. xxv. cap. 17. *De Regularibus.*)

i) Clerici usurpationis bonorum ecclesiasticorum fabricatores vel consentientes—ut supra ii. *c.*

VI. Suspensio specialiter Summo Pontifici reservata, de qua supra i. ad 4.

VII. Ex Conc. Trid. ipso facto interdicuntur:

a. Metropolitani suffraganeos absentes ultra semestre, suffraganeus antiquior residens metropolitam ita absentem infra tres menses non denunciantes Romano Pontifici, eo ipso interdicuntur ab ingressu ecclesiæ. (Trid. vi. cap. 1. *de Ref.*)

b. Interdicitur Capitulum (et Vicarius Capitularis), si infra annum Sedis vacantis, litteras dimissorias concedat Clerico non arctato ratione beneficii recepti vel recipiendi (Trid. vii. cap. 10. *de Ref.*) aut sine facultate a Sede Apostolica ad hoc obtenta.

VIII. Interdictum ab ingressu ecclesiæ Summo Pontifici specialiter reservatum. Cfr. hoc num. ad i. sub 4.

APPENDIX VI.

Decretum QUEMADMODUM S. C. Ep. & Reg. 17 Dec. 1890.

(Ap. *Act. S. Sed.* xxiii. 505.)

255.—Quia per hoc Decretum Episcopi speciales obligationes et facultates acquisierunt, id hic adjungendum esse putavi. In eo agitur

A. De ratione conscientiæ.

I. "Sanctitas Sua (Leo XIII.) irritat, abrogat, et nullius in posterum roboris declarat quascumque dispositiones Constitutiones piarum Societatum, Institutorum mulierum sive votorum simplicium sive solemnium, nec non virorum omnimode laicorum, etsi dictæ Constitutiones approbationem ab Apostolica Sede retulerint in forma quacumque etiam quam ajunt specialissimam, in eo scilicet, quod cordis et conscientiæ intimam manifestationem quovis modo ac nomine respiciunt. Ita propterea serio injungit Moderatoribus ac Moderatricibus hujusmodi Institutorum, Congregationum ac Societatum, ut ex propriis Constitutionibus, Directoriis ac Manualibus præfatæ dispositiones omnino deleantur penitusque expungantur. Irritat pariter ac delet quoslibet ea de re usus et consuetudines etiam immemorabiles.

II. Districte insuper prohibet memoratis Superioribus ac Superiorissis, cujuscumque gradus et præ-eminentiæ sint, ne personas sibi subditas inducere pertentent directe aut indirecte, præcepto, consilio, timore, minis aut blanditiis ad hujus modi manifestationem conscientiæ sibi peragendam; subditisque e converso præcipit, ut Superioribus majoribus denuncient Superiores minores, qui eos ad id inducere audent; et, si agatur de Moderatore vel Moderatrice Generali, denunciatio huic S. Congregationi ab iis fieri debeat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

III. Hoc autem minime impedit, quominus subditi libere ac ultro aperire suum animum Superioribus valeant, ad effectum, ab illorum prudentia in dubiis ac anxietatibus consilium et directionem obtinendi pro virtutum acquisitione ac perfectionis progressu."

B. De Confessario extraordinario.

IV. "Præterea, firmo remanente quoad Confessarios ordinarios et extraordinarios Communitatum, quod a Sacrosancto Concilio Tridentino præscribitur in *Sess.* 25, *cap.* 10. *de Regul.*, et a S. M. Benedicto XIV. statuitur in Constitutione quæ incipit *Pastoralis curæ*;[1] Sanctitas Sua Præsules Superioresque[2] admonet, ne extraordinarium denegent subditis Confessarium, quoties ut propriæ conscientiæ consulant, ad id subditi adigantur, quin iidem Superiores ullo modo petitionis rationem inquirant, aut ægre id ferre demonstrent. Ac ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios exhortatur, ut in locis propriæ Diœceseos, in quibus mulierum Communitates existunt, idoneos Sacerdotes facultatibus instructos designent, ad quos pro Sacramento Pœnitentiæ recurrere eæ facile queant."

C. De Communione frequentiori.

V. "Quod vero attinet ad permissionem vel prohibitionem ad Sacram Synaxim accedendi, Eadem Sanctitas Sua decernit, hujusmodi permissiones vel prohibitiones dumtaxat ad Confessarium ordinarium vel extraordinarium spectare, quin Superiores ullam habeant auctoritatem hac in re sese ingerendi, excepto casu quo aliquis ex eorum subditis post ultimam Sacramentalem Confessionem Communitati scandalo fuerit, aut gravem externam culpam patraverit, donec ad Pœnitentiæ Sacramentum denuo accesserit.

VI. Monentur hinc omnes, ut ad Sacram Synaxim curent diligenter se præparare et accedere diebus in propriis Regulis

[1] De 5. Aug. 1748 ap. Lucidi vol. iii. pag. 298.

[2] Sub Præsule vel Superiore ille hic intelligitur, qui domui præest, sive vir sit, sive fœmina, non autem is, qui ordinarium Confessarium deputavit (S. C. Ep. et Reg. 17. Aug. 1891 ad 1. ap. *N. R. Th.* xxiv. 260).

statutis; et quoties ob fervorem et spiritualem alicujus profectum Confessarius expedire judicaverit ut frequentius accedat, id ei ab ipso Confessario permitti poterit.[1] Verum qui licentiam a Confessario obtinuerit frequentioris ac etiam quotidianæ Communionis, de hoc certiorem reddere Superiorem teneatur; quod si hic justas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores hujusmodi Communiones, eas Confessario manifestare teneatur, cujus judicio acquiescendum omnino erit."

Clausulæ.

VII. "Eadem Sanctitas Sua insuper mandat omnibus et singulis Superioribus Generalibus, Provincialibus et Localibus Institutorum de quibus supra, sive virorum sive mulierum, ut studiose accurateque hujus Decreti dispositiones observent, sub pœnis contra Superiores Apostolicæ Sedis mandata violantes ipso facto incurrendis."[2]

VIII. Denique mandat, ut præsentis Decreti exemplaria in vernaculum sermonem versa inserantur Constitutionibus prædictorum piorum Institutorum, et saltem semel in anno, stato tempore in unaquaque Domo, sive in publica mensa, sive in Capitulo ad hoc specialiter convocato, alta et intelligibili voce legantur."

ADNOTATIONES.

1. Ex præcepto Leonis XIII. Ordinarii locorum Decretum hoc singulis Superioribus et Superiorissis publicare ejusque plenam executionem sedulo vigilare et procurare debent etiam vi specialis Apostolicæ Sedis delegationis (Ex S. C. Ep. & Reg. 20. Jan. 1891 ap. *N. R. Th.* xxiii. 280). Quoad *Puellas Charitatis* autem publi-

[1] Si in quibusdam Constitutionibus, etiam a S. Sede approbatis vetatur, ne Religiosi ultra dies statutas ad S. Communionem accedant (ut in statutis Monialium discalceatarum de Monte Carmelo) hoc per Decr. 17 Dec. 1890 abrogatum est. (S. C. Ep. & Reg. 17 Aug. 1891 ap. *N. R. Th.* xxiv. 260.)

[2] Pœnæ in Superiores, Ap. Sedis mandata violantes in jure communi non inveniuntur sanctitæ, et in pœnis non valet extensio a casu ad casum. Ideo *Il Mon. eccl.* vol. viii. part. ii. pag. 64, contra alios putat, sub his pœnis intelligi sanctiones in singulis Ordinibus eorumque statutis expressas adversus tales delinquentes.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
PROHIBIDA LA VENTA
UANL

catio et vigilantia super executione spectat ad Superiorem Generalem Congr. Missionis sive per se sive per ejusdem Visitatores, salva tamen Delegatione Apostolica Ordinariorum locorum in casu negligentiæ Superiorum Congr. Miss. (Ex. S. C. Ep. et Reg. 15. Apr. 1891 ad 1. ib. pag. 282.)

2. Decretum Congregationes, in quibus præter multos fratres laicos pauci sacerdotes sunt, non comprehendit (ib. ad 2).

3. Quoad confessarium extraordinarium (supra n. iv.):

a. Superior tenetur subditi precibus semper indulgere, quamvis plane videat necessitatem esse fictam, et vel scrupulis vel alio mentis defectu ut veram ab ipso petente apprehensam; sed (tum) subditi moneantur, (se) non posse extraordinarios confessarios petere, nisi ad id adigantur ut propriæ conscientiæ consulant (S. C. Ep. et Reg. 17. Aug. 1891 ad 2 ap. *N. R. Th.* xxiv. 260).

b. Religiosus eligere potest inter diversos ab Ordinario deputatos eum, qui hoc sibi munus impleat, non autem potest Præsul casu occurrente designare personam confessarii. (Ib. ad 3.)

c. Confessarii adjuncti, si quando cognoscunt non esse probabilem causam ad ipsos recurrendi, tenentur in conscientia declinare confessionum Sororum auditionem. (S. C. Ep. & Reg. 1. Febr. 1892 ad 2 ap. *N. R. Th.* xxiv. 366.)

d. Si quædam Sorores, imo major earum pars constanter ad aliquem ex confessariis adjunctis recurrant, Ordinarius quidem intervenire debet, at vero eo tantum, ut moneat Moniales et Sorores, dispositionem articuli iv. Decreti *Quemadmodum* exceptionem tantum legis communis constituere pro casibus dumtaxat veræ et absolutæ necessitatis, quoties ad id adigantur; firmo manente quod a S. Conc. Trid. et a const. s. m. Ben. XIV. incip. *Pastoralis curæ* præscriptum habetur (ib. ad 3 et 4).

e. Pro meliori hujus rei intelligentia ex Bened. XIV. const. *Pastoralis curæ* sequentia addo:

Etiam monialium illarum, quæ nec corpore infirmæ nec morti proximæ sunt, ordinario vero confessario confiteri obfirmate recusant, animi imbecillitas commiseranda et sublevanda est, adeoque, ubi earum reluctantia superari nequeat, confessarius extra ordinem deputandus est, qui earum confessiones peculiariter excipiat. Id vero circa moniales Episcopo seu Ordinario loci subjectas ab ipso Ordinario præstari debet. Quæ Regularium regimini subsunt, ad regularem Prælatum pertinet, servatis servandis, pecularem ipsis destinare confessarium

ex approbatis ab Ordinario ad confessiones monialium; vel, si Sacerdos ille, cui ejusmodi monialis confiteri cupit, pro illis non sit approbatus, cum ipso Ordinario agendum erit, ut pro excipienda saltem illius monialis confessione, et pro tot vicibus, quos expedire judicabitur, eundem approbet. Sin autem regularis Superior ad concedendum hujusmodi confessarium extraordinarium moniali communem confessarium recusanti nullo pacto adduci possit, Episcopus poterit concedere confessarium alterius Ordinis vel sæcularem. (Ibid. n. 6.)

Sunt præterea moniales, quæ neque ægrotant, neque recusant Pœnitentiæ ministrum a monasterii Prælato pro universa communitate deputatum; verum pro majore animi sui quiete, atque ulteriori in via Dei progressu, facultatem petunt confitendi aliquoties sacerdoti ad excipiendas monialium confessiones jam approbato.—Hujusmodi postulationes neque temere exaudiri neque sine causa rejici debere censemus, sed inquirendum inprimis esse de qualitatibus tum monialis, quæ confessarium extra ordinem petit, tum confessarii, qui ab ea requiritur, ut utrisque diligenter inspectis, deliberari possit, an illius votis annuendum sit, annon. Si enim monialis ex una parte nullum det adversæ suspicioni locum, ex altera vero confessarius non modo legitimam Ordinarii approbationem, sed etiam commune probitatis testimonium pro se habeat, nullo modo probare possumus severam aliquorum Prælatorum agendi rationem, qua aspera verborum brevitate eis confessarium peculiarem renuunt; nec intelligimus, cur post confessarium extraordinarium integræ communitati juxta legem concilii Tridentini oblatum, nulla omnino monialibus singulis spes relinquatur obtinendi peculiarem confessarium, cujus consilio et opera, justis fortasse de causis, indigere se arbitrantur.—Remittendo dein ad exemplum S. Francisci Salesii pergit: Quapropter ecclesiarum Antistites atque religiosarum mulierum rectores hortamur in Domino et enixe monemus, ut eandem viam, quoad fieri potest, insistere non recusent, et non adeo difficiles se præbeant pecularibus monialibus extraordinarium confessarium aliquando expetentibus; quin potius, nisi aut monialis postulantis aut confessarii requisiti qualitas aliter faciendum suadeat, earum justis precibus obsecundare studeant. (Ibid. n. 7 et 8.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

APPENDIX VII.

Additiones et mutationes.

256.—Postmodum sequentia addenda esse videbantur.

Ad Form. I. Art. 12, pag. 213, Nota 1.—Ea quæ ibi ex Decr. S. R. C. 23 Sept. 1837 desumuntur, melius in specie quoad benedictionem fontis in Sabbato Sancto per Decr. ejusd. S. Congr. de 31 Jan. 1896 (*Act. S. Sed.* xxviii. 504) exprimuntur: "Instante Episcopo Anneciensi, ut . . . permittatur usus sacrorum Oleorum anno præcedente benedictorum usque ad Sabbatum ante Pentecosten exclusive, ne eo tempore absint a propriis Parœciis Rectores . . . , S. R. C. juxta votum commissionis liturgicæ rescribendum censuit: Parochus curet, ut Presbyter vel Clericus, si possibile sit in Sacris constitutus, nova Olea recipiat"—(minime laicus: cfr. Bened. xiv. *Inst.* 81, n. 5 et 6.). "Quodsi aliquod adhuc exstet impedimentum, idem Parochus vel per se vel per alium Sacerdotem benedicat fontem, sine sacrorum oleorum infusione, quæ privatim opportuno tempore fiet: *nisi aliquem baptizare debeat;* tunc enim in ipsa benedictione solemni vetera olea infundat. Atque ita servari mandavit." Scilicet olea vetera non sunt infundenda, nisi probabiliter prævidetur aliquem venturum esse baptizandum ante novorum oleorum adventum.

Ad Form. I. Art. 27, pag. 296, 297, III.—Sermo hic est de concessionibus *ad decennium*, et notandum, termino elapso et causa concessionum perdurante in more esse, ut Episcopus talia indulta proroganda curet, subditi vero prorogationem, licet nullo modo publicatam, factam esse præsumant, quin ulterius sine causa inquirant. Hoc etiam de aliis hujusmodi indultis ad certum tempus concessis valet.

Altera series additionum.

Haud pauca Decreta ultimo tempore ex Congregationibus Romanis emanarunt, quibus nonnulla in præcedenti Commentario modificata sunt. Hæc jam, referendo ad paginam ac lineam correspondentem, cum aliis quibusdam notis, in sequentibus exponuntur:

1) **Ad pag. 21,** lin. 17, adde: Nec debent eadem dicta de cumulatione extendi ad casus, in quibus cum impedimento natura sua publico aliud occurrit impedimentum occultum seu fori interni, nec ad casus, in quibus concurrit impedimentum dirimens cum impediente, nisi hoc oriatur ex mixta religione, sponsalibus aut ex voto simplici perpetuæ castitatis. Ita S. C. de P. F. 31 Mart. 1872 et S. C. S. Off. 18. Aug. 1897 ap. *Act. S. Sed.* xxx. 284.—Ergo nec ad casum, in quo duo vel plura imped. occulta concurrunt. *Il Mon. eccl.* x. i. 160. Cfr. supra n. 251 in fin.

2) **Ad pag. 41,** n. 30, adde: Per Decr. S. C. S. Off. 24 Nov. 1897 declaratur et statuitur, "facultates omnes *speciales,*" ut illæ Formularum, "*habitualiter,*" i. e. in stata forma iterato, "a S. Sede Episcopis aliorumque locorum Ordinariis concessas non suspendi vel desinere ob eorum mortem vel a munere cessationem, sed ad successores Ordinarios transire ad formam et in terminis decreti a Sup. hac Cong. editi die 20 Februarii 1888 quoad dispensationes matrimoniales"—supra pag. 100 ad b.—Ex quo eruitur, omnes facultates Formularum nostris Episcopis concessarum, quia a S. Sede eis habitualitur conceduntur, ad Administratorem, et si terminus non sit elapsus, etiam ad Successorem transire, et juxta dicta n. 30. nec in eo, cui sunt communicatæ vel subdelegatæ morte aut cessante officio subdelegantis cessare. A Vicario Apostolico, licet sit Episcopus, dictæ facultates ad Successorem, eo quod non sit Ordinarius, minime transeunt, nisi Vicariatus in Diœcesin elevetur.

3) **Ad pag. 93.** Ex dictis de cumulatione (supra ad p. 21) sequi videtur, in dictis ad n. 66. impedimenta occulta non comprehendi et separatim eorum dispensationem peti posse, mentione non facta impedimenti publici.

4) **Ad pag. 96,** n. 69. Ex supra dictis de cumulatione, ea quæ hic sub *b* et *c* habentur, amplius non sunt attendenda.

5) **Ad pag. 98,** ante n. 71. Si litteræ supplices in quadam Congregatione Romana aut quodam tribunali proponendæ sunt, id (excepta S. C. de P. F. et S. Pœnit.) fieri non debet immediate per postam, sed aut per officialem S. Congregationis aut amicum in his negotiis versatum aut agentem pro obtinendis facultatibus accreditatum (ut e. g. est Mgr. Cadène, 181 via Coronari). Litteræ supplices aliquando (e. gr. si agitur de missa, de jejunio) signanda etiam sunt a proprio Ordinario. Semper solvenda est taxa fixa, etiam agenti.

6) **Ad pag. 102,** lin. 8, post "corrigendus est" adde: "Item in casu, quo in supplica petebatur dispensatio super secundo ex uno, quarto ex altero ac demum item quarto ex tertio stipitibus provenientis consanguinitatis gradibus,—in rescripto S. Datariæ autem dicebatur (confuse): super secundo in linea æquali ex uno, ac duplici quarto ex tertio stipitibus provenien. consang. gradibus: S. Pœn. interrogata, utrum Ordinarius debeat (ut in casu præcedenti) errorem rescripti corrigere, 2 Junii 1897 respondit: Facta correctione, acquiescat."[1]

7) **Ad pag. 144,** lin. 2, ab i. adde: "Si vero defectus, quia dubius, sub conditione supplendus est, hoc probabiliter fieri potest quovis die et a quovis Episcopo, adhibitis solis solemnitatibus probabiliter necessariis ad valorem, eodemque die conferri possunt ordines tam majores quam minores." S. Alph. l. c.

8) **Ad pag. 159,** lin. 10, adde: "Quoad Form. III., art. 13., qui est ejusdem tenoris ac Form. I., art. 3. S. C. S. Off. 29 Jan. 1896, facto verbo cum SS^mo, e contra declaravit, facultatem in eo concessam extendi etiam ad Regulares."[2]

9) **Ad pag. 221,** nota 1. Cui adde: "Quod Pennacchi docet, concedi nequit, cum in eadem Const. l. c., ab absolutione excipiantur omnes censuræ Apostolicæ Sedi *speciali* modo reservatæ, inter quas ea est, quæ in hæreticos et Apostatas lata est." Cfr. *Il Mon. eccl.*, vol. x, P. i, p. 202.

10) **Ad pag. 230,** lin. 16, post *cessavit* adde: "Item ad censuras latas pro interno regimine Ordinum, coetuumque piorum pertinet excommunicatio Papæ (excluso etiam Pœn. Maj.) reservata ob violationem *secreti S. Officii* sive ab Officialibus

[1] *Anal. eccl.*, vol. v. p. 494.

[2] *Act. S. Sed.* xxx. 122.

sive alio quodam commissam, qui vel ad hoc secretum admissus vel cui aliquid sub secreto S. Officii ab ista S. Congr. communicatum est." Cfr. *Il Mon. eccl.*, Vol. x, P. i., p. 174, 183. *Anal. eccl.*, Vol. v, 498.

11) **Ad pag. 238,** lin. 9, post *in suspicionem veniret* adde: "aut si pœnitenti valde durum est in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis." S. C. S. Off. 16 Junii 1897 ap. *Acta S. Sed.*, xxx, 123.

12) **Ad pag. 240,** lin. 15, adde: "Insuper in Diœcesi Quebecen. sub gravi prohibetur et Archiepiscopo reservatur:

1. Potuum inebriantium lege prohibita invectio in provinciam Quebecensem; item cooperatio ad eam, eo e. gr. ut hi potus per se vel per alium sive in domo sua sive alibi occultentur aut aliquid fiat quo eorum transmissio legi subducatur; item emtio horum potuum illegitime invectorum scienter facta.—2. Tempore electionum politicarum[1] vendere, dare vel distribuere potus cum intentione corrumpendi electores; item quævis attentatio libertatem electorum imminuendi sive ea fiat minando amissionem conditionis vel lucri cujusdam sive pacto illo tempore inito, licet postea exequendo; item votum suum eo tempore vendere aut aliquem facto relate ad electionem male tractare aut pecunia vel aliter votum alicujus quasi emere vel eum impedire a dando voto." (*Discipline de Québec.* ed. 2. de a. 1895. pag. 33.)

13) **Ad pag. 250,** lin. 10, addatur nota: "Casus hic juxta Decr. S. C. S. Off. 27 Junii 1866 in nulla generali concessione continetur (cfr. supra n. 140. IV.); ideo a nonnullis Theologis *specialissime reservatus* vocatur. Ex quo quidam inferunt, decisionem S. C. S. Off. de 23 Junii 1886, vi cujus in casibus etiam *specialiter* reservatis urgente periculo scandali vel infamiæ a quovis confessario absolutio directa dari potest (cfr. supra n. 144.), huic casui *specialissime* reservato applicari non posse. Attamen a S. Sede ipsa nullibi dicitur *specialissime* reservatus; e contra anno 1869 in const. *Apost. Sedis* in serie censurarum *speciali* modo S. Pontifici reservatarum enumeratur, et a Conrado Eubel O. Min., Pœnitentiario romano, rerum

[1] Tempus hoc incipit cum electionis annunciatione publice et ex officio facta.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

moralium apprime perito, sine hæsitatione tenetur,[1] hunc casum in decisione S. C. S. Off. cit. esse comprehensum. Ideo, salvo meliori, id quod supra pag. 249 seq. docetur, absque scrupulo in praxin deduci potest."

14) **Ad pag. 277,** lin. 15, nota: "Pluribus Sacerdotibus præsentibus, qui sibi mutuo ad Missam ministrare possunt, hæc facultas ob defectum causæ applicari nequit."

15) **Ad pag. 281,** lin. 20, post v. *Catechumenorum* adde: "i. e. usque ad Evangelium. Sed hæc restrictio hodie non amplius ubique est in usu; imo sæpe invitantur infideles ad S. functiones."[2]

16) **Ad pag. 301,** post verba: *facultatibus gaudent* adde: "Nunc vero ex Decr. S. C. S. Off. 24 Nov. 1897, (quod cfr. supra pag. 461 in nota ad n. 30.) omnes facultates habitualiter a S. Sede concessæ, quarum administrator est capax, ab Episcopo defuncto ad eum transeunt.

17) **Ad pag. 315,** lin. 3, post *possit* adde: In hac consecratione vi potestatis adeptæ a sacerdote delegato etiam aqua et cementum ad firmandum lapidem super sepulcrum Reliquiarum benedici potest et debet cum formula Pontificalis Romani. Ita S. R. C. 21 Jan. 1898.[3]

18) **Ad pag. 318,** lin. 2, adde:

"Hoc autem in casu semper dari debet in loco, in quo auditur confessio sacramentalis. S. C. Ind., 30 Jan., 1896 ad 7.—Moniales S. Francisci in clausura degentes, quum infirmitate impediuntur, quominus ad Chorum vel confessionale accedant diebus festis, quibus impertiri solet absolutio generalis ex privilegio Ordinis, die 21 Maji 1892[4] a Leone XIII. per Secretarium S. C. Ind. indultum perpetuum acceperunt, eandum absolutionem recipiendi in die infra Octavam, videlicet quando proprius Confessarius clausuram ingreditur ad audiendam ægrotantium confessionem."

19) **Ad pag. 320,** lin. 2, *parvæ statuæ* scil. ad formam numismatum, non aliæ, et illæ opinative tantum.

20) **Ad pag. 324,** lin. 4, adde:

"Aliæ piæ uniones seu societates, sub confraternitatum nomine minime venientes, quoad erectionem seu institutionem, quoad approbationem statutorum, quoad aggregationem et quoad publicationem

[1] *Linz. Qu. Schr.*, 1890, p. 881.
[2] *Coll. Prop.* n. 1841.
[3] Ap. *Anal. eccl.*, vi. 23.
[4] Ap. *Can. Contemp.*, 1893, p. 53.

indulgentiarum comprehenduntur sub constitutione *Quæcumque*" (n. 189.) Ita S. C. Ind. 25 Aug. 1897 ap. *Act. S. Sed.* xxx. 277.

21) **Ad pag. 328,** ante "*Demum*" adde: "γ. Piæ uniones a Pretiosissimo Sanguine nuncupatæ in Stat. Foed. Americæ necnon in universa Canadensi regione erigi possunt in omnibus ecclesiis parochialibus nullo habito respectu ad legem distantiæ, alias juxta const. Clem. VIII. *Quæcumque* servandæ." S. C. Ind. 3 Aug. 1895 ap. *Past. Bl.* 1897 p. 104.

22) **Ad pag. 334,** post *Nota II.* adde:

"Ad erectionem confraternitatum, puta SSmæ Trinitates, SSmi Rosarii, B. M. V. de Monte Carmelo vel a Virgine Perdolente aliarumve hujusmodi, quæ a Religiosis Ordinibus in suis respective ecclesiis eriguntur, necessarius est Ordinarii consensus tantummodo si agitur de confraternitatibus proprie dictis i. e. ad modum organici corporis et cum succo institutis; si vero agitur de confraternitatibus late acceptis, satis provisum est per consensum præstitum ab Ordinario pro erectione Conventus Ordinis in Diœcesi." Ita S. C. Ind. 25 Aug. 1897 ad ii. ap. *Act. S. Sed.* xxx. 277.

23) **Ad pag. 340,** lin. 4, post *imponendum* adde: "scilicet utendo peculiari formula (quam habes ap. *Act. S. Sed.* xxi. 433 et *A. E. Rev.* I. 233) ad hoc Scapulare benedicendum et imponendum, quin id ab aliis Scapularibus separari debeat."[1]

24) **Ad pag. 364,** lin. 3, (infra in textu) lege: "Vi indulti, quod pro Diœcesi Quebec. 8 Maji 1873 concessum est, in publico Viæ Crucis exercitio, si ob sedes immobiles et undequaque clausas, quibus ecclesia repletur, loci mutatio valde difficilis et quasi impossibilis redditur, sufficit, ut sacerdos in pulpito etc." (*Discipline de Québec*, ed. 2, pag. 41.)

25) **Ad pag. 368,** III. adde: "Archieppus Quebecen. tamen facultatem indulgentiandi *Crucifixos* pro Via Crucis habet *delegabilem* suis sacerdotibus, adhibendam in Archidiœcesi." (Ibid. pag. 42 ad 3.)

26) **Ad pag. 393,** lin. 5. En Rescriptum, a Secretario B. Th. Garneau ex curia Archieppali benigne communicatum:

"Illme ac Rme Dne,

Quoad dubium ab A. T. litteris diei 29. elapsi mensis Maji propositum, atque sacramentalem confessionem attingens a neoconversis exigendam, observandum occurrit, responsum S. O.

[1] S. Cong. Ind. 1 Mart. 1897 ap. *A. E. Rev.* xvii. 425.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Feriæ V. loco IV., diei 17 Xbris elapsi anni, licet Episcopis Angliæ tantummodo rogantibus datum, universalem legem continere, proindeque non solum in Anglia, sed in aliis etiam regionibus obligare.

Hinc patet, quod nullatenus permitti possit, ut prædictæ decisioni contraria sententia doceatur. Iterim Deum precor ut Te diu sospitem et incolumen servet.

Datum Romæ ex Aed. S. C. de P. F. die 12 Julii 1869.

Ad officia paratissimus
R. P. D. Francisco Baillargeon,
Archiepiscopo Quebecensi.

Al. C. Barnabo, Pr.,
Joannes Simeoni Secretarius."

27) **Ad pag. 402,** lin. 8, post *Rosset n.* 2502 adde: Episcopo Pittsburgen., duos Vicarios generales habenti et facultatem utrumque subdelegandi petenti, S. C. de P. F. 22 Dec. 1896 petitum denegavit addens: "Si A. T. difficilem putat esse accessum ad Vicarium Generalem, si alibi resideat, et opportunius esse, ut facultates habeat aliquis, qui degat in Curia, potest . . . Sacerdotem in urbe residentiali habitantem Vicarium suum Generalem nominare, cui soli inter Vicarios ejusmodi poterunt dictæ facultates subdelegari." (*Am. Eccl. Rev.* xviii. 65, *Anal. eccl.* vi. p. 11.)

28) **Ad pag. 403,** lin. 4, adde: Iuxta Resp. S. C. de F. F. mox citatum terminus *locus remotus* in sensu mitiori, ac in textu exponitur, sumi poterit.

29) **Ad pag. 427.** 5.—Indultum suppositum non existit, sed in his impedimentis pro dispensatione Romam recurrendum est. Ita Rmus Secretarius cit.

30) **Ad pag. 430.** 4.—Indultum cit. juxta apographum Rmi B. Th. Garneau, Secretarii Archieppi Quebecen. sequentes continet conditiones: "1. Ut alienationem suadeat necessitas aut evidens utilitas Ecclesiæ;—2. Ut occasio rei utiliter alienandæ prudenter timeri possit ne, interposita mora pro venia Apostolicæ Sedis obtinenda, interea temporis elabatur;—3. Ut pretium rei alienatæ fructiferum perpetuo reddatur favore Ecclesiæ per aliquod utile et tutum investimentum;—4. Ut sequuta alienatione de eadem ac de pretii investimento certior reddatur Apla Sedes."

31) **Facultates** ex indulto S. Sedis ab Archiepiscopo Neo-Eboracensi *Capellanis militum navium Statuum Fœderatorum* communicari et ab Episcopis loci commorationis eorum prorogari solitæ. (Transcriptæ ex periodico *American Eccl. Review*, Vol. XVII. pag. 404 seq.)

Num. I.

N. Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus N. . . .

Tibi dilecto Nobis in Christo . . . nostræ Diœcesis Sacerdoti, attento bono testimonio de vita, moribus aliisque requisitis nobis facto, potestatem tribuimus:

1. Prædicandi verbum Dei in Ecclesiis nostræ Diœcesis de consensu superiorum earumdem, pariter in Diœcesi nostra Confessiones Sacramentales Christifidelium excipiendi, non tamen Monialium, Oblatarum, puellarum, aliarumque in Monasteriis aut Conservatoriis degentium,[1] et confitentibus, quantum spiritus et prudentia suggesserit pro qualitate criminum et pœnitentium facultate, salutates et convenientes satisfactiones iniungendi, et beneficium absolutionis impendendi, præterquam a censuris in Bulla *Apostolicæ Sedis*, reservatis,[2] monentes Te, ut quæ pro recta huius Sacramenti administratione per Ss. Canones, Tridentinam Synodum, Constitutiones Apostolicas, præcipue summorum PP. Gregorii XV., et Benedicti XIV., contra sollicitantes ac Rituale Romanum sancita, vel alias ordinata accurate observes.

2. Absolvendi ab omnibus casibus et censuris Nobis reservatis.

3. Item ex speciali delegatione SSmi Domini Nostri Papæ, absolvendi ab hæresi, et apostasia a fide, et a schismate, etiam Ecclesiasticos tam Sæculares, quam Regulares,[3] et ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in constitutione *Apostolicæ Sedis* specialiter contentis, nunquam vero personam complicem in peccato turpi contra sextum Decalogi præceptum commisso.[4]

4. Item restituendi ius petendi debitum amissum.[5]

[1] Ergo audire eas potest, quæ extra monasterium versantur.
[2] Sed cfr. infra ad 3.
[3] Rationem hujus vide supra pag. 13. n. 7.
[4] Exceptis etiam casibus specialissime reservatis. Cfr. p. 230, ad IV.
[5] Cfr. supra, p. 191.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5. Item dispensandi et commutandi in alia pia opera vota simplicia ex rationabili causa, exceptis tamen votis castitatis et religionis.[1]

6. Item dispensandi, quando expedire videbitur, pœnitentes milites, vel ad exercitum maritimum pertinentes super esu carnium, ovorum, et lacticiniorum tempore ieiuniorum et Quadragesimæ, vel aliis diebus abstinentiæ per annum.[2]

7. Item munia parochialia exercendi, atque Sacramenta parochialia administrandi in Sacellis et locis, in quibus milites et aliæ personæ ad exercitum maritimum ut supra pertinentes sacris adfuerint, ea tamen lege, quod in administratione Sacramenti matrimonii a Parocho, vel Missionario loci ubi versaris semper dependere debeas.

8. Item concedendi Indulgentiam plenariam primo conversis ab hæresi, atque etiam fidelibus quibuscumque in articulo mortis, qui saltem contriti sint, si confiteri nequeant.[3]

9. Benedicendi *ad quinquennium* extra Urbem[4] Coronas precatorias, Cruces, et sacra numismata, iisque applicandi indulgentias iuxta folium typis impressum atque insertum necnon D. Birgittæ nuncupatas.[5]

10. Benedicendi paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missæ necessaria, ubi non interveniat unctio.[6]

11. Recitandi matutinum cum laudibus diei sequentis duabus horis post meridiem elapsis,[7] atque insuper recitandi Rosarium, si divinum officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeas.[8]

12. Tenendi et legendi libros prohibitos ab Apostolica Sede etiam contra Religionem ex professo agentes, ad effectum eos impugnandi, quos tamen diligenter custodias ne ad aliorum manus deveniant, exceptis astrologicis, iudiciariis, superstitiosis, ac obscœnis.[9]

13. Celebrandi Missam super altari portatili in terra in locis tamen, in quibus non adsint Ecclesiæ, vel Oratoria privata, vel non pateat accessus ad Ecclesias, et per mare in navibus, et

[1] Cfr. pag. 159.
[2] Cf. pag. 293, 297. II.
[3] Cfr. pag. 253. Benedictio papalis, p. 255.
[4] Romam.
[5] Cfr. pag. 319–23.
[6] Cfr. pag. 213.
[7] Cfr. pag. 306.
[8] Cfr. pag. 290.
[9] Cfr. p. 308.

quatenus opus sit cum assistentia alterius Sacerdotis, dummodo sit aer serenum et mare tranquillum.[1]

14. Faciendi Sacrum una hora ante auroram, vel una post meridiem.[2]

15. Utendi indulto personali perpetuo altaris privilegiati ter in hebdomada, dummodo huius indulti intuitu nihil præter consuetam eleemosynam percipias.[3]

16. Vescendi per iter et in locis, ubi necessitas, ac salutis incommoda exegerint, carnibus, ovis, et lacticiniis in die ieiunii, vel a tua Regula, vel ab Ecclesia præscripti, ita ut ob salutis incommoda etiam ab observantia ieiunii exemptus remaneas, omni tamen scandalo remoto.

17. Præsentibus valituris ad . . . intra Diœcesim nostram; quod si e nostra Diœcesi ad aliam vocatus fueris, ut ibi militum saluti prospicias, Nos de speciali SSmi Domini Nostri Leonis PP. XIII. auctoritate sub die 4 Iulii, 1888, commissa, omnes et singulas facultates prædictas confirmamus tam pro tempore itineris a te una cum militibus peragendi, quam pro duobus mensibus a die in quo ad stationem exercitus tibi assignatam perveneris computandis, si pro locorum qualitate statim, vel paucos post dies sistere te commode minime poteris Ordinario loci, ut ab illo facultates easdem consequaris; alias enim ad id te omnino teneri declaramus, cum eatenus tantum ad prædictos duos menses facultates tibi concessæ intelligantur, quatenus iis reapse ob Ordinariorum absentiam vel distantiam indigueris, eoque tempore elapso omnem vim sint amissuræ, nisi sit impossibilis etiam per nuntios, vel epistolas ad Ordinarium recursus, quo in casu et durante huiusmodi impossibilitate, Sanctitas Sua prorogationem dictarum facultatum tenore præsentium benigne concedit, onerata conscientia tua super veritate impossibilitatis.

18. Scias insuper te Ordinariis locorum in quibus propter curam spiritualem militum versari debueris in omnibus esse subiectum, et nullatenus tibi licere contra ipsorum decreta vel etiam facultatum privationem ad sæcularis vel militaris auctoritatis præsidium confugere sub pœnis et censuris in huiusmodi appellantes a iure latis.

[1] Pag. 277–79. [2] P. 275. [3] P. 260 seq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Formula prorogationis earundem facultatum ab Episcopis extra Diœcesin Neo-Eboracen. faciendæ.

NUM. II.

Utentes potestate nobis a SSmo Domino Nostro . . . sub die 4 Iulii, 1898, facta, omnes et singulas facultates supra memoratas prorogamus et concedimus Tibi . . . ad diem . . . intra Diœcesim nostram. Quod si interim extra Diœcesim ad novam Militum stationem vocatus fueris vim suam hæ facultates habebunt tempore itineris, et per duos menses post diem adventus ad stationem prædictam sub conditionibus superius expressis et non ultra.

Datum.

32) **Ad pag. 311,** lin. 2. "Vicarii Capitulares et Administratores Diœcesium, dum obligatio Episcoporum adhuc incerta fuit, a S. R. C. 12 Nov. 1831 ad 23. non obligabantur ad missam pro populo. Idem hucusque quoad eos tenuerunt graves quoque Auctores; at juxta id, quod docet *Il Mon. eccl.* X. I. pag. 209 et 259, hoc amplius teneri nequit. Nam sicut declarata per Ben. XIV. const. *Cum semper* obligatione parochorum etiam horum Vicarii perpetui et temporanei ad idem obligabantur, ita nunc, postquam per S. C. C. 9. Julii 1881 et const. Leonis XIII. *In suprema* 8. Juni 1882 obligatio Episcoporum quoad missam pro populo determinata est, ex eadem ratione Vicarii Capitulares et Administratores Diœcesium ad eam tenentur, æque ac Episcopi ipsi, quorum vices gerunt, prouti hoc pro Vicariis vicem Episcoporum residentialium tenentibus jam decidit S. C. de P. F. 23. Mart. 1863 (C. Pl. B. II. p. CXLVIII. Decr. III. ad 1.)."

33) **Ad pag. 403,** lin. 22. Nota sub. v. *Demum* nunc in contradictorium est vertenda. Nam cum facultates Apostolicæ habituaiter concessæ respectu mortis et amotionis subdelegantis ex Decr. S. C. S. Off. 24 Nov. 1897 (supra sub 2) naturam facultatum realium (n. 39.) induant, non est, cur subdelegationes morte vel amotione subdelegantis cessent.

INDEX ALPHABETICUS.

[Numerus paginam indicat.]

Abjuratio ab hæresi 221 (3); — formula 223.
Abortus quoad irregularitatem 154.
Absentes quoad confrat. 337.
Absolutio ad effectum et ad cautelam 63;—a censuris in dispens. 101, 103, 104, 109, 389;—ab hæresi et schismate 218;—a censuris reservatis 229, 231, 244;—a reservatis in art. mortis 237;—extra eum 238;—peregrinorum 241;—in foro interno valens pro externo 245;—absentis et ignari 246;—complicis 247.
Absolutio generalis Regularium et Tertiar. 317.
Abstinentia a carnibus 292;—indulta 295.
Acatholicis carnes 311.
Acceptio facultatis obtentæ 48.
Adeps 296.
Administrator Diœcesis 37, 300, 464 (16), 470 (32).
Ætas Ordinandorum 158, 309, 462 (8).
Affinitas in 2. 3. et 4. gradu 174;—in 1. et 3. gradu 179;—superveniens 191;—illicita occulta 376;—publica 410;—in matr. mixtis 389;—in 1. gradu 407;—in 1. et 2. gradu 408;—in 2. æquali 409.
Aggregatio confrat. 332.
Agreement in matr. mixtis 125.
Altare privilegiatum 260;—locale 261, 318;—personale 262, 263;—portatile 313;—omnia altaria privilegiata 319;—execratur 277 (3);—altarium lapides per sacerdotem consecrantur 312;—altarium portatilium minus recte consecratarum per sacerdotem revalidatio 314 (4).
Appositio manus S. Pontificis 56, 103 (75), 390.
Aqua baptismalis 429 (18).
Arbor genealogica 181.
Articulus mortis: concubinariorum dispensatio 80;—absolutio 237;—indulgentiæ plenariæ 253;—Benedictio papalis 254.
Assistentia passiva et activa in matr. 384.
Aurora quoad Missam 276.

Banna in matr. mixtis 384.
Baptismus præsumptivus in matr. mixtis 391.
Benedictio Papalis in art. mortis 254;—extra art. mort. 315.
Benedictio cum indulgentia plenaria pro Tertiariis etc. 317.
Beneficium 171.
Bigamia: irregular. 152 (c.), 153.
Binatio missæ 269.

Cæcutientes quoad Missam 153.
Calicis per Sacerd. consecratio 312.
Campanæ 373.
Canada: legitimatio per subsequens matr. 183 (7); usus carnium in Quadrag. 298; mulctæ in dispens. matr. 303; Formula T. 426. Cfr. **Quebec.**
Cancellarius: taxa 304.
Caput "Liceat" 37, 150, 231.
Carnem acatholicis 311.
Casus Papales 226;—Episcopales 228, 233;—Regularium 228.
Causa dispensationis 58;—ea cessante dispensatio quandoque cessat ib.;—quando debeat existere 60;—dubia 76;—proportionata 76, 77;—causæ pro disp. matr. 78 seq.;—in gradibus proximis 80;—in matr. contract. 112, 387;

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Formula prorogationis earundem facultatum ab Episcopis extra Diœcesin Neo-Eboracen. faciendæ.

NUM. II.

Utentes potestate nobis a SSmo Domino Nostro . . . sub die 4 Iulii, 1898, facta, omnes et singulas facultates supra memoratas prorogamus et concedimus Tibi . . . ad diem . . . intra Diœcesim nostram. Quod si interim extra Diœcesim ad novam Militum stationem vocatus fueris vim suam hæ facultates habebunt tempore itineris, et per duos menses post diem adventus ad stationem prædictam sub conditionibus superius expressis et non ultra.

Datum.

32) **Ad pag. 311,** lin. 2. "Vicarii Capitulares et Administratores Diœcesium, dum obligatio Episcoporum adhuc incerta fuit, a S. R. C. 12 Nov. 1831 ad 23. non obligabantur ad missam pro populo. Idem hucusque quoad eos tenuerunt graves quoque Auctores; at juxta id, quod docet *Il Mon. eccl.* X. I. pag. 209 et 259, hoc amplius teneri nequit. Nam sicut declarata per Ben. XIV. const. *Cum semper* obligatione parochorum etiam horum Vicarii perpetui et temporanei ad idem obligabantur, ita nunc, postquam per S. C. C. 9. Julii 1881 et const. Leonis XIII. *In suprema* 8. Juni 1882 obligatio Episcoporum quoad missam pro populo determinata est, ex eadem ratione Vicarii Capitulares et Administratores Diœcesium ad eam tenentur, æque ac Episcopi ipsi, quorum vices gerunt, prouti hoc pro Vicariis vicem Episcoporum residentialium tenentibus jam decidit S. C. de P. F. 23. Mart. 1863 (C. Pl. B. II. p. CXLVIII. Decr. III. ad 1.)."

33) **Ad pag. 403,** lin. 22. Nota sub. v. *Demum* nunc in contradictorium est vertenda. Nam cum facultates Apostolicæ habituaiter concessæ respectu mortis et amotionis subdelegantis ex Decr. S. C. S. Off. 24 Nov. 1897 (supra sub 2) naturam facultatum realium (n. 39.) induant, non est, cur subdelegationes morte vel amotione subdelegantis cessent.

INDEX ALPHABETICUS.

[Numerus paginam indicat.]

Abjuratio ab hæresi 221 (3); — formula 223.
Abortus quoad irregularitatem 154.
Absentes quoad confrat. 337.
Absolutio ad effectum et ad cautelam 63;—a censuris in dispens. 101, 103, 104, 109, 389;—ab hæresi et schismate 218;—a censuris reservatis 229, 231, 244;—a reservatis in art. mortis 237;—extra eum 238;—peregrinorum 241;—in foro interno valens pro externo 245;—absentis et ignari 246;—complicis 247.
Absolutio generalis Regularium et Tertiar. 317.
Abstinentia a carnibus 292;—indulta 295.
Acatholicis carnes 311.
Acceptio facultatis obtentæ 48.
Adeps 296.
Administrator Diœcesis 37, 300, 464 (16), 470 (32).
Ætas Ordinandorum 158, 309, 462 (8).
Affinitas in 2. 3. et 4. gradu 174;—in 1. et 3. gradu 179;—superveniens 191;—illicita occulta 376;—publica 410;—in matr. mixtis 389;—in 1. gradu 407;—in 1. et 2. gradu 408;—in 2. æquali 409.
Aggregatio confrat. 332.
Agreement in matr. mixtis 125.
Altare privilegiatum 260;—locale 261, 318;—personale 262, 263;—portatile 313;—omnia altaria privilegiata 319;—execratur 277 (3);—altarium lapides per sacerdotem consecrantur 312;—altarium portatilium minus recte consecratarum per sacerdotem revalidatio 314 (4).
Appositio manus S. Pontificis 56, 103 (75), 390.
Aqua baptismalis 429 (18).
Arbor genealogica 181.
Articulus mortis: concubinariorum dispensatio 80;—absolutio 237;—indulgentiæ plenariæ 253;—Benedictio papalis 254.
Assistentia passiva et activa in matr. 384.
Aurora quoad Missam 276.

Banna in matr. mixtis 384.
Baptismus præsumptivus in matr. mixtis 391.
Benedictio Papalis in art. mortis 254;—extra art. mort. 315.
Benedictio cum indulgentia plenaria pro Tertiariis etc. 317.
Beneficium 171.
Bigamia: irregular. 152 (c.), 153.
Binatio missæ 269.

Cæcutientes quoad Missam 153.
Calicis per Sacerd. consecratio 312.
Campanæ 373.
Canada: legitimatio per subsequens matr. 183 (7); usus carnium in Quadrag. 298; mulctæ in dispens. matr. 303; Formula T. 426. Cfr. **Quebec.**
Cancellarius: taxa 304.
Caput "Liceat" 37, 150, 231.
Carnem acatholicis 311.
Casus Papales 226;—Episcopales 228, 233;—Regularium 228.
Causa dispensationis 58;—ea cessante dispensatio quandoque cessat ib.;—quando debeat existere 60;—dubia 76;—proportionata 76, 77;—causæ pro disp. matr. 78 seq.;—in gradibus proximis 80;—in matr. contract. 112, 387;

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—in matr. mixt. 382;—in supplica exprimenda 80;—urgentissima 412.
Cautiones in matr. mixt. 380; matr. contracto 386.
Censuræ adhuc existentes 439; quid ab ea excusat 246. Cfr. **Absolutio.**
Certiorata altera parte 112.
Cessatio facultatum 49 seq.;—effectus facultatum 60, 75.
Clausulæ essentiales et instructivæ 17;—in dispensationibus 103, 109;—Formula I. (art. 10.) 195, 302;—Formulæ D. 404;—Formulæ E. 411.
Cœmeterium, benedicere et reconciliare 216.
Cognatio spiritualis 183, 376.
Communicatio facultatum; quomodo et cui 40, 45;—differt a subdelegatione 41;—sub uno et ultra terminum 54;—facultat. Formulæ I. 299.
Compatibilitas facultatum 6 seq.
Complex in pecc. turpi 247.
Componenda 25 (2).
Concubinarii in art. mortis 83.
Confessarius potest dispensare 86;—executor dispens. 108;—ei credendum 28, 114 (4).
Confessio non-subditum reddit subditum 70.
Confraternitas 323;—erectio per Generales Ord. et aggregatio 332;—receptio in Cfr. 335;—S. Scapularis 345, 358;—SS. Rosarii 326, 358;—Bonæ mortis 357;—in ecclesiis Regularium 465 (22) —Cfr. *Ind. Synopt.* pag. xx.
Consanguinitas in 2. 3. et 4. gradu 174;—in matr. mixtis 389;—in 1. et 2. gradu 408;—in 2. æquali 409.
Consensus Ordinarii pro usu facult. 73;—consensus renovatio post revalidationem matr. 112.
Conversi ab hæresi absolutio 220;—baptismus 391;—indulgentia pro eo 253;—quoad dispensationes matrim. 176, 197.
Copula incestuosa 91, 400.
Coronæ cum. indulg. Papal. 320 seq.;—Septem Dolor. 355;—aliæ ib.
Crimen neutro patrante 188.
Cruces cum indulg. 320 seq.
Crucifixi 320;—cum indulgentiis Viæ Crucis 366.
Cultus disparitas 379.
Cumulatio facultatum 20, 142—impedimentorum 96, 461 (1).

Debitum conjugale 191.
Decreta Congr. Card. 10.
Decretum: "Auctis admodum" 147, 373;—"Quemadmodum" 455.
Delegatio potestatis quasi-ordinariæ 35;—facultatum vide **Communicatio.**
Delegatus ad universitatem 38;—generaliter delegatus 71 (51);—delegatus a Papa pro foro externo 74.
Delegatus Apost. 39. Ejus facultates 264 (1), 323, 336.
Denunciatio hæreticorum 223;—Massonum 234.
Devotio XL horarum 258.
Devotionalia 319.
Dies datæ et præsentatæ 53.
Dieta 217.
Diœcesis—"non extra"—61;—extra Diœcesin 72, 75;—diversa duorum supplicantium 95, 96;—in remotioribus partibus Diœc. 402.
Directiones: ad Emum Præfectum S. C. de P. F. 127;—ad Pœnit. Majorem 128;—ad Delegat. Apost. ib.;—aliæ 345, 350, 358, 368.
Dispensatio—quando ejus effectus cessat 60;—debita et permissa 80;—concubinariorum in art. mort. 83. Dispensationes diœcesanæ in abstinentia valent pro Religiosis 74;—extra Diœcesin 72, 75;—disp. obtentæ mentio 97;—impedimenti occulti, sed natura publici 30, 120.
Distantia inter Confrat. 327.
Domicilium ex habitatione per mensem 69.
Dubium juris et facti in dispens. 36 (3), 151 (3);—si in dubio postea comparet certitudo 151;—dubium de Baptismo 391;—de homicidio 151 (3).

Ecclesiæ pollutæ reconciliatio 216;—Ecclesia Regularium 361 (6); Monialium quoad confraternit. 328.
Eleemosyna in dispensationibus 104, 105, 302.
Error quoad facultates 48;—ante dispensationis executionem ex errore contrahentes 55;—quoad causam dispens. 81;—in supplica 101, 103.
Excommunicatio quoad applicationem facultatum 63;—propter matr. coram præcone hæretico 65, 228;—propter absolutionem complicis 247.—Vide **Absolutio.**
Execratio altaris 314;—ecclesiæ 277 (3).
Executio facultatum in foro externo 101–107 et 116;—interno 108–113 et 119;—in utroque 114 (3).
Executor necessarius, voluntarius, mixtus 50, 99;—dispens. matr. 100.
Expiratio facultatum 49 seq.
"Extra tempora" 144.

Facultates-compatibiles cum aliis 5–7, 57, 97;—ad abundantiam et cautelam concessæ 19;—locales 74;—personales 75.—Reliqua vide in *Indice synopt.* xvii. seq.
Forma gratiosa et commissoria 99;—pauperum 106 (j).
Formula fulminationis dispens. pro foro interno 113;—externo 119;—supplicarum pro disp. matr. 92 et 122 seq.;—in lingua Anglica 131;—dispensandi in irregul. 157;—in votis 169;—interpellationis 210;—abjurationis ab hæresi 223;—absolutionis a censuris 245;—testimonii absolutionis a censuris 246;—petitionis pro facultate absolvendi complicem 248;—recursus pro sacerdote, qui complicem absolvit 250;—concedendi indulgentiam plen. 253;—Benedictionis Papalis in art. mortis 257;—Absolutionis generalis Regularium 317;—benedictionis cum indulg. plen. a confessario dandæ 317; benedicendi devotionalia 321;—obtinendi indulgentias pro Confraternitate 331;—pro receptione solemni in Confrat. 335;—pro erectione Confrat. 343;—pro aggregatione Confr. 344;—pro obtinenda facultate inscribendi in Confrat. 345;—pro obtinenda facultate imponendi Scapularia 350;—pro usu brevioris formulæ in imposit. 351;—pro erectione Viæ Crucis 365;—pro benedictione crucifixorum cum applicatione indulg. Viæ Crucis 368.
Forum externum 24;—internum 26;—fori interni ad externum relatio 28;—in utroque foro 29, 406. De usu facultatum Formularum pro foro interno 30, 120, 406;—pro foro externo subditi 67 seq.;—casus ad forum externum deductus 24, 70.
Fulminatio dispens. 107; 113;—concurrente imped. publico cum occulto 114.

Gradus simpl. et mixt. 174.
Græci quoad consang. et affinit. 176.
Gratia facta, facienda 46, 50;—gratiæ concessio intimanda 81.
Gratis dispensandum 105 (*h*), 302.

Hæresis 218;—indulgentia pro conversis ab hæresi 253;—Missa præsentibus hæret. 281;—hæreticis carnes apponere 311;—hæretici irreg. 152, 221 (2).
Homicidium quoad irregul. 153;—dubium 151 (3).

Illegitimitatis variæ species 182;—quomodo tollitur 183.
Impedimenta, utrique communia 69;—occulta, sed natura sua publica 30, 120;—in quibus dispensare possunt Episcopi 83;—non solet dispensare Ecclesia 86;—cumulata 96, 142;—civilia matr. quoad infideles 209.
Inceptio gratiæ, 53.
Incestus 400.
Incorporatio (incardinatio) in Diœcesin 370.
Indi quoad consang. et affin. 176.
Indulgentia plenaria ter in anno 217;—pro conversis ab hæresi

253;—in art. mortis 253;—in devotione XL horarum 258;—confraternitatum 331;—pro infirmis 340;—concedi solitæ 326;—Rosarii 354, 356;—Viæ Crucis 364.
Indulta cumulandi 20, 21, 142;—quoad abstinentiam 295;—dispensandi existentem extra Diœcesin 72.
Infideles conversi quoad matr. inter consang. et affin. 175, 208.
Infirmi quoad indulgentias confraternitatum 340.
Interpellatio in casu Apostoli 200;—dispensatio ab ea 206.
Interpretatio facultatum 9 seq.;—Investigatio de precum veritate 101, 109.
Interstitia 144.
Irregularitates 68, 150 seq.
Irritatio votorum 160.
Itali quoad matr. mixta 379.

Jesuitæ 4 (3), 147 (2), 349.
Judæi quoad matr. cum fidelibus 380.
Juramentum: dispens. in eo 165.
Jurisdictio 35 seq.;—suppletur ab Eccla 48.
Jus petendi debitum 191.

Lectio libror. prohibit. 265, 308;—Usus facultatis extra Diœcesin 61, 72, 75.
Legitimatio prolis 181.
Liberi muratores 234.
Libri prohibiti facultas eos legendi 265, 308;—extra Diœcesin 75.
Liceat v. **Caput** "Liceat."
Lingua in supplica ad S. Sed. 89.
Litteræ S. Pontif. per ejus mortem invalidatæ superveniente Pontifice reviviscunt 51 (*e*).
Locus in confrat. 327;—Missæ 277;—Viæ Crucis 359;—remotus 402.

Massones 234.
Matrimonium contractum 21;—mala fide contract. 23 (Nota);—mixtum ubi contrahi potest 73;—contractum 386, 389, 390;—supplica pro eo contrahendo, 90, 94;—vivente conjuge contractum 189;—facultatum executio 100, in revalidatione 112;—cum excommunicato 66.
Matutini anticipatio 306.
Mercimonium missarum 170.
Mile, milliarium 217.
Milites americani quoad abstinentiam 297.
Minister in missa 277.
Missa: facultates pro ea 268 seq.;—pro populo 310;—locus 277;—tempus 275;—lecta de Requiem feria II, 264.
Mixta religio 388.
Modus impetrandi facultatem 87, 94.
Moniales: confrat. in ear. ecclesiis 328.
Mors concedentis et concessionarii quoad. expirat. facultatum 50, 52;—mortis in art. absolutio 237;—dispens. concubinariorum 83;—benedictio papalis 287.
Mulctæ in dispens. matr. 303.
Munera a Regular. accepta 226;—in dispensationibus 105.

Nautæ americani quoad abstinentiam 297;—Capellanus 467.
Negotio finito facultas quandoque expirat 58.
Neophytæ quoad dispens. a consanguin. et affinit. 177 (Nota);—quoad apostasiam a fide 221 (3).
Notarii creatio 74 (5).

Obligatio utendi facultatibus 81.
Occasio peccandi 105, 109.
Occultum et publicum 33.
Odd Fellows 235.
Officium divinum, dispens. 290.
Olea sacra 211, 460.
Operarii: dispens. ab abstinentia 297 (IV).
Opinio probabilis 19.
Oratio XL horarum 258.
Ordinandi: dispens. 67, 68; extra tempora 144;—non servatis interstitiis ib.;—ætas 158, 309;—diebus continuis 146.
Ordinarii consensus quoad usum facultatum 73. Quis sub Ord. intelligitur 100.
Ordines conferre 144;—in festo 145.

Pagella S. Pœnitentariæ pro Episcopis 432; pro confessariis 437;

—Relatio ad facultates S. C. de Prop. F. 6.
Paramenta benedicendi facultas 213.
Parochus—dispensare potest 36;—in executione disp. 107.
Parœciæ apud nos 172;—sæcularibus præficiendi Regulares 267.
Pauperes in dispens. 106 (*j*).
Peccata Papæ sine censura 226;—cum censura 220;—Episcopo vel Superiori religioso reservata 228.
Percussio clerici 232, 234.
Peregrini quoad usum facultatum 68, 70;—quoad absolutionem sacrament. 241-244.
Perinde valere 25, 95, 101, 180.
Petitio facultatis a Superiore rejecta apud inferiorem facta 57.
Pœnitentia in dispens. matr. 103, 110, 401.
Pœnitentiaria Sacra 26, 31;—Taxa 25.
Pœnitentiarius Major. Directio 127.
Pollutio ecclesiæ 217.
Potestas quasi ordinaria 35;—in matr. contrahendis et contractis 86;—delegata 38.
Privilegia Regularium quoad ordinationem 147;—dispens. in irregularit. 152;—in votis 165;—in juramentis 166;—in restitutione debiti conjug. 192; benedicendi paramenta et utensilia ecclesiæ 214;—absolvendi a censuris 231;—benedicendi et reconciliandi suas ecclesias, cœmeteria 216 (2);—quoad libros prohibitos 266;—tempus Missæ 276;—locum Missæ 277;—Breviarium 292;—jejunium et abstinentiam 295.
Privilegium altaris v. **Altare privileg.**
Privilegium Paulinum 197.
Privilegium Sabbatinum 352.
Probabilitatum usus 19.
Proclamationes in matr. mixtis 384.
Prorogatio facultatum 54.
Publica honestas 185 seq., 377.
Publicum et occultum 33.

Quadragesima — dispens. in ea 293. Indultum Stat. Fœd. 295;—Canadense 298.
Quebec. In hac Diœcesi habetur facultas: pro anticipatione matutini hora 2 P. M. 307;—absolvendi a reservatis 240;—disp. a missa pro populo 311;—et folium facultatum 430;—casus reservati in Quebec. 240, 463 (12).

Raptus 195.
Reconciliatio ecclesiæ 215.
Receptio in Confrat. 335, 338.
Rector Confrat. 329.
Redemptoristæ quoad quatuor Scapularia 339, 349 (1);—quoad Confrat. SS. Rosarii 357;—quoad crucifixos Viæ Crucis 368.
Regulares: Superiores sunt quasi Ordinarii 37;—Dispensationes et absolutiones Episcopi percipere possunt 71;—in indulto locali abstinentiæ comprehenduntur 74;—quoad ordinationem 147;—pro Parochiis sæcularibus 267;—a S. Pœnitent. obtinent facultates pro utroque foro 26. Munera a Regul. accepta 226. Cfr. **Privilegia Regularium.**
Renovatio consensus 112.
Renuntiatio facultatum 57.
Rescripta in forma gratiosa et commissoria 99;—pro foro externo 101;—pro foro interno 108.
Reservatio cessat 236, 247.
Reviviscentia litterarum Pontificis 51 (*e*).
Revocatio facultatum 55.
Rosarium loco Breviarii 290;—cum indulgentiis Papalibus et S. Brigittæ 320-323;—S. Dominici 353;—"brigittatum" 323;—Confraternitas S. Rosarii 356. Vide **Corona.**

SS. Sacramentum sine lumine deferre 282;—retinere 288.
Sanatio matr. in radice 396.
Scandalum 105.
Scapulare de Monte Carmelo 339, 465 (23);—quintuplex 346;—Confratern. 351.
Schismatici absolutio 218;—abjuratio 222;—copulati coram ministro schismatico 65;—matrimon. cum schismatico 388.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Secretum S. Officii 462 (10).
Sedis vacantia 300.
Simonia 169.
Societates prohibitæ 235.
Sponsalia 185.
Statuta Confrat. 329.
Stipendium pro 2. Missa 273.
Stylus Curiæ 15.
Subditus quoad facultates 63–71; —ratione domicilii et habitationis 67;—ratione contractus 69; —tempore applicationis facultatis 71;—indultum pro extra Diœcesin morantibus 72;—facultas, si quis cessat esse subditus 75 (56).
Subjecti: quibus facultates applicari possunt: 63, 66, 75;—quibus applicari debeant vel non 81, 82.
Subreptio in rescriptis 101.
Subdelegatio 41, 401.
Superiores ad tempus 51.
Supplica quoad formam 88 seq.; —quid continere debeat 90, 93; —si Romam mittitur 89, 94;—concurrente impedim. publico et occulto 93;—qualis Ordinarius adeundus 95, 96;—in consanguinitate et affin. 180;—pro dispens. matr. 122 seq.;—anglicæ 131;—pro dispens. ab irregular. 154;—pro publica honestate 188;—pro facultate absolvendi a casu reservato 244.—Aliæ sub v. **Formula.**
Suspensio sacerdotis apud nos. 157.
Taxa 25 (2);—in dispens. 106, 302 seq.;—in Confraternitat. 334 (*g*).
Telegraphi ope petere et mittere facultates 48 (4), 88.
Tempus: quo elapso facult. expirat 53;—inceptionis gratiæ 53; —medium et verum 276;—breve tempus 273;—ad tempus 266;—quo causa dispensationis debet existere 60.
Territorium quoad exercitium et usum facultatum 71–76.
Tertiarii 317.
Titulus missionis 369.

Usus gratiæ quoad territorium 61 (iii), 73.
Utensilia Missæ 213.

Vagi quoad facultates 68, 70.
Verificatio precum 101, 109.
Vestes sæculares 289.
Via Crucis 359, 364. v. *Index synopt.* p. xxiii.
Vicarii Apost. 5, 37.
Vicarius Gen. — Jurisdictio 52; —quoad facultates Episcopi 47 (*a*);—taxa pro informatione 106; —subdelegatio quoad dispens. Form. D et E 401.
Votum: Dispens. 159;—irritatio 160;—reservata 161;—Sororum diœcesanarum 166;—Dispensare possunt Episcopi 164 et Regulares 165;—Vota Religiosorum 168.

ERRATA.

Pag.	8,	lin.	3 (ab infra), *lege* decursu *pro* decurso.
"	42,	"	12 (ab infra), *lege* perdurant *pro* perdurunt.
"	56,	"	10 (ab infra), *lege* 1871 *pro* 1781.
"	84,	"	10 (ab infra), *lege* facultatem *pro* facultatum.
"	92,	"	1 (ab infra), *lege* decursu *pro* decurso.
"	95,	"	13 (a sup.), *lege* acatholicus *pro* catholicus.
"	96,	"	5 (a sup.), *lege* de *pro* pe.
"	105,	"	26 (a sup.), *lege* permanserint *pro* ermanserint.
"	159,	"	6 (ab infra), *lege* rationabili *pro* rationalibi.
"	160,	"	19 (a sup.), *l ge* videsis *pro* videbis.
"	168,	"	17 (a sup.), *lege* Anal. *pro* Annal.
"	207,	"	17 (a sup.), *lege* **d** *pro* **f.**
"	216,	"	5 (ab infra), *lege* secus *pro* secusa.
"	240,	"	8 (a sup.), *lege* necessariam *pro* necessarium.
"	414,	"	12 (a sup.), post art. 2. *insere* ut.
"	437,	"	14 (a sup.), *lege* eæ *pro* ea.
"	447,	"	11 (a sup.), *lege* dimissorialibus *pro* demissorialibus.
"	457,	"	4 (ab infra), *lege* sancitæ *pro* sanctitæ.

Reliqua, si quæ inveniuntur, corrigat ipse lector benevolus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS